



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

De Epistolis L. Annæi Senecæ, Quare, Quando, & ad Quem scriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53700)

DE EPISTOLIS

L. ANNÆI SENECAE,

Quare, Quando, & ad Quem scriptæ.

B



PISTOLAS has ita scripsit, & inscripsit: non quia vera sint, & assidue sic missa: non ego arbitror: sed placuit titulus & ratio scribendi libera, in qua incipias, desinas cum lubet; inseras, varies, ut lubet; neque adstringeris ad ordinem aut materiam certam. Est velut silva quadam rerum, & miscellanea argumenta: etsi Philosophia tamen finibus clausa. Ego censeo Senecam hæc obiter & carptim scripsisse, per intervalla, ut quidque meditatus erat, aut incidebat, inter ambulandum, exercendum, in horto, in domo, in lecto. Quando enim illud ingenium quieverit? Sunt igitur cottidiani conceptus, siue μελέτηματα: sed, ita me Deus, pulchra, utilia, alti animi atque honesti. Quin tamen & vera quadam Epistola interuenierint, haud fortiter negatum: sed quadam. Hoc vel argumento temporis adstruas, quo sunt scripta. Omnes enim intra biennium, ut facile ex ipsis colligas: consulatus Memmij Reguli & Virginij Rufi, itemque Lecanij & Licinij: id est, haud longè ante eius mortem. Meminit in epistolâ xci. Lugdunensis coloniae exusta, & deplorat: atqui clades ea illis extremis Consulibus incidisse videtur, cum Tacitus scribat Neronem folatum cladem Lugdunensem quadragies HS, anno sequenti. Neque enim ista remedia differri diu solent. Sed & ipse Seneca non uno loco ostendit, Epistolas has in senio suo scriptas. Scripsit autem ad Lucilium: & quis ille? Origine humilis, industria emerfit, & ad equestrem ordinem, tum ad Procuracionem Sicilia peruënit. Disces ex his epistolis, si obseruas. Ingenium illustre uidetur, litteris & poetica etiam amicum: isque dotibus Seneca carum. Laudat mirificè eum, etsi colore quodam & figuratè, libri IIII. Natural. Quæst. initio, quos ipsos libros ei inscripsit. Ostendit ibi sub Caio potuisse, sub Claudio: fidem eius commendat, inuictum muneribus animum, alia digna lectu, si quis virum nosse cupit. In his etiam

k

Episto-

*Epistolis, à iuuentute se ei amicum fuisse significat, & aetatem perseuerasse. A
 Alia de viro non possum, nec cognomen quidem eius eruere. Nam quod
 quidam Iuniorum appellant; inducti loco Seneca (epist. xxv.) Iuniores?
 quid refert? non dinumerantur anni: puer videt, quam sit pue-
 rile. Ad aetatem ea, non appellationem spectant. Paulo igitur minor Se-
 neca fuit, tamen & ipse senex, argumento epistola nonagesima sexta.
 Satis, si addidero, diuidi à quibusdam has Epistolas in libros: & olim
 sic fuit. Agellius palam citat librum XXI I. Epistolarum: & scri-
 pti codices diuidunt, sed diuersè. Seneca ipse tangere & ingerere vide-
 tur, in epistola XXXI I I. Desideras his quoque epistolis, sicut
 prioribus, adscribi aliquas voces nostrorum. Diuidit à priori-
 bus: quid nisi à libro priore contentis?*



L. ANNÆI SENECAE
AD LUCILIVM
EPISTOLÆ.

ARGVMENTVM EPIST. I.

B TEMPORIS æstimationem & vsum Lucilio commendat : non differri debere, non elabi, non malè poni.

EPISTOLA PRIMA.

ITA fac, mi Lucili : ¹ vindica te tibi, & tempus quod adhuc aut ² auferebatur, aut ³ furripiebatur, aut ⁴ excidebat, collige & serua. Peruade tibi sic esse, vt scribo. quædam tempora ⁵ eripiuntur nobis, quædam ⁶ subducuntur, quædam ⁷ effluunt. Turpissima tamen est iactura, quæ per negligentiam venit : & si volueris attendere, magna vitæ pars elabatur ⁸ malè agentibus, maxima ⁹ nihil agentibus, ¹⁰ tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat ? qui diem æstimet ? qui intelligat se quotidie mori ? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus : magna pars eius iam præterit. quidquid ætatis retro est, mors tenet. Fac ergo, mi ¹¹ Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere : sic fiet, vt minùs ¹² ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. Dum differtur vita, transcurrit. Omnia, mi Lucili, aliena sunt : tempus tantùm nostrum est. In huius rei vnus fugacis ac lubrica possessio.

COMMENTARIVS.

D **V**INDICA TE.] In libertatem cui? tibi te asserere, per alius viue aut serui.
2. AUFEREBATUR.] A potentioribus, per officia & cultum.
3. SURRIPIEBATUR.] A nostra seruis, per blanditias & sermones. Amici, fures temporum.
4. EXCIDEBAT.] Tuâ negligentia & omissione. De Vit. beat. cap. XXXI. Non multum accepit homo temporis, etiamsi illud totum sibi vindicat. cui licet nihil facilitate eripi, nihil negligentia patiat excidere ; tamen ad immortalium cognitionem nimis mortalis est.
5. ERIPIVTUR.] Respondet vobis Auferebatur.
6. SUBDVCIVTUR.] Idem quod, Surripiebatur.
7. EFFLVNT.] Explicat illud Excidebat.

8. MALE AGENTIB.] In luxu, libidine, vitiis.
9. NIHIL AGENT.] In otio, ignavia : & maxime somno.
10. TOTA ALIVD.] Aliud agunt, qui occupati non vbi oporteat. Virtus nos vocabat ; externa & vana quarimus, & hoc agimus totâ vitâ.
11. PROSPICIMVS.] Quidam libri, Quasi procul esse conuicimus : falso, & ab ignorantia acutioris dicti. Mortem quasi instantem & futuram habemus : atqui iam in parte venit & fuit. Quomodo ? à quo die nati sumus, morimur : & vt ipse epist. XXIV. non repente in mortem incidimus, sed minutatim procedimus. Plura ibi vide.
12. EX CRASTINO.] Sic De Brev. vit. cap. IX. Maximum viuendi impedimentum est expectatio, quæ ex crastino pendet.

k 2 13. Nos

fessionem natura nos misit, ex quâ ¹³ nos expellit quicumque vult. Sed tanta stultitia A mortalium est, ut quæ minima & vilissima sunt, certe reparabilia, ¹⁴ imputari sibi, cum impetrare, patiantur: nemo se iudicet quidquam debere, qui tempus accepit. cum interim hoc vnum est, quod ne gratus quidem potest reddere. Interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista præcipio? Fatebor ingenuè: quod apud luxuriosum, sed diligentem, euenit, ratio mihi constat ¹⁵ impensæ. Non possum dicere, me nihil perdere: sed quid perdam, & quare, & quemadmodum, dicam: causas paupertatis meæ reddam. Sic euenit mihi, quod plerisque ¹⁶ non suo vitio ad inopiam reductis: omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid ergo est? non puto pauperem, cui quantulumcumque superest, ¹⁷ sat est. Tu tamen malo serues tua, & ¹⁸ bono tempore vii incipias. Nam, ut visum est maioribus nostris: *Sera parsimonia ¹⁹ in fundo est.* Non enim tantum minimum in imo, sed ²⁰ pessimum remanet.

EPIST. II.

B

CORPORIS quietem approbat, sed & animi in vnâ aliquâ re aut studio. Damnat curiosulos, qui per varios auctores & scripta discurrunt: pauca bonaque potius legere, & iis immorari suadet. Excerpendum semper aliquid, & animo inferendum: à suo exemplo, qui sensum tunc Epicuri egregium, de Paupertate.

EX his quæ mihi scribis, & ex his quæ audio, bonam spem de te concipio. non difficilis, nec locorum mutationibus inquietaris. Ægri animi ista iactatio est. Primum argumentum ¹ compositæ mentis exilitimo, posse consistere, & secum morari. Illud autem vide, ne ista lectio multorum auctorum, & omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. Certis ingeniis immorari & innutriti oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. ² Nusquam est, qui vbique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est iis qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursum & properantes transmittunt. Non prodest ³ cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebrò medicamenta tentantur. Non conuale-

scit

13. NOS EXPELLIT.] *Improbè. quis nolentem eo spoliat, vel Falaris, vel Nero? Manuarj libri, ex quâ expellitur: quod audio, hoc sensu: Solus ille possessione hac euenit, qui uti non vult: qui patitur eripi, surripi, elabi. Nec male alij, non expellit: negando.*

14. IMPVTARI.] *Quasi magna beneficia.*

15. IMPENSÆ.] *Mei, expensæ. Sensus. Male pono tempus, sed scio me male ponere: sicut laxi patres familias expendunt, sed raris expensæ etiam sine ratione iis constat. Medela propior sum, quia noui morbum.*

16. NON SVO VITIO.] *Sed temporum aut fortuna. Indicat callidè, in Aulâ sibi tempus perire.*

17. SAT EST.] *Nunquam serò receditur ad bonam mentem.*

18. BONO TEMPORE.] *Ætate bonâ, & validâ.*

19. IN FUNDO.] *Visum & Hesiodo iam olim: — διελθὲς ἐπὶ ποντοῦ ἔρξαι φειδωλὸν: — in fundo parere ferum est. Significat Seveca, vetus Romanum etiam verbum esse.*

20. PESSIMUM.] *Epist. CVIII. Quemadmodum ex amphorâ primum, quod est sincerissimum, effluit, grauissimum quodque turbidum-*

que subsidit: sic in ætate nostrâ, quod est optimum, primum est.

EPIST. II. I. COMPOSITÆ MENTIS.] *ὁ δὲ ἀσπίος, ait Philo in Abrahamo, ἀσπρά γυμνος Ἰνδῶν βίου γενοῦς. ὑποζωρεῖ, ἢ μόνωσιν ἀγαθὰ, λαμβάνει τοὺς πολλὰς ἀξίωσιν, ἢ δὲ ἰαμισθηρωσάτων φιλαίθρωπος γῆ, εἰ καὶ τις ἄλλος ἀλλὰ δὲ ἰα τὸ πρὸς ἐβλῆσαι καὶ ἰαν, ἢ ὁ πολὺς ὄχλος ἀσπράσεται, γαίρων μὲν ἐφ' οὗς εἴεν ἀξίον, λυπούμενος δ' ἐφ' οὗς γινώσκειν καλόν: Quia vir bonus vitæ quietæ amator, secessum quarit & solitudinē, latere cupiens, non odio hominum: est enim, si quis alius, eorum amans: sed quia fugit & proculcat vitia, quibus vulgus delectatur, gaudere solitum iis quæ dolenda sunt, & dolere iis quæ gaudenda.*

2. NUSQUAM EST.] *Martialis: Quisquis vbique habitat Næuole, nusquam habitat.*

3. CIBVS.] *Tali imagine Epicetus in istos qui cum buccæam dimittere nō possint, volumina ementes, iniicere & deuorare conantur. Arrian. Diss. I. cap. XXVI. Et Polybius pulcherrimè, lib. III. istos libyarios helluones equiparat τοῖς λέχροις τῶν δεσποτῶν: catillonibus & gulosis conuiujs. qui, inquit, appositos cibos variè & carptim delibantes, neque in præsentia voluptatem solidam, neque fructum aut alimoniam in posterum ferunt.*

4. DIS-

A scit planta quæ sæpe transfertur. nihil tam vtile est, quod in transitu proficit. ⁴ Distrahit animum librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, sat est habere quantum legas. Sed modò, inquis, hunc librum euoluere volo, modò illum. Fastidientis stomachi est, multa degustare: quæ ubi varia sunt & diuersa, inquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege: & si quando ad alios ⁵ diuertere libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxiliij compara, nec minus aduersus ceteras peltes. Et cum multa percurrens, vnum excerpe, quod illo die ⁶ concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus quæ lego, aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum. soleo enim & in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator. *Honestà, inquit, res est, læta paupertas.* Illa verò non est paupertas, si læta est. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert, quantum illi in arcâ, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, aut fœneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus, quæris? Primus, habere ⁷ quod necesse est; proximus, ⁸ quod sat est.

EPIST. III.

MALE & temerè sæpe Amicos dici, qui re non sunt. Siquis talis, omnia illi fidendum, & communicandum esse, tamquam alteris nobis. Timidi & subducti arguuntur, sed & credulissimi, atque aperti. Medium optimum.

EPISTOLAS ad me perferendas tradidisti, vt scribis, amico tuo. Deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia nec soleas ipse quidem hoc facere. Ita eadem epistolâ illum & dixisti amicum, & negasti. Itaque sic priore illo verbo ¹ quasi publico vsus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, ² bonos viros dicimus; quomodo obuios, si nomen non succurrit, ³ dominos salutamus. ⁴ Hoc abierit. Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis quantum tibi, vehementer erras, & non fati nosti vim veræ amicitia. Tu verò omnia cum amico delibera, sed ⁵ de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti verò præposterè officia permiscunt, qui contra præcepta ⁶ Theophrasti, cum amauerint, iudicant; & non amant, cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: ⁷ tam

4. DISTRAHIT ANIMVM.] *Quidam mei, Distrahit librorum multitudo: fortasse verè. Id esset, distinct & ligat.*

5. DIUERTERE.] *Aliàs, transire.*

6. CONCOQUAS.] *Bene, vt hæreat in re cibi. sed libri ferè, excoquas: vnde ego, excolas, vellem.*

7. QVOD NECESSE EST.] *Quod natura requirit: & vt viuere possis.*

8. QVOD SAT EST.] *Quod humanitas requirit, & vt commode viuere possis. Lucillus in hac re arguit.*

Nam si, quod fati est homini, id fati esse potisset,

Hoc fat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porò

Diuitias vllas animum mi explere potisse?

Cui quod satis est, satis non est, nihil ei satis erit.

EPIST. III. I. QVASI PVBLICO.] *Sensu & more vulgi. de quo & Plutarchus, 1 v. Quest. Coniunct. initio. Amicum accipere hic oportet non strictim & Sophisticè, illum immutabilem*

& firmum, sed communi modo, Beniuiolum.

2. BONOS VIROS.] *Mos fuit, vt qui in Senatu (ubi sub Principibus suffragia) candidatum produceret, Bonum vel Optimum virum diceret. Vestigium eius in Plinij Panegyrico: Faciebas ergo, cum diceres Optimos. Nos odorati sumus, atque ibi notauimus: vide.*

3. DOMINOS.] *Martialis:*

Cum te non nossem, Dominum regemque vocabam.

4. HOC ABIERIT.] *Absunt ea duo verba optimo meo, & quibusdam libris. Si retines, valent. hoc missum fecerim, ne acrius inquiram aut carpam. Alij legunt, Hac abierit: hac viâ & modo excusetur.*

5. DE IPSO.] *Sidonius: Est enim consuetudinis meæ, vt eligam antè, post diligam.*

6. THEOPHRASTI.] *Plutarchus, De fraterno amore: Θεόφραστος ἐλέγχε, ὅτι ἂ φιλοῦντα δὲ ἑαυτῶν, ἀλλὰ πρῶτα φίλους: Theophrastus dixit, non amantem iudicare; sed cum iudicaueris, amare oportere. Sic & Sidonius: Namque vt sodalis tibi deuinctior fierem, iudicauit.*

k 3

7. TAM

7 tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Tu quidem ita viue, vt nihil commit-
 tas, nisi quod committere etiam inimico possis: sed quia interueniunt quædam, quæ
 consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. 2 Fide-
 lem si putaueris, facies. Nam multi fallere docuerunt, dum timent falli: & aliis ius pec-
 candi suspicando fecerunt. Quid est ergo, quare vlla verba coram amico retraham?
 quid est, quare me coram illo non putem solum? Quidam quæ tantum amicis commit-
 tenda sunt, obuiis narrant, & in quolibet aures, quidquid illos vrit, exonerant: quidam
 rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant, & si possent, ne sibi quidem cre-
 dituri, interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est. vtrumque enim vi-
 tium est, & 10 omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerim vitium, alterum
 tutius. Sic vtrosque reprehendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quie-
 scunt. Nam illa tumultu gaudens, non est industria, sed exagitata mentis concursatio:
 & hæc non est quies, quæ motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio & languor.
 Itaque hoc quod apud 11 Pomponium legi, animo tuo mandabitur. *Quidam ad eum in late-
 bras refugerunt, vt putent in turbido esse, quidquid in luce est.* Inter se ista miscenda sunt, &
 quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cum rerum naturâ delibera. illa di-
 cet tibi, se & diem fecisse & noctem.

EPIST. IIII.

HORTATUR ad perseverandum in Philosophiâ: à quâ in seruum & grauem, ac verè
 virum transcribatur. Ceteros, pueros esse: timere non timenda. vt Mortem inprimis. Atqui
 hanc finem malorum esse, & impetu aut desperatione multos contempnisse: cur non ratione? Vi-
 tam ergo non amandam, & cotidie cogitandum, quàm ex variis leuibuscque causis mors veniat.
 Emblema deim ex Epicuro, de veris Diuitiis.

PERSEVERA vt cœpisti, & quantum potes propera: quò diutiùs frui emendato
 animo & composito possis. Frueris quidem etiam dum emendas, etiam dum com-
 ponis: alia tamen illa voluptas est, quæ percipitur ex contemplatione mentis ab omni
 labe puræ & splendida. Tenes vtique memoriâ, quantum senseris gaudium, cum 1 præ-
 textâ positâ, sumpsisti virilem togam, & 2 in forum deductus es: maius exspecta, cum
 puerilem animum deposueris, & te 3 in viros philosophia transcriperit. Adhuc enim
 non pueritia in nobis, sed, quod est grauius, 4 puerilitas remanet: & hoc quidem peius
 est, quòd auctoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, sed in-
 fantium. Illi leuia, hi falsa formidant: nos vtraque. 5 Profice modò, & intelliges, quæ-
 dam

7. TAM AUDACTER.] Hoc negant isti à civili
 prudentiâ. vt Publius: Ita crede amico, ne sit ini-
 mico locus. Vt Sophocles:

ἔς τε τὸν φίλον
 τοσαύτ' ὑπεργῶν ὠφελὲν βελήσομαι,
 ὡς αἰνὰ μύροντα τοῖς πολλοῖσι γῆ
 βεγῆρ' ἀπιστός ἐστ' ἑταίριος λιμὴν:

— amico ego velim
 Sic credere atque commodare, vt neutiquam
 Semper futuro. nam profectò plurimis
 Sodalitatis portus infidus fuit.

8. NIHIL COMMITTAS.] Libri omnes instâ
 voce, nihil tibi committas. Coniicio fuisse, nihil
 tibi consciscas.

9. FIDelem.] Linius: Vult sibi quisque cre-
 di, & habita fides ipsam obligat fidem. Plutar-
 chus, Preceptis conubialibus: ποιῶν γὰρ τὸ πιστῶ-
 εν δοῦναι πιστῶσθαι, καὶ τὸ φιλεῖν φιλεῖσθαι: Fit
 enim vt si fidas, fides tibi redhabeatur, & ame-
 re, si ames.

10. OMNIBVS CREDERE.] Hesiodum est:
 Πίστις δ' ἀπὸ θυμῶν καὶ ἀπιστία ἀπὸ θυμῶν ἀνδρῶν
 Ipsa fides homines, & diffidentia perdit.
 nempe, cum sine modo. Temperanda sunt.

11. POMPONIVM.] Poetam Tragicum hoc nomi-
 ne scio, sed & alios. At ista non olent poetam: estq; in
 meo libro opt. Pompeium philosophum.

EPIST. IIII. PRÆTEXTA.] Quæ puerorum
 scilicet, ad annum pubertatis aut circa.

2. IN FORVM.] Tirocinij die, quo parentes &
 amici sollenniter eò deducebant, auspicy causâ, &
 velut ad res nunc aptum.

3. IN VIROS.] Diogenes Cynicus, præcone in
 Olympiis proclamante, Dioxippus viros vicit:
 Imò iste mancipia, inquit, ego viros. Laërtius. Ego
 aliquid Manuâ. II. Diff. I.

4. PVERILITAS.] Tale De const. sap. cap. XII.

5. PROFICE MODÒ.] In sapientia studio, & ve-
 rum dilectu. At alij, prospice: nec id malè. Intende
 aciem, & longius vide.

6. METVS

A dam ideò minùs timenda, quia multum ⁶ metus afferunt. Nullum ⁷ magnum malum, quod extremum est. Mors ad te venit. timenda erat, si tecum esse posset: necesse est, aut non perueniat, aut pertranseat. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. Non vides, quàm ex friuolis caussis contemnatur? Alius ante amicæ fores laqueo pependit; alius se præcipitavit à tecto, ne dominum stomachantem diutiùs audiret; alius, ne reduceretur è fugâ, ferrum adegit in viscera. Non putas virtutem hoc effecturam, quod effecit nimia formido? Nulli potest secura vita contingere, qui de producendâ nimis cogitat: qui inter magna bona multos consules numerat. Hoc quotidie meditare, vt possis æquo animo vitam relinquere: quàm multi sic complectuntur & tenent, quomodo qui à torrente rapiuntur, spinas & aspera. Plerique inter mortis metum, & vitæ tormenta, miseri fluctuant: & ⁸ viuere nolunt, & mori nesciunt. Fac itaque tibi iucundam vitam, omnem pro illâ sollicitudinem deponendo. Nullum bonum iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem præparatus est animus. Nullius autem rei ⁹ facilius amissio est, quàm quæ desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia quæ accidere possunt etiam potentissimis, adhortare te & indura. De Pompeij capite ¹⁰ pupillus & ¹¹ spado tulere sententiam: de Crasso crudelis & insolens Parthus. Caius Cæsar iussit ¹² Lepidum ¹³ Decimo tribuno præbere ceruicem: ipse Chæreæ præstitit. Neminem eò fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum permiserat. Noli huic tranquillitati confidere. momento mare vertitur: ¹⁴ eodè die, vbi ¹⁵ luserunt nauigia, sorbentur. Cogita posse latronem & hostem admouere iugulo tuo gladium, vt potestas maior absit, nemo non seruus habet in te vitæ necisque arbitrium. Ita dico, ¹⁶ quisquis vitam suam contempserit, tuæ dominus est. recognosce exemplum eorum, qui domesticis insidiis perierunt, aut apertâ vi, aut dolo: & intelliges, non paticiores seruorum irâ cecidisse, quàm regum. Quid ad te itaque, quàm potens sit quem times, cum id propter quod times, nemo non possit? At si fortè in manus hostium incideris, victor te duci iubebit, ¹⁷ eò nempe quò ducaris. Quid te ipse decipis, & hoc nunc primum, quod olim ^C patiebaris, intelligis? Ita dico, ex quo natus es, ducaris. Hæc & huiusmodi versanda in animo sunt, si volumus illam vltimam horam placidi exspectare: cuius metus omnes alias inquietas facit. Sed vt epistolæ finem imponam, accipe quod hodierno die mihi placuit. & hoc quoque ex alienis ¹⁸ hortulis sumptum est. *Magnæ diuitiæ sunt, ¹⁹ lege naturæ composita paupertas.* Lex autem illa naturæ, scis quos nobis terminos statuit? Non esurire, non sitire, non algere. Vt famem sitimque depellas, non est necesse superbis asserere liminibus, nec supercilium graue, & contumeliosam etiam ²⁰ humanitatem pati: non

6. METVS AFFERVNT.] *Muretus*, auferunt: sed sententiâ, dum planam facere vult, parum arguât aut rectâ. Teneo cum libris, auferunt: sensu. quâdam non timeas, quia nimium timeas: id est mortem. Nam ita hanc times, vt timorem extremum: si autem, nonne metu iam omni vindicat?

D 7. MAGNUM MALVM.] *Vox*, malum, scriptus abest, sententiæ tamen deest.

8. VIVERE NOLVNT.] *Epicleti increpatio*: Ου μαροῦ ἀνδραγαθῶν, μήτε ἄνδραγαθῶν, μήτε δαδονῶν: Misitici homines, nec viuere nec mori vultis.

9. FACILIOR AMISSIO.] *Boëtius adspexit*: Perexile bonum est, quod æquo animo feratur amissum.

10. PVPILLVS.] *Rex Aegypti*, puer & sub tutela.

11. SPADO.] *Pothinus Eunnuchus*, regis & rerum potens.

12. LEPIDVM.] *Illum cognatum suum, & Drusilla sororis maritum. Coniurationis crimine damnauit, de quo Sueton. Calig. cap. XXIV. ego in Comm. ad XIV. Annal. Tacit.*

13. DECIMO.] *Scripti*, Dextro. Parum de nomine. sed Tribuni igitur ipsi bonitiores puniebant, occidebant.

14. EODEM DIE.] *Quibusdam*, die, abest: & posus ad momentum reserret.

15. LVSERVNT.] *In tranquillitate*, securæ & vagæ.

16. QVISQVIS VITAM.] *Tragicus*: Contempserit omnes ille, qui mortem prius. *Iustinus*: Nihil est, difficile persuadere, persuasoris mori.

17. EÒ NEMPE.] *Sunt Seneca, velut respondentis. Ducar, inquis. quid tum, aut quò? huc quò ab ipsâ Naturâ cotidie, id est ad mortem. Vt tyrannus non faciat, nonne ipsa? nonne per te illuc ibas?*

18. HORTVLIS.] *Epicuri.*

19. LECE NATVRÆ.] *Adde De Vit. beat. cap. XIII.*

20. HVMANITATEM.] *In ipsis conuiuiis, aut sermonibus, aut & donis, superbe se gerunt, contemnunt aut illudunt. Quidam libri, humilitatem malè.*

non est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat, & ex-
positum: ad superuacua sudatur. Illa sunt quæ²¹ rogam conterunt, quæ nos fenescere²² sub
tentorio cogunt, quæ in²³ aliena littora impingunt. Ad manum est, quod satis est.

EPIST. V.

ARCET ab ostentatione Philosophia, & ne cultu notabilem aut victu se faciat. Non sper-
nere vulgi omnia, sed modicè adhibere, & citra vitium. Sordes abdicat: ad Naturæ legem nos
vocat. Clausula est, ex Hecatore, de Spei & Metus coniunctione. Liberum ab altero esse, qui
alteram posuit: obnoxium utrique, qui vni.

QVOD pertinaciter studes, & omnibus omissis, hoc vnum agis, vt te quotidie me-
liorem facias, & probo & gaudeo: nec tantum hortor, vt perseueres, sed etiam
rogo. Illud autem te admonco, ne eorum more qui non proficere, sed¹ conspici cupiunt, B
facias aliqua, quæ in² habitu tuo, aut³ genere vitæ notabilia sint. ⁴ Asperum cultum,
& ⁵ intonsum caput, & negligentem barbam, & indictum⁶ argento odium, & ⁷ cu-
bibile humi positum, & quidquid aliud ambitionem⁸ peruersâ viâ sequitur, deuota. Sa-
tis ipsum nomen philosophiæ, etiam si modestè tractetur, inuidiosum est. Quid si nos
hominum consuetudini cœperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint: ⁹ frons no-
stra populo conueniat. Non¹⁰ splendeat toga: ne¹¹ sordeat quidem. non habeamus ar-
gentum, in quod solidi¹² auri cælatura descenderit: sed non putemus frugalitatis indi-
cium auro argentoque caruisse. Id agamus, vt meliorem vitam sequamur quàm vulgus,
non vt contrariam: alioqui quos emendari volumus, fugamus, & à nobis auertimus.
Illud quoque efficimus, vt nihil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint om-
nia. Hoc primum philosophia promittit, ¹³ sensum communem, humanitatem & con-
gregationem: ¹⁴ à quâ professione ¹⁵ dissimilitudo separabit. Videamus ne ista, per quæ
admirationem parare volumus, ridicula & odiosa sint. Nempe propositum nostrum C
est, ¹⁶ secundum naturam viuere. Hoc contra naturam est, torquere corpus suum, &
faciles odisse munditias, & squallorem appetere, & cibus non tantum vilibus vti, sed ta-
tris & horridis. Quemadmodum ¹⁷ delicatas res desiderare, luxuriæ est: ita vilitas &
non magno parables fugere, dementiæ est. Frugalitatem exigit philosophia, non pec-
nam:

21. TOGAM CONTERVNT.] In officiis ciuili-
bus, salutatione, deductione: ubi clientuli viti sem-
per togati. Vidi, qui contextunt legerent, caculos.

22. SVB TENTORIO.] In militiâ, vt rem
faciamus.

23. ALIENA LITTORA.] Longinquas & trans
mare terras, eodem fine. Ad mercatores spectat.

EPIST. V. I. CONSPICI CVPVNT.] Con-
tra hoc genus multa Epictetus in Dissert. lib. iv. cap.
viii. multa, inquam, istis gemella.

2. HABITV.] Veste, aut corporis cultu.

3. GENERE VITÆ.] Ministerio, supellecti-
le, mensâ.

4. ASPERVN CVLTVM.] Vestem hirtam
aut sordentem.

5. INTONSVN.] Philosophorum tunc habitu:
idemque in barbâ. quam aut neglegenter, aut nec ton-
debant.

6. ARGENTO ODIVN.] Quod iudem reuebant,
fictilibus contenti.

7. CVBILE HVMI.] Sine ipse lectus in terrâ, siue
minus exstructus. Nam diuitum thori alti; aliorum
humiles & depressi.

8. PERVERSA VIA.] Quâ ad gloriam eunt,
non cundo.

9. FRONS NOSTRA.] Obuia & exterior omnis
ista facies.

10. SPLENDEAT.] Nitida, recens lota, & pexa:
vt in elegantibus.

11. SORDEAT.] Alba, quod satis sit. Vide De
Tranquill. cap. i.

12. AVRI CÆLATVRA.] Emblemata, siue Latinis
Inserta.

13. SENSVM COMMVNEM.] Non in decretis
animi, sed in externo rerum vsu.

14. A QVA PROFESSIONE.] Id est, ab eo quod
philosophia promittit: iam dictum. Alij, professio-
nis, quod sit, A societate & congregatione separant,
dissimilis professio.

15. DISSIMILITVDO.] Si abimus à sensu com-
muni, congregatione, & talibus.

16. SECVNDVM NATVRAM.] Commune phi-
losophorum axioma. De Vit. beat. cap. iiii. & viii.
item Epist. xli. in fine.

17. DELICATAS RES.] Mens liber: Quem-
admodum petere delicatos cibos, luxuriosi est,
ita vilitas & non magno paratos fugere.

18. SVSPE-

A nam: potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur vita inter bonos mores & publicos: ¹⁸ suspiciant omnes vitam nostram, sed & ¹⁹ agnoscant. Quid ergo? Eadem faciemus, quæ ceteri? nihil inter nos & illos intererit? plurimum. Dissimiles esse nos vulgo, sciat, qui inspexerit propitius, qui domum intrauerit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram. Magnus ille est, qui fictilibus sic vitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui ²⁰ sic argento vitur, quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est, pati non posse diuitias. Sed ut huius quoque diei Lucellum tecum communicem, apud ²¹ Hecatonem nostrum inueni, cupiditatum finem, etiam ad timoris remedia proficere. ²² Desines, inquit, timere, si sperare desieris. Dices, quomodo ista tam diuersa pariter sunt? Ita est, mi Lucili: cum videantur dissidere coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena ²³ & custodiam & militem ²⁴ copulat: sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt. Spem merus sequitur. Nec miror ista sic ire. vtrumque pendens animi est, quod non ad præsentia aptamur, sed cogitationes in longinqua præmittimus. Ita que prouidentia, maximum bonum conditionis humanæ, in malum versa est. Feræ pericula quæ vident, fugiunt; cum effugere, securæ sunt: nos & venturo torquemur, & præterito. Multa bona nostra nobis nocent. timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantum præsentibus miser est.

EPIST. VI.

PROFICERE se in Philosophiâ; & argumentum esse, quod vitia sua agnoscat. Velle se cum eo, ut vero amico, omnia communicare, quæ sint vitia: idque proprium sapientis. Consuetudinem bonorum valde efficacem, & supra ipsa præcepta videri: quod exemplo Philosophorum aliquot docet.

CINTELLIGO, Lucili, non emendari me tantum, sed ¹ transfigurari: nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse, quod mutandum sit. Quidni multa habeam quæ debeant ² corrigi, quæ ³ extenuari, quæ ⁴ attolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translatis animi, quod vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. ⁵ Quibusdam ægris gratulatio fit, cum se ipsi ægros esse senserunt. Cuperem itaque tecum communicate tam subitam mei mutationem: tunc amicitia nostræ certiore fiduciam habere cepissem, ⁶ illius veræ, quam non spes, non timor, ⁷ non vtilitatis suæ cura diuellit: illius, cum quæ homines moriuntur, & pro quæ moriuntur. Multos tibi dabo, qui ⁸ non amico,

18. SUSPICIAN.] Taciti venerentur, ut bonam.

19. AGNOSCAN.] Vt non aliam prorsus, nec supra hominem.

20. SIC ARGENTO.] Aristippi ea mens, qui increpanti quod perdicem quinquaginta drachmis emisisset: & Tu, inquit, istam obolo non emeris? Annuente, Mihi autem, ait, quinquaginta drachmæ sunt obolus.

21. HECATONEM NOSTRYM.] Stoicum, Pansæti discipulum, domo Rhodum.

22. DESINES TIMERE.] Nam suspensus hic alter ab alio affectus: Aristoteles 11. Rhet. ad Theod. cap. v. In Tragico alibi: Qui nil potest sperare, desperet nihil.

23. ET CVSTODIAM.] Ipsum qui custoditur, reum & innoxâ. Epist. LXX. & LXXVII.

24. COPVLAT.] Manilius, tales custodes facit qui sub Andromedâ nati, lib. v.

Vinctorum dominus, sociusq; in parte catenæ, Interdum pœnis innoxia corpora seruat.

Est hæc Militaris custodia, & honestior: de quâ nos ad Tacit. 111. Annal. plenè.

EPIST. VI. I. TRANSFIGVRARI.] In alium habitum hominemq; ire. Epist. xciv. Qui facienda & vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quæ didicit, animus eius transfiguratus est. Itaque mutatio hæc siue metastasus id est, animorum est hominum, interni.

2. CORRIGI.] Præua & curua. alij colligi à libris quibusdam eligant: nempe sparsa, inquit, & dissoluta.

3. EXTENUARI.] Vbi tumidi affectus.

4. ATTOLLI.] Vbi viles & depressi.

5. QVIBVS DAM ÆGRIS.] Vt in lethargo: ut in melancholiâ, vbi insani maxime sibi sani.

6. ILLIVS VERÆ.] Nostra & Stoica.

7. NON VUTILITATIS.] Quæ est Epicuri amicitia.

8. NON AMICO.] Vulgari, de quo Epist. 111.

9. AMI-

amico, sed ⁹ amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in societatem A honesta cupiendi par voluntas trahit. Quid ni non possit? Sciunt enim ipsos omnia habere communia, & quidem magis aduersa. Concipere animo non potes, quantum momenti afferre mihi singulos dies videam. Mitte, inquis, & nobis ista, quae tam efficacia expertus es. Ego verò cupio ista omnia in te transfundere, & in hoc gaudeo aliquid discere, ¹⁰ vt doceam: nec me vlla res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi vni sciturus sim. Si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem, reiiciam. Nullius boni, sine socio, iucunda possessio est. Mittam itaque ipsos tibi libros: & ne multum operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam ¹¹ notas, vt ad ea ipsa protinus quae probo & miror, accedas. Plus tamen tibi & viuua vox & conuictus, quam oratio, proderit. in rem praesentem venias oportet. Primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt: deinde quia longum iter est per praecpta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si cum tantum. modò audisset. vitae eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum, ¹² an ex formulâ B suâ viueret. Plato & ¹³ Aristoteles, & omnis ¹⁴ in diuersum itura sapientium turba, plus ¹⁵ ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. ¹⁶ Metrodorus, & ¹⁷ Hermachum, & ¹⁸ Polyænum, magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum, vt proficias, sed vt profis. plurimum enim alter alteri conferemus. Interim quia diurnam tibi mercedulam debeo, quid me hodie apud Hecatonem delectauerit, dicam. *Quæris, inquit, quid profecerim? Amicus esse mihi* ¹⁹ capi. Multum profecit. numquam erit solus. ²⁰ Qui sibi amicus est, scito hunc amicum omnibus esse.

9. AMICITIA.] *Fructu ipso qui ex amico capitur, dum castigat, monet, communicat.*

10. VT DOCEAM.] *Stoicus sensus. Ita Cato apud Ciceronem, III. De Fin. Impellimur naturâ vt prodesse velimus, inprimisque docendo rationibusque prudentiæ tradendis. Itaque non facile est inuenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri.*

11. NOTAS.] *Cuiusmodi in margine solent olim & nunc poni, Laudis vel Culpa.*

12. AN EX FORMVLA.] *Meus & meliores, vt ex formulâ: quod esset, ideo obseruauit, vt viuere posset ad eius normam. Nam suum sic vsurpari, non nouum. Malim tamen, vtrum ex.*

13. ARISTOTELES.] *Error aut calor descriptionis est. ille adeo non conuixit Socrati, nec x idit quidem. Nam obiit Socrates primo anno Olympiadis xcv. vt plerique, siue vt Diodorus, xcvi. Atquin Aristoteles natus est anno primo Olympiadis xcix. id est, septem post eum annis: quod præter Laërtium, Dionysium, Agellium, & Eusebium tradiderunt: quomodo ergo in conuictu ei fuerit? Scio Ammonium in viâ Aristotelis tradere de tribus annis, quos cum Socrate egerit, & quod vigesimo deinde ad Platonem venerit: sed supino errore, & calculus annorum ipse Ammonij refellit.*

14. IN DIVERSVM.] *Nam plures secta, velut aquarum diuortia, ab illo capite facta.*

15. EX MORIBVS.] *De eâ re ita Xenophon, lib. IV. de Soc. Οὐτως δὲ ἠσυχία ἦν ἐν αὐτῷ ἀποζημιῶν, καὶ ἠδύτητα πρὸς τὸν ἀφελίμου, ὅτι τῆς σπουδαίου τῆς τοῦ καὶ ἡμετέρας αἰδομένης, φανερὸν εἶναι, διότι ἡ δὲ ἀφελίμου ἐστὶν ἐν τῷ σπουδαίῳ συνέβαιναι, καὶ μὴ ἐκείνου διατρίβειν ὁσσοῦν καὶ ἐν ἡμετέροις ἀποζημιῶν: Ita autem Socrates erat in omni re & omnimodis, vtilis, vt attendenti & vel modicè intelligenti liqueret, nihil vtilius fieri posse, quam illi adesse, cum eo versari, vbicumque, & in re quacumque, ac plura addit.*

16. METRODORVM.] *Duo fuerunt hoc nomine Epicuri discipuli. prior Metrodorus Stratonicensis, qui tamen ab illo ad Carneadem defecit: alter, Atheniensis, qui perseuerauit, & libris etiam pluribus disciplinam propagauit. Hunc intellegit.*

17. HERMACHVM.] *Hic est Hermachus, Agemarchi filius, Mitylenæus, qui in scholâ & diatribâ Epicuro successit. Diogenes.*

18. POLYÆNUM.] *Athenodori filium, Lampsaecenum: item inter discipulos. etsi ante Epicurum obiit, vt ex eius Testamento colligas.*

19. COEPI.] *Ea vox abest scriptis plerisque.*

20. QUI SIBI AMICVS EST.] *Et hæc verba item desunt: sed desunt. Ex Stoico dogmate manat, qui se amat, id est bonum sapientem, facit, hunc & alios sic amare. Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.*

A

EPIST. VII.

PROFICIENTI turbam vitandam, & vitia ab eâ trahi: vitanda item spectacula, & maximè cruenta. Neque publicè recitandum, aut differendum, apud dissimiles. Pluris sit, inquit, vnus alterque auditor bonus, aut etiam nullus.

QVID tibi vitandum præcipuè existimes, quæris? turbam. Nondum enim illi te tuto committeris. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Numquam mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his quæ fugavi, redit. Quod agris hocnit, quos longa imbecillitas vsque eò affecit, vt numquam sine offensâ proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis vitium¹ aut commendat, aut² imprimit, aut nescientibus³ allinit. Vtique quò maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est. Nihil verò est tam damnosum bonis moribus, quàm in aliquo spectaculo desiderare. Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt. Quid me existimas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Casu in⁴ meridianum spectaculum incidi, lusus expectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano⁵ cruore acquiescant. Contrà est, quidquid antè pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omnis nugis, mera homicidia sunt: ⁶ nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, numquam frustra⁷ manum mittunt. Hoc plerique⁸ ordinariis paribus & ⁹ postulatitiis præferunt. Quid ni præferant? non galeâ, non scuto repellitur ferrum. Quò munimenta? quò gladij artes? Omnia ista mortis moræ sunt. Mane leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores¹⁰ interfecturis iubentur obici, & victorem in aliam detinent eadem. exitus pugnantium mors est: ¹¹ ferro & cigne res geritur. Hæc fiunt, dum¹² vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis: ¹³ quid ergo meruit? vt ¹⁴ suspendatur. Occidit hominem. qui occidit, ille meruit vt hoc pateretur: tu quid meruisti miser, vt hoc spectes? Occide, ¹⁵ vre, verbera. ¹⁶ Quare tam timidè incurrit in ferrum? quare parùm audacter occidit? quare parùm libenter moritur? ¹⁷ Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obuuis pectoribus excipiunt.

Inter-

EPIST. VII. I. AVT COMMENDAT.]

Exemplo.

2. IMPRIMIT.] *Sermone.*3. ALLINIT.] *Conuersatione.*4. MERIDIANVM.] *In arenâ duplex spectaculum, Matutinum & Meridianum. Ibi cum bestiis, nunc, qui reliqui, inter se depugnabant. Me vide*

11. Saturnal.

5. CRUORE.] *Qui manè affatim effusus.*D 6. NIHIL HABENT.] *Epist. xcv. Homo sacra res, homo, iam per lulum & iocum occiditur: & quem erudiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is iam nudus inermisque producitur satisque spectaculi in homine mors est.*7. MENVN MITTUNT.] *Ad ictum. De manibus gladiatoris, nos quoque in Saturn.*8. ORDINARIIS.] *Qui legitimo tempore, loco, & apparatu inducuntur. qui proprie & primò gladiatores sunt. At isti, velut vicarij quidam & subito suffecti, minus artis aut pompæ habebant.*9. POSTVLATICIIS.] *Plus etiam quàm Ordinariis. nam isti sepositi quidam, & velut Principales erant: quos populo poscenti, per gratiam indulgebant.*10. INTERFECTVRIS.] *Scripti, interfectis: sed sententia ita poscit. A libris Muretus abiit qui, inter se, fecit.*11. FERRO ET IGNE.] *Ferro, quo occidunt: igne, quo in eadem agunt. statim: Occide, vre.*12. VACAT ARENA.] *A legitimo & ordinario spectaculo, matutino. Statim: Intermisium est spectaculum.*13. QVID ERGO MERUIT?] *Malim, Quid ergo meruit, vt.*14. SUSPENDATVR.] *In cruce. nam hoc latronibus destinatum supplicium. Tamen pro mente hie magis fortasse, meruit, vt sicperdatur?*15. VRE, VERBERA.] *Vre facibus, aut candentis ferro; verbera, flagris. Ad epist. xxxvii. & nos in Saturn.*16. QVARE TAM TIMIDE.] *Voces & affectus populi. qui sic in Cicerone: In gladiatoris pugnis timidos, & supplices, & vt viuere liceat obsecrantes, odisse solemus. In nostro De Ira 1. Quid gladiatoribus quare populus irascitur, & tam iniquè, vt iniuriam putet, quòd non libenter pereunt? Contemni se iudicat, & vultu, gestu, ardore, de spectatore in aduersarium vertitur.*17. PLAGIS.] *Verberibus, vt supra.*

18. MALA

Intermissum est spectaculum? interim iugulantur homines, ne nihil agatur. Age ne hoc A quidem intelligitis, ¹⁸ mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite diis immortabilibus gratias, quod ¹⁹ eum docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti: facile transitur ad plures. Socrati, Catoni, & Laelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum, qui ²⁰ cum maxime concinnantur ingenium, ferre impetum vitiatorum tam magno comitatu venientium potest. Vnum exemplum aut luxuriae, aut avaritiae, multum mali facit: conuictor delicatus paullatim enervat & emollit: vicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes quamuis candido & simplici, ²¹ rubiginem suam affricuit: quid tu accidere ²² his credis, in quos publice factus est impetus? Necessè est aut imiteris, ²³ aut oderis. Vtrumque autem deuitandum est: ne vel similis malis fias, quia multi sunt: neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in teipsum quantum potes. cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuò ista fiunt, & homines dum docent, discunt. Non est ergo quòd te gloria B publicandi ingenij producat in medium, vt ²⁴ recitare istis velis, aut disputare: quod facere te vellem, si haberes isti populo ²⁵ idoneam mentem. Nemo est, qui intelligere te possit. Aliquis fortasse vnus aut alter incidet: & hic ipse formandus tibi erit, influendusque ad intellectum tui. Cui ergo, inquis, ista didici? non est quod timeas, ne operam perdideris, si tibi didicisti. Sed ne mihi soli hodie didicerim, communicabo tecum quae occurrerunt mihi egregiè dicta circa eundem ferè sensum tria: ex quibus vnum haec epistola in debitum soluet, duo ²⁶ in antecessum accipe. Democritus ait: *Vnus mihi pro populo est, & populus pro vno.* Bene & ille quisquis fuit (ambigitur enim de auctore) cum quaereretur ab illo, quò tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruentura? *Satis sunt,* inquit, *mibi pauci, satis est vnus, satis est nullus.* Egregiè hoc tertium. Epicurus cum vni ex consortibus studiorum suorum scriberet: *Haec,* inquit, *ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus.* Ista, mi Lucili, condenda in animum sunt, vt contemnas voluptatem, ex plurium assensione venientem. Multi te laudant. Ecquid habes cur placeas tibi, si is es quem multi intelligunt? introrsus bona tua spectent.

18. MALA EXEMPLA.] *Qui tam libenter occidit, non timetis à potentiore occidi?*

19. EVM DOCETIS.] *Manifestò hoc ad Neronem. & in eius clementia laudem, blandè nec tamen falsò (sub iniuria quidem imperij) hic inseruim.*

20. CVM MAXIME CONCINNAMVS.] *In viam & profectum sumus ad bonam mentem, nondum habemus: fingimus & formamus. His talibus quàm vitanda turba, docet & Epicteti Dissertatio, lib. 11. cap. XVI.*

21. RVBIGINEM SVAM.] *Quam Aëuginem Horatius dixit. Epictetus: Αμύχανον τὸν συναφελόμενον τὸ νόσον μὲν ἴδιον, καὶ ἄλλοις ἀπολαύσαι τῆς ἀσθενοῦς: Fieri non potest, quin qui versetur & adhæreat fuligine tincto, & ipse fuliginem ab eo participet.*

22. HIS CREDIS.] *Nihil autem, et si libri plerique, his moribus credis: non malà item sententiã. Quantum periculi ab his moribus vitiosis, est, in qua publicè consensus? Sed melior aptiorq. e vulgata. si vnus alterve conuictor corruptis, aut deicit: quo-*

modo ò stabunt, qui à toto populo petuntur? quod iis euenit, qui turba se committunt.

23. AVT ODERIS.] *Quidam liber, odioris. quod verbi non sperno: sed hic locum non habere sequentia docent.*

24. RECITARE.] *Tua scripta in publico, vt olim solet.*

25. IDONEAM MENTEM.] *Aliqui, mercem.*

26. IN ANTECESSVM.] *Vox à foro & argentariis. significat inante solui, & priusquam dies cessit. Glosse: Antecessum: ἀπόχρεια. vult esse, dare vel accipere eis ἀπόχρεια: quod Latinis, Prærogare, vel Præcipere. Quinçtilianus Declamat. Quod apud mercatores solet, in antecessum dedi. Florus 111. Marius & Carbo, desperatã victoriã, & ne inulti perirent, in antecessum sanguine Senatus sibi parentabant. Eas enim duas voces, è fido codice, nos Floro redonamus. Vultur & nosler, epist. CXVIII. initio, De Benefic. IIII. cap. XXXII.*

EPIST. VIII.

PENDET à priore epistola, & est velut obiectio. Quid? vitare me vis turbam, & populum? atqui Stoici tui docent rebus accedere, in rebus mori. Respondet, non otium se suadere, sed secessum. à suo exemplo: qui relictis aliis, Sapientia vacat, & præcepta eius scriptis propagat. Hoc operum maximum, & pulcherrimum esse. Denique inserta ab Epicuro, Libertatem veram à Philosophiâ dari.

Tv me, inquis, vitare turbam iubes, secedere, & conscientia esse contentum: vbi illa præcepta vestra, quæ imperant in actu mori? Quid? ego tibi vidcor in-
 terim sedere? in hoc me recondidi, & fores clausi, vt prodesse pluribus possim. Nullus mihi per otium dies exit: partem noctium studiis vindico: non vaco somno, sed fuc-
 cumbo, & oculos vigiliâ fatigatos, cadentesque, in opere detineo. Secessi non tantum ab
 hominibus, sed etiam à rebus, & primum à meis. Posterorum negotium ago: illis ali-
 qua quæ possint prodesse, conscribo: salutare admonitiones, velut medicamentorum
 vitium compositiones, litteris mando, esse illas efficaces in meis vlcibus expertus: quæ
 etiam si perlanata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter, quod serò cognoui, & las-
 sus errando, aliis monstro. Clamo, Vitare quæcumque vulgo placent, quæ casus attri-
 buit: ad omne fortuitum bonum, suspiciosi pauidique subsistite. Et fera, & piscis, spe
 aliquâ oblectante decipitur. Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis no-
 strum tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, ista viscata beneficia de-
 nitet: in quibus hoc quoque miserrimi fallimur, habere nos putamus, habemur. In
 præcipitia cursus iste deducit: huius eminentis vitæ exitus, cadere est. Deinde ne resiste-
 re quidem licet, cum cœpit transuersos agere felicitas. Aut saltem rectis, aut temet
 frueris. Qui hoc faciunt, non euertit fortuna, sed cernulat & allidit. Hanc ergo sa-
 nam & salubrem formam vitæ tenere memento, vt corpori tantum indulgeas, quan-
 tum bonæ valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo malè pareat: cibus fa-
 mem fedet, potio sitim extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit aduer-
 sus infesta corpori. Hanc vtrum cespes crexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil in-
 terest:

EPIST. VIII. I. IN ACTU MORI.] *Noster, in Fragmento quod Vitæ beatæ adhefit: Quid agis Seneca? defensis partes. certè Stoici vestri dicunt, Vique ad vltimum vitæ finem in actu erimus.*

2. INTERIM SEDERE.] *Desidere, & otiosus esse. Suum exemplum obiecti reponit. Vis videre etiam in secessu actionem, & in otio negotium esse? en me & studia mea. Libri tamen plerique: Quod ego tibi videor interim suadere, in hoc.*

3. SUSPICIOSI.] *Nequid, specie boni, mali lateat.*

D 4. INSIDIÆ SVNT.] *Marialis lib. IV. in capti-
 torem: Qui potes insidias, dona vocare, tuas.*

5. VISCATA BENEFICIA.] *Que qui tangit, ob-
 haret. Plinius lib. IX. epist. XXX. Qui iis potissimum donant, qui donare maxime possunt. quos ego viscatis hamatilque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.*

6. HABEMVR.] *Noster epist. CXXIX. Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. De Vit. beat. cap. XXII. Ad postremum, diuitiæ meæ sunt, tu diuitiarum es. Valerius: Proculdubio hic non possedit diuitias, sed à diuitiis possessus est. Bionis vetus dictum, in auarum: Οὐχ ἔπος, ἐστὶν, τὴν ἐσίου κέρηται, ἀλλ' ἡ ἐσία τοῦ-
 τος: Non iste bona possidet, sed bona ipsum. Boni igitur sententia: sed libri tamen nostri, fallimur:*

habere nos putamus, hæremus. & ad viscum at-
 que aues referri possit, que dum prædam tenere se-
 putant, tenentur.

7. AUT RECTIS.] *Muretus vulgavit, Aut re-
 ctus sta, aut semel fuge. qui hoc faciunt, non e-
 uertit. Sed nos scripturam veterem, nostrig, optimi
 libri præferre malimus, in loco hecules corrupto,
 quid si defecto? Quidam scripti, pro fruëris, ha-
 bent frueri; alij, fueri. Ego non attollo hunc locum,
 imò depono.*

8. SED CERNVLAT.] *Ergo minus hoc est quam
 Eucitere, quod præiit: an matius? Sanè qui cer-
 nuum se abiicit, præcipitat &, quod hic addit, allidit.
 Cernulat autem in Glossario explicatur ὠβριση: in
 caput se iacit pronum: & Cernuus, ὠβριση, quia ira
 solent per lusum id genus. Solinus, de Tigride: Notantur
 frequentissimè, in litore, irrita rabie, cernuari: cum
 assequi raptos factus sui non possunt. Apuleius I. Corpus
 exanimatum in flumen pænè cernuat. Varro apud Nonium:
 Pelles bubulas oleo perfusas percurrabant, ibique
 cernuabant. Prudentius:*

Cernuat ora senex barbatus, & oscula figit.
 Seruius in hoc Virgilij lib. X. incumbit cernuus ar-
 mo: In eam partem, quæ cernimus, prolapsium
 interpretatur.

9. VARIUS LAPIS.] *Marmor varij coloris.*

1

10. AVRO.]

terest: scito hominem tam benè culmo, quàm ¹⁰ auro tegi. Contemne omnia, quæ su-
peruacuis labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te, præter animum, nihil
esse mirabile: cui magno nihil magnum est. Si hoc tecum, si hoc cum posteris loquor,
non videor tibi plus prodesse, quàm cum ad vadimonium aduocatus descenderem, aut
tabulis testamenti annulum imprimerem, aut in senatu ¹¹ candidato vocem & manum
commodarem? Mihi crede: qui nihil agere videntur, maiora agunt, humana diuina-
que simul tractant. Sed iam finis faciendus est, & aliquid, vt institui, pro hac epistolâ
dependendum. id de meo non fiet. adhuc Epicurum ¹² replicamus, cuius hanc vocem
hodierno die legi. *Philosophia seruias oportet, vt tibi contingat ¹³ vera libertas.* Non dif-
fertur ¹⁴ in diem, qui se illi subiecit & tradidit. ¹⁵ Statim circumagitur. hoc enim ipsum
philosophiæ seruire, libertas est. Potest fieri, vt me interrogas, quare ab Epicuro tam
multa benè dicta referam potius quàm nostrorum. quid est tamen, quare tu istas Epi-
curi voces putes esse, non publicas? Quàm multa poëta dicunt, quæ à philosophis aut
dicta sunt aut dicenda? Non attingam tragicos, aut togatas nostras: habent enim hæc B
quoque aliquid seueritatis, & sunt inter comœdias & tragœdias mediæ: quantum di-
fertissimorum versuum inter mimos iacet? quàm multa Publij, non ¹⁶ excalceatis, sed
¹⁷ cothurnatis dicenda sunt? Vnum eius versum, qui ad philosophiam pertinet, & ad
hanc partem quæ modò fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostris habèda.

Alienum est omne, quidquid optando venit.

Hunc versum à te dici non paullo melius, & adstrictius, memini:

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Illud etiamnum melius dictum à te non prateribo:

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

Hoc non imputo in solutum. de tuo tibi.

10. AVRO.] *In laquearibus.*

11. CANDIDATO.] *Hoc est, quod in eodem ar-
gumento nosse, De Tranquill. cap. III. dixit, Extra-
here candidatos. Verba: Nec enim is solus reip.
prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos.
adde cetera. Quia enim quasi latentes, voce & ma-
nu, vt hic scribitur, producit & ostendit: Extrahe-
re ibi scripsit. Plinius Panegyrico: Quippe cum
orationi oculos, vocem, manum commodares:
in eadem re candidatorum. Nam vt idem Plinius fa-
teretur (lib. III. epist. XX.) cum iam comitia per Prin-
cipem in Senatu haberentur, excesserant manifestis
illis apertisque suffragiis licentiam concionum.
Non tempus loquendi, non tacendi modestia,
non deniq; sedendi dignitas custodiebatur. Pro-
currebant omnes cum suis candidatis: & plura,
quæ addit.*

12. REPLICAMVS.] *Vt solet in vertendo & vol-
uendo libros. Ita meus & meliores: alij complica-
mus, vulgò, compilamus.*

13. VERA LIBERTAS.] *Quæ ea sit, vide
epist. LXXV. in extremâ.*

14. IN DIEM.] *Vt vulgò solet in seruis: qui
non sunt liberi, nisi post annorum seruitutem.*

15. STATIM CIRCVMAGITVR.] *Ad Ro-
manum ritum. quo manum si, manu capiti imposta,
in orbem vertebantur. Persius:*

*Verterit hunc dominus, momento temporis
exit
Marcus Dama.*

Horatius:

— quibus vna Quiritem

Vertigo facit.

*Ritus, qui significabat liberos iam esse, huc illuc ire
posse, quò vellent.*

16. EXCALCEATIS.] *Quod in mimis & comi-
cæ, qui socco non cothurno utebantur.*

17. COTHURNATIS.] *Tragicis, quorum al-
tiores hi calcei, vt magis sublimes & augusta es-
sent regum aut principum illæ personæ. Nosse epist.
LXXVI. Vt cothurnati, simul exierunt, excal-
ceantur & redeunt ad staturam suam.*

EPIST. IX.

ITEM pars aut explicatio priorum. Sapientem non querere homines, seipso contentum. Quid ergo? non etiam amicum? Imò, sed potest & sine eo esse: potest amittere, & amissum reparare. In seipso fructus & voluptas est, dum parat. An ergo suâ causâ, ut Epicurèi censent? Non, sed potius alterius cui proficit, pro quo periclitetur, pro quo moriatur. Merces virtutis, ipsa est. Fusius deinde & subtilius, Quatenus se contentus, quatenus non sit: & in verbis distinctiuncula Stoica.

AN meritò reprehendat in quadam epistolâ Epicurus eos, qui dicunt sapientem seipso esse contentum, & propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur¹ Stilponi ab Epicuro, & his quibus summum bonum visum est² animus impatiens. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere *ἀποδείξαι* vno verbo scitè voluerimus, & Impatentiam dicere. Poterit enim contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. Nos enim eum volumus dicere, qui respuat omnis mali sensum: accipietur is, qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, aut³ inuulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum. Hoc inter nos⁴ & illos interest. Noster sapiens⁵ vincit quidem incommodum omne, sed sentit: illorum, ne sentit quidem. Illud nobis cum illis commune est, sapientem⁶ seipso esse contentum: sed tamen & amicum habere vult, & vicinum, & contubernalem, quamuis sibi ipse sufficiat. Vide quàm sit se contentus. aliquando sui parte contentus est, si illi manum aut morbus, aut hostis inciderit. Si quis oculum casus excusserit, reliquâ illi suâ satisfaciens: & erit imminuto corpore & anputato tam lætus, quàm integro fuit. Quæ sibi defunt, non desiderat: sed non deesse mavult. Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico, sed ut possit: & hoc quod dico possit, tale est. amissum æquo animo fert: sine amico quidem numquam erit. in suâ potestate habet, quàm citò reparat. Quomodo si perdidit Phidias statuam, protinus alteram facit: sic & hic faciendarum amicitiarum artifex, substituet alium in locum amissi. Quæris quomodo amicum citò facturus sit? dicam, si illud mihi tecum conuenerit, ut statim tibi solvam quod debeo, & quantum ad hanc epistolam, ⁷ paria faciamus. Hecaton ait: Ego tibi monstrabo⁸ amatorium, sine medicamento, sine herbâ, sine vilius venesicæ carmine. ⁹ Si vis amari, ama. Habet autem non tantum amicitia: usus, veteris & certæ, magnam voluptatem, sed etiam initium & comparatio nouæ. Quod interest inter metentem agricolam, & serentem: hoc inter eum qui parauit amicum, & qui parat. ¹⁰ Attalus philosophus dicere solebat, *Iucundius esse amicum facere, quàm habere*: quomodo artificii iucundius est pingere, quàm pinxisse. Illa in opere occupata sollicitudo, ingens oblectamentum habet in ipsâ occupatione. Non æquè delectatur, qui ab opere perfecto remouit manum. iam fructu artis suæ fruatur: ipsâ fruebatur arte, cum pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior. Nunc ad propositum reuertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult: si ob nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat:

EPIST. IX. I. STILPONI.] Cuius Zeno auditor fuit, & quædam ab eo hausi.

2. ANIMVS IMPATIENS.] Quorum sententia nimis rigida erat, Sapientem mediis in rebus neutram in partem moueri, aut inclinare. Id ad iacopiar vocabant, & in hac Summum bonum esse. Vide me diffusè edisserentem III. Manuduct. Diss. VII.

3. INVULNERABLEM ANIMVM.] Parum scitè exprimit, meo quidem sensu. Cur non imperturbabilem animum potius? cur non vno verbo (licet enim fingere) imperturbationem?

4. ET ILLOS.] Megaricos, inter quos Stilpo.

5. VINCIT QVIDEM.] Sensum non adimunt

Stoici, victoriam donant: ut noster De Prouid. ca. II. Nec hoc dico, non sentit illa, sed vincit. Vide me loco dicto.

6. SEIPSO CONTENTVM.] Magnificum dogma, & inter inopinata. De quo ego Manud. III. Dissert. X.

7. PARIA FACIAMVS.] Nihil reliqui sit, neuter in alterius ære.

8. AMATORIVM.] Glossæ veteres explicant, φίλος. Idem Latini, Venenum.

9. SI VIS AMARI.] Martialis hoc ipsum:

— Marce ut ameris, ama.

10. ATTALVS.] E Stoicis, sub Tiberio, philosophus. de quo epist. CVIII. & alibi.

iaceat : non ob hoc quod ¹¹ Epicurus dicebat in hac ipsâ epistolâ, vt habeat qui sibi egro affideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi : sed vt habeat aliquem, cui ipse egro affideat, quem ipsum circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, malè cogitat : quemadmodum cœpit, sic desinet. Parauit amicum aduersus vincula laturum opem : cum primùm crepuerit catena, discedet. Hæ sunt amicitia, ¹² quas *Temporarias* populus appellat. Qui causâ vilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Hac re ¹³ florentes amicorum turba circumfedit : circa euersos ingens solitudo est : & inde amici fugiunt, ¹⁴ vbi probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necessè est initia inter se & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit ; placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si vllum in illâ placet pretium præter ipsam. In quid amicum paro ? vt habeam pro quo mori possim, vt habeam quem in exilium sequar, cuius me morti opponam & ¹⁵ impendam. Ista quam tu describis, ¹⁶ negotiatio est, non amicitia : quæ ad commodû accedit, quæ quid consecutura sit, spectat. Non dubiè habet aliquid simile amicitia, affectus amantium : possis dicere, illam esse insanam amicitiam : numquid ergo quisquam amat lucri causâ ? numquid ambitionis aut gloria ? Ipse per se amor, omnium aliarum rerum negligens, animos in cupiditate formæ, non sine spe mutua caritatis, accendit. Quid ergo ? ex honestiori causâ coit turpis affectus ? Non agitur, inquis, nunc hoc, an amicitia propter se, an propter aliud sit expectanda. nam si propter seipsam expectanda est, potest ad illam accedere, qui seipso contentus est. Quomodo ergo ad illam accedit ? quomodo ad rem pulcherrimam : non lucro captus, nec varietate fortunæ perterritus. Detrahit amicitia maiestatem suam, qui illam ¹⁷ parat ad bonos casus. Se contentus est sapiens. Hoc, mi Lucili, perperam plerique interpretantur : sapientem vndique submouent, & ¹⁸ intra cutem suam cogunt. Distinguendum est autem, quid & quatenus vox ista promittat. Se contentus est sapiens, ad beatè viuendum, non ad viuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est ; ad illud tantum animo fano, & erecto, & despiciente fortunam. Volo tibi ¹⁹ Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait sapientem nullâ re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse : contra, stulto nullâ re opus est, nullâ enim re scit vti, sed omnibus eget. Sapienti

II. EPICVRVS DICEBAT.] *Eius dogma, Amicitiam ob usum fructumq, esse. Verba in Laertio: Εἷναι τῆς γῆρας αἰ τῆς φιλίας, ὁ ἰσὶ τὰς γῆρας: Esse & contrahi amicitiam, ob vsus. Plutarchus, De amore in liberos. Θαυμάζεται ἔν τῶς θεάτροις ὁ εἰσὼν,*

Μιθεῖ γδ ἀνδράπων, τίς ἀνδράπων φιλῆι; κατ' Ἐπικουρον, ὁ πατήρ τῶν υἱῶν, μήτηρ τὸ πάρον, οἱ παῖδες τοῦς τεκόντας:
In theatris admirationi est, qui dicit,

Mercede nam quis hominis, hominem diligit?

Iuxta Epicurum, pater filium, mater prolem, ipsi liberi parentes. Stoici contra. & hanc quoque virtutem, vt omnes, suâ causâ & pretio colendam. Cicero III. de Fimb. Minimè verò probatur huic disciplina (Stoica) de qua loquor, aut Amicitiam, aut Iustitiam, propter vtilitates adscisci, aut probari. Plura nos in Ethicis: & videbis *Manuduct.* I I I. *Dissert.* XVI.

12. QVAS TEMPORARIAS.] *Temporibus aptas, & cum iis manentes, abeuntes. Ita in Cartio, Temporaria ingenia: qua consilia & sese pro temporibus mutant.*

13. FLORENTES AMICORVM TURBA.] *Communis locus. sed isti nomine amici, non re audiunt. Euripides:*

*Ὅνομα γδ, ἔρχοι δ' ἀκ' ἐγὼσι οἱ φίλοι,
Οἱ μὴ πῶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι:*

Nomen quidè, sed tem ipsam amici non habet, Qui sorte tristi, non se amicos exhibent.

14. VBI PROBANTVR.] *Libri prisca, vnde probantur. rectè vtrumuis. Ennius:*
Amicus certus in re incertâ cernitur.

Lucretius:
Quò magis in dubiis homines spectare periculis
Conuenit, aduersusque in rebus nocere qui sint.

Exaltio igitur & probatio Amici, in re tristi.
15. IMPENDAM.] *Ipse moriar. Ab hac causâ argute Paneg. yristes, Theodosto: Humilis hæc virtus (Amicitia) dubiumque virtus iudicabatur, nec Patris digna, sed periculis habebatur.*

16. NEGOTIATIO EST.] *Cicero II. De Nat. Deorum: Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non erit ista Amicitia, sed mercatura quedam vtilitatum suatum.*

17. PARAT AD BONOS CASVS.] *Sic libri: & sententia bona, clara. Muretus vocem reiectum iuit, ediditq: ad casus. nec male, si tamen hoc Seneca.*

18. INTRA CUTEM.] *Intra se. Prouerbiale est: vt in Horatio,*

— quoniam in propria non pelle quiessem.
Martiali: — memento
Intra pelliculam cerdo manere tuam.

19. CHRYSIPPI DISTINCTIONEM.] *De qua ego Manuduct. I I I. Diss. X I.*



A pienti & manibus, & oculis, & multis ad quotidianum vsum necessariis opus est, sed eget nullâ re: egere enim, necessitatis est: nihil autem necesse sapienti est. Ergo quamuis seipso contentus sit, amicis illi opus est. hos cupit habere quàm plurimos, non vt beatè viuat: viuat enim etiam sine amicis beatè. Summum bonum extrinsecus instrumenta non querit, domi colitur: ex se totû est. incipit fortuna esse subiectum, si quàm partem sui foris querit. Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus, vel in aliquâ gente alienâ destitutus, vel in nauigatione longâ retentus, aut in desertum litus eiectus? qualis est Iouis, cum ²⁰ resolutio mundo, & diis in vnum confusus, paullisper cessante naturâ, ²¹ acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit. in se reconditur, secum est: quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est: & ducit vxorem, se contentus est: & liberos tollit, se contentus est: & tamen non viuat, si fuerit sine homine victurus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. nam vt aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitia. Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, saepe præferat: omne intra se bonum terminabit, & dicet quod Stilpon ille dixit, Stilpon quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim captâ patriâ, amissis liberis, amissâ vxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio vrbiû Poliorcetes fuit, *Numquid perdidisset? Omnia, inquit, bona mea mecum sunt.* Ecce vir fortis ac strenuus. ipsam hostis sui victoriam vicit. Nihil, inquit, perdidit. dubitare illum coegit, an vicisset. Omnia mea mecum sunt. Iustitia, virtus, temperantia, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes sine noxâ corporum transeunt: quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum & ruinas & ignes, illæsus & indemnus euasit? Vides quanto facilius sit totam gentem, quàm vnum virum vincere? Hæc vox illi est

C communis cum Stoico. aequè & hic intacta bona per concrematas vrbes fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam sine designat. Ne existimes nos solos generosa verba iactare: & ipse Stilponis obiurgator Epicurus, similem illi vocem emisit, quam tu boni consule, etiam si hunc diem iam expunxi. *Si cui, inquit, sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.* Vel si hoc modo tibi melius enunciari videtur: id enim agendum, vt non verbis seruiamus, sed sensibus: *Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo.* Vt scias autem hos sensus communes esse, naturâ scilicet dictante, apud poëtam comicum inuenies.

²² Non est beatus, esse se qui non putat.

Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus? Quid ergo? inquis, si beatum se dixerit ille turpiter diues, & ille multorum dominus, sed plurimum seruus: beatus suâ sententiâ fiet? Non quid dicat, sed quid sentiat, refert: nec quid vno die sentiat, sed quid assiduè. Non est autem quod verearis, ne ad indignum res tanta perueniat. Nisi

D sapienti sua non placent. omnis stultitia laborat fastidio sui.

20. RESOLVTO MVNDO.] *Per conflagrationem siue ἐκσφύρωσι in Stoicam.*

21. ACQUIESCIT SIBI.] *Chrysippus aiebat, Solum Iouem manere, omnium Deorum, post conflagrationem: ipsum autem recedere in Providentiam, atque vnâ manere ambos in solâ Ætheris siue Ignis essentia. Volebat nempe Iouem, cum Providentiâ, disponere futura, & Mundum componere: nec ineptè. Vide me 11. Physiol. Diss. XXII.*

22. NON EST BEATVS.] *Aliquid ego 11. Manducti. Dissert. XVII.*

Haftenus produxi, & vno tenore per viam ini: vereor vt deinceps sic possim, equabili industriâ & disquisitione. Quid vereor? imò non possum: ita assidui languores, & iam nuper acere illud morbi abiecerunt & abiiciunt, vt egrè ad hæc talia adsurgam. Confessio exprimitur: EIA VALETUDO CEDO, EN MANVM TOLLO.

EPIST. X.

SOLITVDINEM bonam, sed bonis aut progressis, esse: aliis aliam. Nam mali aut stulti maxime in ea peccant, remoto arbitro, & sibi relicti. Obiter praeceptiuicula de Votis: & nihil concipere, nisi quod palam possis nuncupare.

Sic est, non muto sententiam. fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Non habeo cum quo te communicatum velim, & vide quod iudicium meum abeat: audeo te tibi credere. Crates, vt aiunt, huius ipsius¹ Stilponis auditor, cuius mentionem priori epistolâ feci, cum vidisset adolescentulum secretò ambulantiem, interrogauit, *Quid illic solus faceret? Mecum*, inquit, *loquor*. cui Crates: *Cave*, inquit, *rogo & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris*. Lugentem timentem que custodire solemus, ne solitudine malè vtatur: nemo est² ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant: tunc aut aliis, aut ipsis futura pericula struunt. Tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quidquid aut metu, aut pudore celabat, animus expromit: tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. Denique, quod vnum solitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere indicem, perit stulto: ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, imò quid spondeam mihi. spes enim incerti boni nomen est. non inuenio cum quo te malim esse, quàm tecum. Repeto memoriâ, quàm magno animo quædam verba proieceris, quàm roboris plena. gratulatus sum protinus mihi, & dixi: non à summis labris ista venerunt: habent hæc voces fundamentum. iste homo non est vnus è populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic viuere: vide ne te vlla res depriinat. Votorum tuorum veterum licet diis⁴ gratiam facias: alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam valetudinē animi, deinde corporis. Quid ni tu ista vota sepe facias? audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Sed vt more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam, verum est, quod apud⁶ Athenodorum inueni: *Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eò peruenieris, vt nihil Deum roges, nisi quod⁷ rogare possis palam*. Nunc enim quanta dementia est hominum?

tur-

EPIST. X. Et tamen iterum post interuallum ad-moueo: sed, vt prædixi, non sic assiduam & intentam. Homini homo ignosce.

1. STILPONIS AUDITOR.] Auditor, sed non affecta aut sectarius: nam Diogenes Cynici fuit. Sed tanta Stilponis Venus in dicendo, vt plerisque studiosorum Megara ad se traxerit: inter eos Cratetem hunc, & Zenonem nostrum. Laetius in Stilpone.

2. EX IMPRUDENTIBVS.] Nam vt mali tragædi, ait Epictetus, soli canere non possunt, sed cum pluribus: sic quidam soli deambulare non possunt. At bonus potest, & bonis cogitationibus meliorem se reddere. Ideò Antisthenes ininterrogatus, Quid ex philosophiâ fecisset lucri? τὸ δὲ ὑναεῖς, ἔγωγε, ἐαυτοῦ ὀμιλεῖν: posse mecum loqui & versari, inquit.

3. NON A SUMMIS LABRIS.] Sed à pectore & intimo sensu. Illud autem prius conuenit in eos, qui, vt Lucianus loquitur, ἀπὸ ἀγροῦ χεῖλους φιλοσοφῶσι: à summo labio philosophantur: siue vt Favorinus dicebat, μέγιστα λέγειν, ἀνδρῶν ἀπὸ τῆν: verbosorum tenus, factorum expertes. Pulchrè Epictetus, apud Arrianum, 111. Dissert. XVI. hos tales increpat: Et quare, inquit, indocti in sermonibus & persuasionibus efficaciores sæpe, quàm vos sunt, o philosophi? Ὅτι ἐκείνοι μὲν τὰ σαυρὰ ταῦτα ἀπὸ δὲ οὐρανῶν λαλοῦσιν, ὑμεῖς δὲ τὰ κήρυκα ἀπὸ τῆς χεῖλῶν. διὰ τὸτο ἀτοπὰ ἔστι, καὶ νεκρά. Quo-

niam illi sordentia sua ex decreto, & animi sensu, proferunt; vos autem ista elegantia à labris, ideoque infirma sunt, & mortua. Nota opponi ista, δὲ ἀπὸ οὐρανῶν, καὶ ἀπὸ χεῖλῶν.

4. GRATIAM FACIAS.] Remittas, non exigas. Epistolâ XX. Hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus.

5. ROGA BONAM MENTEM.] Id est, Stoicè, Rectam, siue Perfectam Rationem: Mentem bene eruditam & factam, iudicij sanam. Ita Persius, inter publica vota:

Mens bona, Fama, Fides. hæc clarè, & vt audiatur hospes.

Petronius: At ne Bonam quidem Mentem, aut valetudinem petunt.

Iuuenalis:

Orandū est, vt sit Mens sana, in corpore sano. Propertius:

Mens Bona, si qua dea es, tua me in sacra condito.

6. ATHENODORVM.] De quo ego Manuduct. 1. Dissert. XII.

7. ROGARE POSSIS PALAM.] Pulcherrimus hic locus. Mala, nocitura, aut infamia non pudet à Diis petere; coram hominibus, pudet. Idem noster, De Benef. VI. c. XXXVIII. Quàm multa sunt vota, quæ etiam sibi fateri pudet? quàm pauca, quæ facere coram teste possumus? Idem De Benef. 11. cap. 1.

Vota

A turpissima vota diis infusurrant: si quis admouerit aurem, conticescent, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit: Sic viue cum hominibus, tamquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tamquam homines audiant.

EPIST. XI.

BENEFERARE se de amico Lucilij, in quo plurimus pudor & rubor. Hunc aliquando à natura esse, nec vllis præceptis excuti: ac sequi etiam Sapientem. Comparere item in malis interdum, & mali notam. Monitum deinde salutare Epicuri: Semper virum bonum representare nobis, qui coërceat vt pedagogus. Velut illo præsentate facere omnia, & loqui.

LOCUTVS est mecum amicus tuus bonæ indolis: in quo quantum esset animi, quantum ingenij, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit. Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit: non enim ex preparato locutus est, sed subito deprehensus. Vbi se collegit, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere: adeò illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmauerit, & omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nullâ enim sapientiâ, naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quidquid infixum & ingentum est, lenitur arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quàm fatigatis & æstuantibus solet: quibusdam tremunt genua dicturis: quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Hæc nec disciplina, nec vsus vniquam excutit: sed natura vim suam exercet, & illos vitij sui etiam robustissimos admonet. Inter hæc & ruborem esse scio, qui grauis-

Vota homines parcius facerent, si palam facienda essent. adeò etiam Deos, quibus honestissimè supplicamus, tacitè malumus & intra nos precari. *Caullus:*

— tacito suspendit vota labello.

At contra vir sapiens,

— redi custos, imitator honesti,

Et nihil arcano qui roget ore Deos:

vt Martialis de illo appositè, lib. 1. Adde & Horatium lib. 1. epist. xvi.

8. TURPISIMA VOTA.] *Perfius Sat. 11.*

At bona pars procerum tacitâ libabit acerâ.

Haud cuius promptum est, murmurque, humilesque susurros

Tollere de templis, & aperto viuere voto.

Vulgus, atque adeò primi, tacitis votis sacrificant, & intra se precati, quæ turpia, Moriatur ille, potiar illa, & quæ palam non audent. Plutarchus, de Defectu

DU oraculorum: Apollinem alij de Thefauris, aut Hereditatibus, aut incestis Nuptiis consulunt: vt planè refellatur Pythagoras, qui dixit, Homines, quando Deos adeunt, fieri meliores. Illi verò, quos animi morbos, eorum viro grauiore aut atate maturo, recondere & abnegare decebat; hos detectos & apertos ad Deum deferunt. *Opportunè de Pythagorâ: cuius etiam hoc fuit, μετὰ φωνῆς εὐχεσθαι: Oportere clarè & vocaliter precari. Clemens Alexandrinus 1 v. Strom. Τι τόνων οὐ συνταγοῦνται βελόιδνοι, μετὰ φωνῆς εὐχεσθαι κελύουσιν: Eui δὲ οὐκ εὐχέονται, ἀλλ' ὅτι τὸ εἶον ὄντο μὴ δύνασθαι ἵβ' ἢ συχρὶ φθέρουσι ἐπιπέσειν, ἀλλ' ὅτι δικαίως ἐβούλοντο εὐχέσθαι, ἀλλ' οὐκ ἄντις αὐτῶν ἐπιπέσειν, πολλῶν συνειδόντων: Quid igitur Pythagoræi volunt, clarâ voce precari iubentes? Meo iudi-*

cio, non quia Numen non posset audire tacitè aut submissè precantes: sed quia censebant iustas debere esse preces, & quas nemo vereretur palam concipere, multisque consciis. *Adspicit huc Macrobius 1. Saturn. Preceptum est Philosophiæ: Sic loquendum esse cum hominibus, tamquam Dij audiant; sic cum Diis, tanquam homines audiant.*

EPIST. XI. 1. BONVM IN ADOLESCENTE.] *Et mihi semper laudatum.*

Αἰδοῦσθαι δ' ἀνδρῶν ἀλέωνες σοοί, ἢ πέρφραται:

Quis pudor est, plutes sunt salui, quàm perierunt.

ait Sapientia fons Homerus. Et Symmachus: Quorum mens honesta est, eorum imbecilla frons est.

2. SVFVSVS EST RVBOR.] *Signum & index Virtutis. Diogenes Cynicus olim, ἰδὼν ἄπορε υἱοῦ πατρὸς ἐρυθρῶν, Θάρσει, ἔφη. τοιοῦτον ἐστὶ τῆς ἀρετῆς τὸ χροῖμα: cernens adolescentulum erubescentem, Confide, inquit: talis Virtutis est color.*

Menander:

πᾶς ἐρυθρῶν γε χρῆσθες ἴσθαι μοι δοκεῖ:

Quisquis erubescit, cenfeo hunc ego probum.

Catonis etiam dictum (in Plutarcho:) τὸ βέρον μάλλον ἀγαπᾶν τοὺς ἐρυθρῶντας, ἢ τοὺς ἀχρῶντας: Adolescentium magis se amare erubescentes, quàm expallescences.

3. VITII SVI.] *Nam tale etiam nimius pudor, sine δυσωπία. Stoici igitur & verbis distinguebant, vt solent. Plutarchus, De nimia verecundiâ: Οἱ ἑωκὸν καὶ τὸ πρῆμα τὸ ἀιχρῶνται καὶ δυσωπῶνται τὸ αὐτῶν δέσποτα: Stoici & verbo ipso Pudere, ab eo quòd est Verecundari, distinxerunt. Ergo illud in vitio, hoc laude: etsi Latinis vis tale discrimen.*

finis quoque viris subitus offunditur. Magis quidem in iuuenibus apparet, quibus & A plus calor est, & tenera frons: nihilominus veteranos & senes tangit. Quidam numquam magis, ⁴ quam cum erubuerint, timendi sunt: quasi omnem verecundiam effuderint. Sulla tunc erat violentissimus, cum faciem eius sanguis inuaserat. ⁵ Nihil erat mollius ore Pompeij. numquam non coram pluribus erubuit: utique in concionibus. ⁶ Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse ⁷ memini: & hic mirè illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à nouitate rei: quæ in exercitatos etsi non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & citò in os prodeuntis. Hæc, ut dixi, nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. Quæcumque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, hærebunt. Nihil horum vitari potest, non magis quam accersi. ⁸ Artifices scænici, qui imitantur affectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur verecundiam: B deiciunt vultum, verba submitunt, figunt in terram oculos & deprimunt, ruborem sibi exprimere non possunt. nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil aduersus hæc sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa veniunt, iniussa discedunt. ⁹ Iam clausulam epistola poscit: accipe, & quidem vtilem & salutarem, quam te affigere animo volo. *Aliquis* ¹⁰ *vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante viuamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus.* Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit: custodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsit. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui ¹¹ non ad spectus tantum, sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque eius se componat, atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lælium: elige eum, cuius tibi placuit, & vita, & oratio, & C ¹² ipsius animum ante te ferens & vultus, illum semper tibi ostende, vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, praua non corriges.

4. QVAM CVM ERUBERINT.] Sicut in Domitiano notatur à Tacito, saeuus ille vultus, & rubor, à quo se contra pudorem muniebat. De eodem Plinius: Pallor in corpore, in ore impudentia, multo rubore suffusa. Et hunc tacita aut aperta ira saepe facit: ideoq; scilicet disparat Sidonius, in suo Theoderico: Lactea cutis iuuenili rubore suffunditur. namque hunc illi crebro colorem, non ira, sed verecundia facit.

5. NIHIL MOLLIVS ORE POMPEII.] De quo tamen Sallustius: Oris probi, animo inuerecundo: indignante Leneo libero, & scriptis vindicante.

6. FABIANVM.] Philosophum & Rhetorem. vide epist. c.

7. MEMINI.] Vixit enim floruitq;, adolescente Seneca, sub Tiberio.

8. ARTIFICES SCÆNICI.] τερψίταις διούσου Græci: histriones, & id genus. Vide VII. de Benef. cap. xx.

9. IAM CLAVSVLAM.] Meus bonus liber, clausulam. quidni esset, ut Summa, Summulas?

10. VIR BONVS ELIGENDVS.] Sub quo velut custode viuas. Nimis salutare monitum: de quo in ep. xxv. & ego in Manud. III. Diss. ultimâ.

11. NON ASPECTVS TANTVM.] Bene ad sen-

tentiam, non ad libros, qui omnes, non actus: quod esset, non actiones tantum, sed cogitationes. Pro priore illâ mente scriberem, tactus: quod notat scilicet presentem. Etsi quidam monent, in suis libris, non præsens tantum, legi. Sed de ipsâ re, Plutarchus habet inter signa Profectus: Si magnorum virorum memoria, in affectu aut perturbatione, statim se repræsentet, & immotos nos conferuet. Xenophon Socrati hoc tribuit, lib. I v. Diët. & Factor. ἐπιχρητὸ μνησθεῖς μὴ παρόντος, ἢ μὴ ἀσφαλέως τοῦ εἰσώδοντος τε αὐτοῦ συνίνας, καὶ παρὰ χροῖοντος αὐτοῦ: quod etiam memoria absentis plurimum iuuabat eos, qui versari cum illo soliti, & sermones eius accipere. Euripidem huc ducas:

Ἄλλ' ἐν ἔξει τι ὄχημα, καὶ ἀπωθεῖν ἦν

Ἄνθρωπος ὁ χρηστὸς, δυσυχοῦντας ἀσφαλείην:

Speciem hoc habet, quod diffusus quoque vir bonus,

Iuuare miseris, & prodesse possiet.

12. IPSIVS ANIMVM.] Variant libri. Medius volebat: ipse ante se ferens animum vultus. Ego probem, cum meo & quibusdam; ipsius animo ante te ferens vultus: id est, eius vultus & imaginem animo præferens, ac proponens, quasi presentis. Alij tamen libri: ipse animum ante te ferens vultus: id est, qui robur & virtutem vultu prætulit.

EPIST.

A

EPIST. XII.

FACETE de senectute sua narrat, & in villâ se eius admonitum. Admonitum autem sine tristitia, nec tristem eam, imò iucundam esse, & vitis minus opportunam. Omnem vitam breuem: sed qualemcumque, vsu faciendam nostram, & manum illi iniiciendam. Cottidie dicamus, & censeamus, Vixi.

QVOCVMQVE me verro, argumenta senectutis meae video. Veneram in suburbanum meum, & querebar de impensis aedificij dilabentis: ait villicus, non esse negligentia suae vitium: omnia se facere, sed villam veterem esse. Haec villa inter manus meas creuit. Quid mihi futurum est, si iam putria sunt aetatis meae saxa? Iratus illi, proximam occasionem stomachandi arripio. Apparet, inquam, has platanos negligi. B nullas habent frondes. quam nodosi sunt, & retorridi rami? quam tristes & squallidi trunci? Hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret. Iurat per Genium meum, se omnia facere, in nullâ re cessare curam suam: sed illas vetulas esse. Quod inter nos sit, ego illas posueram, ego illarum primum videram folium. Conuersus ad ianuam: Quis est, inquam, iste decrepitus, & merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Vnde istunc nactus es? quid te delectauit, alienum mortuum tollere? At ille: Non cognoscis me? inquit. ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre: ego sum Philofiti villici filius, delicolum tuum. Profectò, inquam, iste delirat. Pupulus, etiam delicolum meum factus est. Prorsus potest fieri. dentes illi cum maximè cadunt. Debeo hoc suburbano meo, quòd mihi senectus mea, quocumque aduerteram, apparuit. Complectamur illam, & amemus: plena est voluptatis, si illâ scias uti. Gratissima sunt poma, cum fugiunt: pueritiae maximus in exitu decor est: deditos vino potatio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. iucundissima est aetas deuexa iam, non tamen praecipit: & illam quoque in extremâ regulâ stantem, iudico habere suas voluptates: aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere. Quam dulce est,

EPIST. XII. I. PER GENIUM MEVM.]

Libri serè, Genium suum: nec damnes. Vulgarum iurare, vel adiurare, per Salusem suam & Genium: quem interpretatur Charisius, τὸν ἐκείνου τόχην, cuiusque Fortunam. In Apuleio: Per fortunas Gemiosque vestros. Sed & per alterius Genium, praesertim Principis, aut Domini sui: vt in Propertio.

Exiitque Geniumque meum prostratus adorat. Et plura exempla alius iam notata.

2. AD OSTIUM ADMOTVS.] Allusio ad ritum collocandi cadaveris. quod solet ad ostium deponi, pedibus & facie foras versus. Itaque ludit, & ait: Merito iste ianitor est, & ostium seruat: nam mox ita locandus, & efferendus. Virgilius adspexit, lib. VIII.

recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis.
Plura ego I. Elect. cap. VI.

3. SIGILLARIA ADFERRE.] Dies post Saturnalia, itemque ipsa munera (quia sigillis olim constabant) quae pueris sollenne offerre, Sigillaria dicta. Suetonius Claudij cap. V. Quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria misisse: atque ibi interpretes. Solent autem maiores minoribus serè mittere, & amatores amatis.

4. PROPECTO INQVAM.] Diuinabam, perfecte.

5. PVPVLVS ETIAM.] Est puer, sine paruis pupus: & conuenit hic, quia faciebat se in deliciis lusbush, Seneca fuisse. Tamen veteres, vetulus: alij, pupulus. Lego autem, & iam, diuulsum.

6. DENTES ILLI.] Iocus iterum. nam & pueris septuennibus dentes cadunt, itemque senibus. Nostra epist. LXXXIII. hac ipsa re ludens: Earinus puer ait nos eandem crism habere: quia utriusque dentes cadunt.

7. SENECTVS MEA.] Non tam grauis, quam uapores facit. Vitam vide.

8. CVM FUGIUNT.] Iam cedenia aetati, & abeuntia. vt Vinum fugiens.

9. EXTREMA TEGVLA.] Quasi lapsus vicinam. Nam instabile ibi & suspensum vestigium, in extremis dico tectis. Alij ad guttam adspicuum putant, quae casura adhuc ibi pendeat. Sed ego veterem lectionem praeseram, quae est regulâ. Interpretor lineam extremam, quae in Stadiis solita duci, cursui finis. Seneca nostra epist. XLIX. Ad moueri lineas sentio: atque ibi vide. Sanè has lineas Graeci etiam uocabat, & Latini Regulas dicebant. Statius:

Vtruit, atque aequum summisit regula limen.
Etiam Castiodorus III. Variarum. Ait autem hic Seneca, Stantem in extremâ regulâ: sicut de Ira I. cap. XI. Imperium in extremo stabat. Et alibi: In ultimo gradu positus.

10. FV-

ce est, cupiditates¹⁰ fugasse ac reliquisse? Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere. Primum ista tam iuueni ante oculos debet esse, quam seni: non enim citamur¹¹ ex censu: deinde nemo tam senex est, ¹² ut improbe vnum diem speret. Vnus autem dies, gradus est vitæ. tota ætas partibus constat, & orbis habet circumductos maiores minoribus. Est aliquis, qui omnes complectatur & cingat: hic pertinet à natali ad diem extremum. est alter, qui annos adolescentiæ excludit. est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit. est deinde ipse annus, in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur. Mensis arctiore præcingitur circulo: angustissimum habet dies gymrum: sed & hinc ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occasum. Ideò Heracletus, cui cognomen Scotinon fecit orationis obscuritas: *Vnus, inquit, dies par omni est.* Hoc alius aliter accepit: dixit enim parem esse horis: nec mentitur. Nam si dies tempus est viginti-quattuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse: quia nox habet, quod dies perdidit. Alius ait, parem esse vnum diem omnibus similitudine: nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non in vno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi vices. ¹³ Planiora facit ista nox aliàs contractior, aliàs productior. Itaque ¹⁴ sic ordinandus est dies omnis, tamquam ¹⁵ cogat agmen, & consummet atque expleat vitam. ¹⁶ Pacuuius qui Syriam ¹⁷ vsu suam fecit, cum vino & illis funereis epulis ¹⁸ sibi parentauerat, sic in cubiculum ferebatur à cenâ, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur: ¹⁹ *Beſiora, Beſiora,* nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex malâ conscientia faciebat, nos ex bonâ faciamus, & in somnum ituri, læti, hilaresque dicamus, *Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.* Craftinum si adiecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui craftinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. Sed iam debeo epistolam cludere. Sic, inquis, sine vilo ad me peculio veniet? Noli timere: aliquid secum feret. quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac voce præclarius, quam illi trado ad te perferendam? *Malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est.* Quid ni nulla sit? parent vndique ad libertatem

via

10. FUGASSE AC.] *Mei & Gruteriani, fatigasse. Omnino ita fuit: in cursu scilicet manet: & senex in extremâ lineâ, reliquit à tergo voluptates ac fatigauit.*

11. EX CENSU.] *Et tabulis censualibus, in quibus iuniores senioresque notati, & cuiusque adeo æuum. Talis autem citatio in Militiâ & Dilectâ obtinebat: at non, inquit, in morte.*

12. UT IMPROBE.] *Alij cum negatione, ut non improbe. Vulgatum eligam: & quisque senex, siluâ fronte vnum diem speret: quid si annum cum Catone? Ita enim ille apud Ciceronem: Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere.*

13. PLANIORA.] *Quidam Planeta: at scripti ferè, plura; nemq; non, ubi, nox scribitur. Ego concinnem, Plura facit ista non alia, aliàs contractior, aliàs productior. Plures sunt, inquit, dies, at non diuersi: etiamsi spatio disident.*

14. SIC ORDINANDVS DIES.] *Horatij præceptum:*

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. *Musonius: Οὐκ ἔστι τὸν ἐπιπνεῖαν ἡλικίῃ καλῶς εἰδῶτα, μὴ πρὸς ἐὶδον ἰσθῆος ἐχθρὸν βίωσεν: Non est præsentem diem bene transigere, nisi qui proponit velut vitam illam transigere.*

15. COGAT AGMEN.] *Bendè, à militiâ. nam ultimi sunt agminis coactores. Tamen bonus ille mens, cogat alium.*

16. PACVVIUS.] *Quis ille, quæro. Propriatorne Syriæ fuit? apparet, & quidem annos plures, sub Tiberio: cui hoc proprium, continuare imperia. At nulum ego Pacuuium sub eo Syriæ Præsidem, sed Pomponium, cognomine Flaccum reperio, qui videtur statim à Germanici morte Syriæ præfectus, tenuisque annos circiter tredecim. Nam obiit anno urbis DCCLXXXVI. cepit, ut videtur, DCCLXXIII. Alium equidem illis annis non obseruare memini, qui eam rexerit. At de morte huius, Tacitus v. 1. Annali: Flacco Pomponio Syriæ prælatore defuncto, recitantur Cæsaris litteræ. De electione, Suetonius Tiberij cap. XLII. Huic autem successit mox L. Vitellius, & tenuit ad Catum: ut nec esse quidem alium potuerit, Tiberij principatu, plures illos annos, quam Pomponius: quem tamen non ausim in Senecâ substituere. An si forte Pacuuius ille, non Præsides, sed Procurator Cæsaris, ibi fuit?*

17. VSV SVAM FECERAT.] *Ob diuturnum ibi imperium, ut dixi, & moram.*

18. SIBI PARENTAVERAT.] *Allusum ad conuiuia funerum, sicut ab eodem epist. CXXII. Non conuiuiantur, sed iusta sibi faciunt. Et de Vit. beat. cap. XI. Locus, in quo luxuriæ parentatur.*

19. Beſiora.] *Et quibusdam libris, Beſiora. Cicerone ad Atticum: Homini non recta, sed voluptaria quærenti, nonnè Beſiora? id est, Vita acta est?*

20. NEMO

& mareo, & quod non est malum facio? Quomodo, inquis, intelligam, vana sint, an vera, quibus angor? Accipe huius rei regulam. Aut presentibus torquemur, aut futuris, aut utrisque. De presentibus, facile est iudicium. si corpus tuum liberum est, sanum est, nec ullus ex iniuriâ dolor est: videbimus quid futurum sit, hodie nihil negotij habet. At enim futurum est. Primum dispice, an certa argumenta sint venturi mali. plerumque enim suspicionibus laboramus, & illudit nobis illa, quæ conficere bellum solet, fama: multo autem magis singulos conficit. Ita est, mi Lucili. citò⁸ accedimus opinioni: non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt: nec excutimus, sed trepidamus: & sic vertimus terga, quemadmodum illi, quos pulvis motus fugâ pecorum, exiit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis vana perturbant. vera enim modum suum habent: quidquid ex incerto venit, coniecturæ & licentiæ pauentis animi traditur. Nulli itaque tam perniciosi, tam irrevocabiles, quàm lymphatici metus sunt. ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Inquiramus itaque in rem diligenter. Verisimile est, aliquid futurum mali? non statim verum est. Quàm multa non expectata venerunt, quàm multa expectata numquam comparuerunt? Etiam si futurum est, quid iuuat dolori suo occurrere? satis citò dolebis, cum venerit: interim tibi meliora promitte. Quid facies lucri? tempus. Multa interuenient, quibus vicinum periculum vel propè admotum, aut subsistat, aut desinat, aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam paruit: quosdam molliter ruina deposuit: aliquando gladius ab ipsâ ceruice reuocatus est: aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna leuitatem. fortasse erit, fortasse non erit: interim dum non est, meliora propone. Nonnumquam nullis apparentibus signis, quæ mali aliquid pronuncient, animus sibi falsas imagines fingit, aut verbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius, aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quàm est, & cogitat non quantum iratus ille sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa vitæ est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest. Hic prudentia prodest, hic robore animi euidentem quoque metum respue: si minus, vitio vitium repelle,⁹ spe metum tempera. C Nihil tam certum est ex his quæ timentur, vt non certius sit, & formidata subsidere, & sperata decipere. Ergo & spem ac metum examina: & quoties incerta erunt omnia, tibi faue, crede quod mauis. si plures habebis sententias metus, nihilominus in hanc partem potiùs inclina, & perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo volue, maiorem partem mortalium, cum illi nec sit quidquam mali, nec pro certo futurum sit, æstuar ac discurrere. Nemo enim resistit sibi, cum ceperit impelli, nec timorem suum redigit ad verum. Nemo dicit, Vanus auctor est, vanus: aut finxit, aut credidit. Damus nos referentibus, expauescimus dubia pro certis, non seruamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulus. Pudet me sic tecum loqui, & tam leuibus remedijs te focillare. Alius dicat, Fortasse hoc non veniet: tu dic, Quid porrò si veniet? Videbimus¹⁰ vtrum veniet: fortasse pro me veniet, & mors ista vitam honestabit. Cicuta magnum¹¹ Socratem fecit: Catoni gladium assertorem libertatis extorque, magnam partem de-

7. QVÆ CONFICERE BELLVM.] *Ad Linij hæc verba dicas ad spectum, libro xxvii. Fama bellum conficit, & parua momenta in spem metumve impellunt animos.*

8. ACCEDIMVS OPINIONI.] *Atque ita mala precipimus, male. Bis terque enim ita miseri: quod pulchre Diogenes, in Stobæo: Πάντα μὲν οὖν τὰ δεινὰ κίφουκε μάλλον ἐκπλήττει τοὺς ἀεὶ οὐδέχομένους, ἢ λυπεῖν τοὺς περὶ αὐτὰς. ὁ δὲ φόβος οὕτω γαλεωὸς ἐστίν, ὥστε πολλὰ ἰδὲ καὶ ἀεὶ λαβὸν τὸ ἔργον.* Omnia grauius magis percellere solent eos qui futura præcipiunt, quàm qui iam patiuntur. Metus enim ita improbus est, vt multi quod venturum videtur, anticipent. Euripides pariter:

Ἡ πικρὸν μάλλον ἐκφοβῆν καὶ ἡμῶν,
Ὡς τὸ γέγονεν ἑπιπρὸν μῆλλον κακόν:

Quod est futurum, cotidie metus mouet,
Vt plus mali expectando, quàm patiendo, sit.

9. SPE METVM TEMPERA.] *Alicrum alteri miscendum est, vt præcipit ipse epist. civ. Sed & notabile, Philosophos fuisse, qui Elpistici Græcis sunt appellati, qui vitam potissimum Spe contineri affirmabant: eaque abscisâ, & oblectatione, quæ ex eâ oritur, vitam non posse tolerari. Videntur isti Summum bonum in Spe posuisse. Plutarchus hæc de eis, Quæst. Coniugal. iv. cap. iv.*

10. VTRVM VENIET.] *Quidam libri, vtet vincat: aly, vtrum vincat. Tum ego legerem, vtrum vincet: me scilicet, qui obstabo.*

11. SOCRATEM FECIT.] *Libri ferè: confecit. An foris rogando, non fecit?*

12. Et

A traxeris gloria. Nimum diu te cohortor, cum tibi admonitione magis, quam exhortatione opus sit. Non in diuersum te à naturâ tuâ ducimus: natus es ad ista quæ dicimus. Eò magis bonum tuum auge, & exorna. Sed iam finem epistolæ faciam, si illi signum suum impressero: id est, aliquam magnificam vocem perferendam ad te mandaui. *Inter cetera mala, hoc quoque habet stultitia proprium, semper incipit viuere.* Considera quid vox ista significet, Lucili virosum optime: & intelliges quàm scæda sit hominum leuitas, quotidie noua vitæ fundamenta ponentium, nouas spes etiam in exitu inchoantium. Circumspice tecum singulos. occurrent tibi senes, qui se cum maximè ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negotiandum parent. Quid est autem turpius, quàm senex viuere incipiens? Non adicerem auctorem huic voci, nisi esset secretior, nec inter vulgata Epicuri dicta, quæ mihi ¹¹ & laudare, & adoptare permisi.

EPIST. XIV.

B

PRUDENTISSIMA epistola. Monet corporis vitæque curam habendam, sed non nimiam. *Timere autem corpori tria, Pauperiem, Morbos, Violentiam: maximè hanc vltimam, quæ à potentibus est, aut tyrannidis. Vt non timeas, tria vitentur: Odium, Inuidia, Contemptus. Quomodo autem, Sapientia dicit: & breuiter ipse.*

FATEOR insitam esse nobis corporis nostri caritatem: fateor nos huius gerere tutelam: nec nego indulgendum illi, ¹ seruiendum nego. Multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimum timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tamquam propter corpus viuere debeamus, sed tamquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumelias obiicit. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est. Agatur eius ² diligentissimè cura: ita tamen, vt cum exiger ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignem sit. Nihilominus, quantum possumus, euitemus incommoda quoque, non tantum pericula: & in tutum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli. quorum tria, ni fallor, genera sunt. Timetur inopia, timentur morbi, timentur quæ per vim potentioris eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit, quàm quod ex alienâ potentia impendit. Magno enim strepitu & tumultu venit. Naturalia mala quæ retuli inopie atque morbi, silentio subeunt, nec oculis nec auribus quidquam terroris incutiunt: ingens alterius mali pompa est, ferrum circa se & ignes habet, & catenas, & ³ turbam ferarum, quam in viscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & vincum, & adactum per medium hominem, qui ⁴ per os emergat, stipitem; & distracta in diuersum ⁵ actis curribus membra; illam ⁶ tunicam, alimen-

12. ET LAUDARE.] *Mens, ad laudare: probè.*

EPIST. XIV. I. SERUIENDVM NEGO.] *Nam vt Sallustius, Animi imperio, corporis seruitio magis vtitur. Chrysippus autem (in Claudiano, De statu Anime, lib. 11. cap. 1X.) ab ipso pænè principio sui operis, Animo dominandi ius tribuit, corpori legem seruitutis imponit. Scilicet hoc inter fundamenta Sapientie (Simplicius in Epicetum) vt corpori mens imperet, & super id sese eferat: eoque non vt parte, sed instrumento vtatur. Qui aliter; ὁ πολὺς ἀνθρώπος, vulgaris homo est, ac verbo potius Homo, quàm reipsa.*

2. DILIGENTISSIME CVRA.] *Nam, ait Epicetius Dissert. X I. libri I V. si equum Natura tibi credidisset, non prorsus eum neglexisses. Ergo nunc etiam puta, corpus tibi tamquam equum esse traditum. Laua id, absterge, facito nequis auer-*

tur, nequis abhorreat. Et in summâ, artifex es? vitæ le tibi redde, & serua hoc instrumentum.

3. TURBAM FERARVM.] *Prisco ritu, quo homines bestiis obiiciebant in Amphitheatris.*

4. PER OS EMERGAT.] *Quod Græci σκολοπι-ζαν dicunt, sive Palo infingere: familiare supplicium hodie Asiaticis. Scripsi in de Cruce, lib. 1.*

5. ACTIS CVRRIBVS.] *Non malè. nam ad Quadrigas aut currus alligare noxios etiam solent, & in diuersum actus equis distrahere. De Metio notum. Tamen scripti serè, cruribus. Id quoque rectè. cum homines arboribus curuatis innexos brachijs pedibusq;, tum in rectum iis dimissis, discerpunt. Scinis passim vsurpauit, atque etiam Alexander in Darij interfectore.*

6. TVNICAM ALIMENTIS.] *Hanc describit Isidorus, etsi malè Culleum appellet. At tunicam fuisse*

m

fuisse

alimentis ignium & illitam & intexam; quidquid aliud, præter hæc, commenta sæuitia est. Non est itaque mirum, si maximus huius rei timor est, cuius & varietas magna, & apparatus terribilis est. Nam quemadmodum plus agit tortor, quò plura instrumenta doloris exposuit (specie enim vincuntur, qui patientiâ restitissent:) ita ex his, quæ animos nostros subigunt & domant, plus proficiunt, quæ habent quod ostendant. Illæ pestes non minùs graues sunt, famem dico & sitim, & præcordiorum ⁷ suppurationes, & febrem viscera ipsa torrentem: sed latent. nihil habent quod intentent, quod præferant: hæc, ut magna bella, ad spectu paratuque vicerunt. Demus itaque operam, abstinemus offensis. Interdum populus est, quem timere debeamus; interdum, si ea ciuitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur, gratiosus in eo viri, interdum singuli, quibus potestas populi, & in populum data est. Hos omnes amicos habere, operosum est: satis est inimicos non habere. Itaque sapiens numquam potentium iras prouocabit: imò declinabit, non aliter quàm in nauigando procellam. Cum peteres Siciliam, traieicisti fretum. temerarius gubernator contempsit ⁸ austri minas. ille est enim, qui Siculum pelagus exasperet, & ⁹ in vertices cogat. ¹⁰ non sinistrum petit littus, sed id, ¹¹ quo propior Charybdis maria conuoluit. At ille cautior, peritos locorum rogat, qui æstus sit, quæ signa dent nubes, & longè ab illâ regione verticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam vitat, hoc primùm cauens, ne vitare videatur. Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professio ¹² eam petere: quia quæ quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primùm ¹³ nihil inde concupiscamus, unde rixa est inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. quàm minimum sit in corpore tuo spoliolum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci: ¹⁴ plures computant, quàm oderunt. Nudum latro transmittit: etiam in oblectâ viâ pauperi pax est. Tria deinde ex præceptione veteri præstanda sunt, ut vitentur: Odium,

Inui-

fuisse ex sparto, in modum cruminæ factam, & solitam lini pice & bitumine. Hanc miseros illos induebant, & in eâ sic vestulabant. Molestam tunicam vulgò appellabant, ut Martialis, lib. X.

Nam cum dicatur, tunicâ præsentem molestâ, Vt manum: plus est dicere, Non facio.

Et Iuuenalis:

Ausi, quod liceat tunicâ punire molestâ. Quidni molestâ, in quâ lento igne sic ardebant? Terullianus ad Martyres: Iam & ad ignes quidam se auctorauerunt, ut certum spatium in tunicâ ardente conficerent. Sæuiter ludebant hæc talia, & sæpe cum argumento: ut si quis Herculem Oetæum representaret. Idem Afer, in Apologetico: Et qui viuus ardebat, Herculem induerat. Alia etiam vestulari ratio in Amphitheatris, & cathedrâ ferreâ ignitâ, in quâ collocabantur. O ingenia sæuitiæ! Eusebius Cæsariensis, de Attalo martyre, lib. V. cap. 1. Εὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἡρώδης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, καὶ ἀποπέτατο: In ferreâ locatus est cathedrâ, & amburebatur. Mox hoc instrumentum, aut simile, τῆραρον appellat, quasi ad frigidum & torrendum.

7. SUPPURATIONES.] Plures libri, suspirationes. An non Asthma dictum volunt: quod ipse epist. LIV. Suspirium interpretatur? Et tentatum se eo genere morbi ostendit, & nihil molestius adfirmat. Itaque potest hic teneri, & intelligi: etsi Suppurationes etiam nota, & Græcorum & Siculorum.

8. AVSTRI MINAS.] Vide Consol. ad Marc. cap. XVII.

9. IN VERTICES COGAT.] Ea natura eius loci, & Charybdis mare verticosum Plinius appellat. Vide infra epist. LXXIX.

10. NON SINISTRUM.] Vbi Scylla est, versus Cælorum. Virgilius:

Dextrum Scylla latus, læuam implacata Charybdis

Obsidet.

Quod ita est, Sicilia respectu: & si quis ex eâ soluat. At qui ex Italiâ, læuam Scyllam habent, dextram Charybdis: si media vitruisque, ut solent, nauia tenent.

11. QVO PROPIOR CHARYBDIS.] Obserua de temerario gubernatore hæc dici, & qui Austri minas, ipsamque Charybdis contemnit. Itaque propius etiam ad eam se admovent: & quasi prouocat pericula, ut quidam potentium iras. At cautior ille, inquit, minime: & quæ sequuntur.

12. EAM PETERE.] Libros secutus sum potius, quàm Muretum, qui eam fugere vulgavit. Sententia ex illo eadem elicitur. non petendam palam securitatem: quia sic videmus fugere potentes (subducendo nos, & remouendo:) quod est tacite eos damnare.

13. NIHIL INDE CONCVPISCAMVS.] Libri plerique, nihil inde concupiscamus. Rixa est inter competitores. Tolerabilius quàm quod vulgò, factior: sed quid tamen illud, inde, erit? Meus liber optime, nihil idem. Dele mox, unde.

14. PLVRES COMPUTANT.] Id est, lucrum ex eo facinore euenturum proponunt: & ideo magis, quàm odij ergo, suscipiunt. Seneca De Benef. V. Quotuisque vxoris optimæ mortem timet, ut non computet? Arguere, ut non simul etiam de lucello, ab eius morte cogitet.

15. CAL-

A Inuidia, Contemptus. Quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est, verendumque, ne in contemptum nos inuidiæ timor transferat: ne dum¹⁵ calcari nolumus, videamur posse calcari. Multis timendi attulit causas, timeri posse. Undique nos reducamus; non minus contemni quam suspici nocet. Ad philosophiam ergo confugiendum est. hæc litteræ non dico apud bonos sed apud mediocriter malos,¹⁶ infularum loco sunt. Nam forensis eloquentia, & quæcumque alia populum mouent, aduersarium habent: hæc quæta; & sui negotij, contemni non potest: cui ab omnibus artibus, etiam apud pessimos honor est. Nunquam in tantum conualescet nequitia, numquam sic contra virtutes coniurabitur, ut non philosophiæ nomen venerabile & sacrum maneat. Ceterum philosophia ipsa tranquille modesteque tractanda est. Quid ergo, inquis? videbitur tibi M. Cato modeste philosophari, qui bellum civile sententiâ suâ reprimi? qui furentium principum armis medius interuenit? qui aliis Pompeium offendentibus, aliis Cæsarem, simul lacessit duos? Potest aliquis disputare, an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Quid tibi vis M. Cato? iam non agitur de libertate, olim pessundata est: quæritur utrum Cæsar, an Pompeius possideat rempublicam. Quid tibi cum istâ contentione? nullæ partes tuæ sunt: dominus eligitur.¹⁷ Quid tuâ, vter vincat? melior vincere non potest: potest esse peior, qui victus fuerit; non potest melior, qui vicerit. Vltimas partes attingi Catonis: sed ne priores quidem anni fuerunt, qui sapientem in illam¹⁸ rapinam reipublicæ admitterent. Quid aliud quam vociferatus est Cato, & misit irritas voces, cum modò per populi leuatus manus, & obrutus spatis,¹⁹ & portandus extra forum traheretur, modò è senatu in carcerem duceretur? Sed postea videbimus, an sapienti opera perdenda sit: interim ad hos te voco, qui à republicâ exclusi, secesserunt ad colendam vitam, & humano generi iura condenda, sine vllâ potentioris offensâ. Non conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in se vitæ nouitate conuertet. Quid ergo? utique erit tutus, qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quam in homine temperante bonam valetudinem: & tamen facit temperantia bonam valetudinem. Perit aliqua nauis in portu: sed tu quid accidere in medio maris credis? Quanto huic periculum paratius foret, multa agenti, molienti que, cui ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes: quis negat? nocentes tamen sapius. Ats ei constat, qui²⁰ per ornamenta percussus est. Denique consilium omnium rerum sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostrâ sunt: de euentu fortuna iudicat, cui de me²¹ sententiam non do. At aliquid vexationis affert, aliquid aduersi.²² non damnatur latro, cum occidit.

Nunc

15. CALCARI NOLVMVS.] *Assentior Modio, calcare. Timemus inuidiam, & magni esse ad opprimendum: ita ipsi mox opprimi opportuni.*

16. INFVLARVM LOCO.] *Dignitatum & honorum: Vide ad Heluiam, cap. XIII.*

17. QVID TVA VTER.] *Variè hic locus scribitur, atque interpolatur, ut solent acuta. Vera lectio mihi ista: Quid tuâ vter vincat? potest melior vincere, non potest non peior esse qui vicerit. Ecce, inquit, duo sunt, & vterque de imperio & potentiâ suâ certat, alio titulo. Potest ex his duobus melior videri (Pompeius scilicet) dum vincit, non potest dum vicit. Nam victor animum reserabit, & successus militiam elicit, adhuc repressam. Plane idem in Luciano Brutus, ad ipsum hunc Catonem, ubi dissuadet pariter bello interesse:*

* — quod si pro legibus arma

Ferre iuuat patriis, libertatemque tueri:

Nunc neque Pompeij Brutum, neque Cæsaris hostem,

Post bellum victoris habes.

Libertatem & leges tueri, vterque profert: sed alter opprimet, qui vincet. Victor igitur tyrannus, & illi ego hostis.

18. RAPINAM REIP.] *Verè, nam hinc Cæsar, hinc Pompeius, Vatinius, Curio, alij distrahebant, diripiebant. Muretus tamen, ruinam, maluit, præter libros.*

19. ET PORTANDVS.] *Consensu ita libri, nec mutem. Traheretur, inquit, sed portandus, nam trahi aut extrahi rennebat. Seneca De Constant. Sapientis, cap. 1. Quod Catoni dissuasuro legem toga in foro esset erepta, quodque à rostris vsque ad arcum Fabianum per seditiosæ factionis manus tractus, voces improbas, & sputa, & omnes alias contumelias pertulisset. Illa & me vide.*

20. PER ORNAMENTA.] *A gladiatoribus est: quorum arma sic dicta. Ego in Saturnalibus, 11. cap. XVI.*

21. SENTENTIAM NON DO.] *Non permitto ut de me iudicet, sed Ratio.* Lib. 11.

22. NON DAMNATVR.] *Quò hæc spectent, non video. Imò nec vera sunt, & omnino damnatur latro cum occidit. Putarim sic hæc cum prioribus legenda. At aliquid vexationis afferet, aliquid aduersi. Non damnatur latro, nisi cum occidit. Futuri*

Nunc ad quotidianam stipem manum porrigis. aureâ te stipe implebo. Et quia facta A est auri mentio, accipe quemadmodum vsus fructusque eius tibi esse gratior possit. *Is maximè diuitiis fruitur, qui minimè diuitiis indiget.* Ede, inquis, auctorem. Vt scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est, aut Metrodori, aut alicuius ex illâ officinâ. Et quid interest, quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget diuitiis, timet pro illis: nemo autem sollicito bono fruitur. Adiciere illis aliquid studet, dum de incremento cogitat: oblitus est vsus, rationes accipit, forum conterit, ²³ kalendarium versat, fit ex domino procurator.

EPIST. XV.

Ad curam etiam corporis Exercitatio spectat: sed hec laboriosa, aut occupata non esto. Facilis & brevis sufficit: ut cursus, saltus, gestatio, vocis intentio. Clausula ab Epicuro, Ne vna in futurum feratur: presentibus acquiesce.

MOS antiquis fuit, vsque ad meam seruatus ætatem, primis epistolæ verbis adiciere: *Si vales, bene est.* Rectè ² & nos dicimus: *Si philosopharis, bene est.* Valere enim hoc demum est: sine hoc, æger est animus. Corpus quoque etiam si magnas habet vires, non aliter quàm furiosi aut phrenetici, validum est. Ergo hanc valetudinem præcipuè cura, deinde & illam secundam: quæ non magno tibi constabit, si volueris bene valere. Stulta est enim, mi Lucili, & minimè conueniens litterato viro, occupatio exercendi latertos, & dilatandi ceruicem, ac latera firmandi. Cùm tibi feliciter ³ sagina cesserit, & tori creuerint: nec vires vnquam opimi bouis, nec pondus æquabis. Adice nunc, quòd maiore corporis farcinâ animus eliditur, & minus agilis est. Itaque, quantum potes, circumscribe corpus tuum, & animo locum laxa. multa sequuntur incommoda huic deditos curæ. Primum exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit, & inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit: deinde, copiâ ciborum, ⁴ subtilitas animi impeditur. Accedunt pessimæ notæ ⁵ mancipia in magisterium recepta, homines ⁶ inter oleum & vinum occupati: quibus ad votum dies est actus, si bene desudauerunt, si in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius, ⁷ ieiuno gutture ingesserunt. Bibere & sudare, ⁸ vita cardiaca est. Sunt exercitationes & faciles & breues, quæ corpus

verbo legendum, Afferet: & hoc pro priore sensu. Fortasse aliquid aduersi: sed ne occupa aut damna, nisi cùm factum. In meo libro erat: Nam damnatur. Siquis melius, donec.

²³. KALENDARIVM.] Librum pecunie senectutis, quæ per kalendas exigebatur, soluebatũque. Vide epist. LXXXV I I.

EPIST. XV. I. MOS ANTIQVIS.] Plinius lib. 1. epist. XI. Vel solum illud scribe, vnde priores incipere solebant: Si vales, bene est, ego valeo.

2. ET NOS DICIMVS.] Malim, dicemus.

3. SAGINA CESSERIT.] Nam athleta certo vltu vtebantur, corpori viribusq; augendis. De quo Hier. Mercurialis, medicus & amicus mihi inter primos adfatim lib. 1. de Arte Gymnasticâ, itemq; Budæus ad Pandectas, & in Agonistico I I I. Petrus Faber.

4. SVBTILITAS ANIMI.] Verisimè. & Ariston scilicet Athletas assimilabat τοῖς ἐν γυμνασίου κίον, ὁμοίως λιπαροῦς καὶ λιθῖνους: columnis quæ sunt in gymnasio, pariter nitidos & saxeos: id est sine sensu. Magis etiam Diogenes Cynicus, qui ἰσχυρῶς διεῖναι τὴν αἰσθητικὴν ἀνάστυτον εἶναι, ἐπιμαρτυροῦν

ὄλοισι καὶ βοῖοις ἀνακοδομένους: interrogatus, quare Athletæ ferè sine sensu aut mente essent? Quia, inquit, ex suillis & bouillis carnibus constant: acutè ad stuporem animalium alludens, & eis aptans, qui vescebantur. Galenus etiam de Athletarum saginâ, & ab eâ stupore, idem fatetur: ἀδύνη, καὶ τὸ σπορὸν ἀποδύων οὐδὲν ἀνὲρ σπορὸν ἀδύνη, αἰς γαστήρ ἢ παχὺ τὸν γόνυ ἢ τίποτε λεπτὸν: Hoc ab omnibus hominibus ferè decantatur, quòd venter pinguis mentem non gignit tenuem. Versum indicat prouerbialem:

Παχὴτα γαστήρ λεπτὸν ἢ τίποτε νόον.

5. MANCIPIA IN MAGISTERIVM.] Aliquot libri, magistratum: eodem sensu. Indicat Græculus magistros.

6. INTER OLEVUM ET VINVM.] Vnguntur, & bibunt.

7. IEIVNO GVTTVRE INGESSERVNT.] Eius quidam: multum potionis altius in ieiunum guttur regesserunt. Nihil equidem. muto. sententiam autem vide & hauri, ex epist. CXXII. & LXXXVIII.

8. VITA CARDIACI EST.] Notum κατὰ ἰατρικὴν dici, in ore stomachi vitium, ab humore acri vel licante

A corpus & sine morâ laxent, & tempori parcant: cuius præcipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ, & saltus, vel ille qui corpus in altum leuat, vel ille qui in longum mittit, vel ille (vt ita dicam) saliaris, aut (vt contumeliosius dicam) fullonius. Quodlibet ex his elige, vsu fit facile. Quidquid facies, citò redi à corpore ad animum, illum diebus ac noctibus exerce. labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non æstus impedit, ne senectus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. Neque ego te iubeo semper imminere libro, aut pugillaribus. dandum & aliquod interuallum animo: ita tamen vt non resoluatur, sed remittatur. Gestatio & corpus concutit, & studio non officit: possis legere, possis dictare; possis loqui, possis audire: quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri. Nec tu intentionem vocis contempseris: quam veto te per gradus & certos modos attollere, deinde deprimere. Quòd si velis deinde quemadmodum ambules discere, admittes istos, quos noua artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet, & buccas edentis obseruet, B & intantum procedet, in quantum eius audaciam patientiæ lenitate produxeris. Quid ergo: à clamore protinus & à summâ contentione vox tua incipiet? Vtique adeò naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à sermone incipiant, ad vociferationem transeant. nemo statim *Quiritium fidem* implorat. Ergo utcumque tibi impetus animi suaserit, modò vehementius fac vitis conuicium, modò lentius, prout vox quoque te hortabitur & latus. Modesta, cum receperis illam reuocarisque, descendat; non decidat: moderatoris sui temperamentum habeat, nec indocto & rustico more desæuiat. Non enim id agitur, vt exerceatur vox, sed vt exerceat. Detraxi tibi non pusillum negotium: mercedula, & munus gratum, ad hæc beneficia accedet. Ecce insigne præceptum. *Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur.* Quis hæc, inquis, dicit? Idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Babæ & Ixionis? Non ita est. nostra dicitur: quos cæca cupiditas in nocitura, certè numquam satiatura, præcipitat: quibus si quid satis esse posset, fuisset: qui non cogitamus quàm iucundum sit nihil

C

posce-
licante & rodente. Itaque Dioscorides id dixit *σουλ-
ζου δρυμυδε*, & Plinius interpretatus, Stomachi
roitiones. Celsus Cardiacum morbum describit, li-
bro 111. cap. XIX. nimiam imbecillitatem corporis,
quod stomacho languente, in modico sudore
digeritur. En tibi, de sudore. De potu, in eodem:
imbecillitati iacentis vino cibò; succurrendum,
& id sapius. Spectat eò & Iuuenalis, Sat. v.

Ipse capillato diffusum Confule potat,
Cardiaco nūquam cyathum missurus amico.
Cardiaco, cui medicina scilicet à tali vino.

9. SINE MORA LAXENT.] *Aly libri*, lassent.

10. CVM ALIQUO PONDERE.] *Quo sine Hal-
terum etiam vsus in exercitiis.* Vide epist. LVI.

11. SALIARIS.] *Sublatis pedibus, & alternanti-
bus, idem idem repetitis. quem Saly sacerdotes in
pompa & gestatione Ancilium vsurpabant: eundemq;
ferè fullones.*

12. VSV FIT FACILE.] *Pinciani lectio vetus:
Quemlibet ex his elige, vsu rudem, facilem.
Quemlibet, nempe saltum: nec arte eum compone.
Meus liber & quidam, Quodlibet retinent, & tum,
vsu facilem rudem. Dubites an non, vsu facile
reddes: est Pinciano magis adhercam.*

13. GESTATIO.] *In effedo. de quo exercitij gene-
re, & fructu, scripsi in epistola quadam (Centuriâ
Miscellanâ) ad Abrah. Ortelium.*

14. PER GRADVS ET CERTOS MODOS.] *Vt
Pionasci scilicet prescribent: quibus non alligat nos
Seneca. Gradus autem in voce, adscensus descensusq;*

sive elatio, demissio. Fabius: Ab imâ ad summam
vocem multi sunt gradus. At Modi, qualitatem
magis spectant.

15. DOCUIT FAMES.] *Satyricus hoc ipsum:
Græculus esuriens, in caelum, iusseris, ibit.*

16. PATIENTIÆ LENITATE.] *Meus & qui-
dam, patientiæ crudelitate. Verum erit, patientiâ
& credulitate.*

17. MODESTA CVM RECEPERIS.] *Vox, mo-
desta, abest optimo libro: & ego expungam.*

18. MORE DESÆVIAT.] *Idem, deferuiet. An
fortè, deferueat?*

19. MERCEDVLA ET MVNVS.] *Mira hic va-
rietas. Aly libri, mercedula & vnum Græcum.
Aly, mercedula & vnus græcus. Meus, mercedula
& minis gratus. Putarim equidem iunctim hæc le-
gerda: Detraxi tibi non pusillum negotium mer-
cedula, & vnus Græci. Vel ex meo, mercedula,
& magistratus. Ad hæc beneficia accedet ecce in-
signe præceptum. De sententiâ mihi penè liquet se
esse. En inquit, dissertatiuncula ista commodauit tibi,
& molestiam detraxi. quam? Mercedis, & Græci
magistri. Docuit te sine magistro, sine stipendio exer-
ceri. Aliter solebant. vt Pliny Panegyrico: Cum ex-
ercitationibus nostris non veteranorum aliquis,
sed Græculus magister adfuit. Ij Progyrnastæ
dicebantur, vt in Epist. LXXXIII: Exercitores
Plauto.*

20. BABÆ ET IXIONIS?] *Meus, Habæ & Ixi-
onis? Nota fatuitatis homines ab illo auo fuisse, est
suspiciari.*

poscere, quàm magnificum sit plenum esse, nec ex fortunâ pendere. Subinde itaque, A Lucili, quàm multa sis consecutus, recordare: cum adspexeris quot te antecederent, ²¹ cogita quot sequantur. Si vis gratus esse aduersus deos, & aduersus vitam tuam, cogita quàm multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? ²² te ipse antecessisti. finem constitue, quem transire ne possis quidem, si velis: discedent aliquando ista insidiosa bona, & sperantibus meliora, quàm assecutus. Si quid in illis esset solidi, aliquando & implemunt: nunc haurientium sitim concitant, ²³ & inuitant speciosi apparatus. Quod futuri temporis incerta ²⁴ fors voluit, quare potiùs à fortunâ impetrem, vt det, quàm à me, ne petam? Quare autem petam, oblitus fragilitatis humanæ? Congeram? in quid? laborem? ecce hic vltimus dies. vt non sit, propè ab vltimo est.

EPIST. XVI.

PHILOSOPHIAM *vite necessariam, sed illam veram, esse: que in factis sit, & profectu.* B
Disponi ab eâ actiones & consilia. Non obstare, si Fatum sit, aut Fortuna sit: nam & illa docebit Deo parere, & Fortunam ac fortuna adspernari. Clausula item ab Epicuro: Secundum naturam qui viuunt, diues: sperne opinionem.

L I Q V E R E tibi hoc scio, Lucili, neminem posse beatè viuere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiæ studio: & beatam vitam ¹ perfectâ sapientiâ effici, ceterum tolerabilem etiam inchoatâ. Sed hoc, quod liquet, firmandum, & altius quotidianâ meditatione figendum est. Plus operis est in eo, vt propofita custodias, quàm vt honesta proponas. Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec ² bona mens sit, quod bona voluntas est. Itaque tibi apud me pluribus ³ verbis opus non est, aut affirmatis, aut tam longis: intelligo te multum profecisse. Quæ scribis, vnde veniant scio: non sunt ficta, nec colorata. Dicam tamen quid sentiam. iam de te spem habeo, non C
 dum fiduciam. Tu quoque idem facias volo. non est quod tibi citò & facile credas: excute te, & variè scrutare, & obserua. Illud ante omnia vide, vtrum in philosophiâ, an in ipsâ vitâ profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum: ⁴ non in verbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, vt aliquâ oblectatione consumatur dies, vt dematur otio nausea: animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, ⁵ sedet ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium dirigit cursum. sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigunt, quod ab hac petendum est. Dicit aliquis: Quid mihi prodest

21. COGITA QVOT SEQVANTVR.] Sapiens, & cottidiani vsus, monitum. Non prospice tantum, sed respice. Phavorinus bene: τὸν ἐνδομῆσθαι διὰ λοντα, καὶ ἐν ὑπὸ τοῖς ἀγαθοῖς ἀφορᾶν εἰς τὰς ἐλάττω κακῆς ἰδέουσι: ἐν δὲ τοῖς κακοῖς, εἰς τὰς μᾶλλον δυσχρόντας: Eum qui tranquille volet agere, oportet in bonis quidem rebus adspicere ad eos qui minora assecuti sunt; in malis, ad eos qui maiora. Alier plebetum ingenium:

Nec quod habet, numerat, tantum quod non habet, optat: vt ait Manilius.

22. TEIPSE ANTECESSISTI.] Ex humili enim surrexisti, è plebe eques factus, & nunc Cæsaris Procurator.

23. ET INVITANT SPECIOSI.] Aliquot libri, imitantur speciosos. Nescio an, irritantur specioso apparatu. Irritantur, nempe qui amant.

24. SORS VOLVIT.] Libri plerique, fors induit.

EPIST. XVI. I. PERFECTA SAPIENTIA.]

Optandâ magis, quàm assequendâ. Formant Stoici, non ostendunt. Vide me super his gradibus, Manud. II. Dissert. VIII. & I X.

2. BONA MENS SIT.] Quæ firma est, & fiduciam sui habet: voluntas bona quidem Stoicis, sed mutabilis. Itaque Bona Mens est, velle, scire, tenere Bonâ.

3. VERBIS OPVS NON EST.] Commoda sententia, sed ab Erasmo, qui verba ista in farsit. Nam libri: verbis haud affirmatis, nec tamen longis. Meis, verbis audax summatis, nec tamen longis. Quidam: verbis haud assumatis. Quid lateat, me lateat.

4. NON IN VERBIS.] Non hercules. & mendacium incongruens, atque ineptum est, non in pectore, sed in labiis habere bonitatem, ait Lactantius. Ne ergo — virtutem verba putes, vt Lucum ligna: nec oblectationem ex philosophiâ, sed fructum para.

5. SEDET AD GVBERNACVLVM.] Ex meo libro, Sed & gubernaculum est: eiusmodi non muto.

6. SI EA-

A prodest philosophia, ⁶ si fatum est? quid prodest, si Deus rector est? quid prodest, ⁷ si casus imperat? Nam & mutari certa non possunt, & nihil preparari potest aduersus incerta: si aut consilium meum Deus occupauit, decreuitque quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quidquid est ex his, Lucili, vel si omnia hæc sunt, philosophandum est: siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter Deus vniuersi cuncta disponit, siue casus res humanas sine ordine impellit & iactat, philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, vt Deo libenter pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit vt Deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina, aut subita dominantur: illò nunc reuertor, vt te moneam & exhorter, ne patiaris animum tuum delabi & refrigescere. Constitue illum, & contine, vt habitus fiat quod est impetus. Iam ab initio, si bene te noui, circumspexisti ecquid hæc epistola munusculi attulerit? excute illam, & inuenies. Non est **B** quod mireris animum meum: adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quidquid bene dictum est ab vllò, meum est. Sic quoque quod ab Epicuro dictum est: *Si ad naturam viues, numquam eris pauper: si ad opinionem, numquam diues. Exiguam natura desiderat, opinio immensum.* Congeratur in te, quidquid multi locupletes possederunt: vltra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpurâ vestiat, & eò deliciarum opumque perducatur, vt terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias: accedant statua & pictura, & quidquid ars vlla luxuriæ laborauit: maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt: ex falsâ opinione nascuntur, vbi desinant, non habent. nullus enim terminus falso est. Viâ eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe te à vanis: & cum voles scire, quod petis, vtrum naturalem habeat, an ⁸ cæcam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longè progressio, semper aliquid longius restat; scito id naturale non esse.

C

EPIST. XVII.

PHILOSOPHIAM autem non differendam, amplectendam omnis rebus. At pauper ero. Quid si hoc expetendum? expeditius philosophaberis. Iam Natura pauca desiderat: atque ea non deerunt. Clausula, Cui paupertas grauis, etiam opes erunt: nam vitium est in animo.

PROICE omnia ista, si sapias: imò vt sapias: & ad bonam mentem magno cursu, ac totis viribus, tende. Si quid est quo teneris, aut expedi, aut incide. Moratur, inquis, me res familiaris. sic illam disponere volo, vt ¹ sufficere nihil agenti possit: ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui. Cum hæc dicis, non videris vim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse: & summam quidem rei peruides, quantum philosophia proffit; partes autem nondum satis subtiliter dispicis. necdum scis, quantum vbi que nos adiuuet: quemadmodum & in maximis (² vt Ciceronis vtar verbis) opituleretur, & in minima descendat. Mihi crede, aduoca illam in consilium: suadebit tibi, ne ³ ad calculos sedeas. Nempe hoc quæris, & hoc istâ dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? multis ad philosophandum obstitere diuitiæ: pau-

6. SI FATVM EST?] Vt Stoici censebant.

7. SI CASVS IMPERAT?] Vt Epicuræi.

8. CÆCAM CVPIDITATEM.] Cui tris adiuncta, aiebat Aristoxenus Pythagoricus: Ἀφροσύνη, ἀνομιλία, ἀκαμία: Indecorum, Immudicum, Intempestiuum. Adde istis Consol. ad Helu. cap. xi.

AGENTI.] Quid? ergo philosophia nihil agit? Sola aliquid, & plurimum: nisi ad externam tamen actionem hæc refert. At libri serè, sufficere in hoc agenti. ex quo rectè Gruterus, vnum hoc agenti.

2. VT CICERONIS VTAR VERBIS.] Vbi hoc ille? haud nunc commemorari. An in Hortensio, vbi ex professo laudauit?

3. AD CALCULOS.] Ne computes, & vitium potius, quam vitæ rationes disponas.

EPIST. XVII. I. SVFFICERE NIHIL

m 4

4. CVM

paupertas expedita est, secura est. ⁴ Cùm classicum cecinit, scit non se peti: cùm A
⁵ aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. Si navigandum est,
 non perstrepunt portus, nec vnius comitatu inquieta sunt littora; non circumstat illam
 turba seruorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas.
 Facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quàm im-
 pleri. Paruo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instan-
 tibus satisfacere. Quid est ergo, quare tu hanc recuses contubernalem, cuius mores sa-
 nus diues imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non
 potest studium salutare fieri sine frugalitatis curâ: frugalitas autem, paupertas volunta-
 ria est. Tolle itaque istas excusationes: Quantum sat est, nondum habeo: si ad illam
 summam peruenero, tunc me totum philosophiæ dabo. Atqui nihil prius quàm hoc
 parandum est, quod tu differs, & post cetera paras. Ab hoc incipiendum est. Parare, in-
 quis, vnde viuam, volo. ⁶ Simul & parare disce. Si quid te vetat bene viuere, bene mori
 non vetat. Non est quòd paupertas nos à philosophiâ reuocet, ne egestas quidem: tole- B
 randa est enim ad hoc properantibus vel fames, quam tolerauere quidam in obsidioni-
 bus. Et quod aliud erat illius patientiæ præmium, quàm in arbitrium non cadere victo-
 ris? quanto hoc maius est, quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis, nec
 Dei timor? Et quidem vel esurienti ad ista veniendum est. Perpeffi sunt exercitus ino-
 piam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & ⁷ dictu scedam tulerunt famem.
 hæc omnia passi sunt pro regno (quò magis mireris) alieno: ⁸ dubitabit aliquis
 ferre paupertatem, vt animum furoribus liberet? Non est ergo prius acquirendum. li-
 cet ad philosophiam etiam sine viatico peruenire. Ita est, cùm omnia habueris, tunc &
 sapientiam habere voles. Hæc erit vltimum vitæ instrumentum, & (vt ita dicam) ad-
 ditamentum. Tu verò, siue aliquid habes, iam philosophare: vnde enim scis, an iam
 nimis habeas? siue nihil, hoc prius quære, quàm quidquam. At necessaria deerunt. Pri-
 mum deesse non poterunt, quia natura minimum petit: naturæ autem se sapiens ac-
 commodat. Sed si necessitates vltimæ inciderint, iam dudum ⁹ exsiliet è vitâ, & molestus C
 sibi esse desinet. Si verò exiguum fuerit & angustum, quo possit vita produci: id boni
 consulat, nec vltra necessaria sollicitus aut anxius, ventri & scapulis suum reddet, & occu-
 pationes diuitum, concursationesque ad diuitias euntium, securus latusque ridebit, ac
 dicet: Quid in longum ipse te differs? expectabisne scenoris quæstum, aut ex merce
 compendium, aut tabulas beati senis, cùm fieri possis statim diues? Repræsentat opes
 sapientia: quas cuiuscumque fecit superuacuas, dedit. Hæc ad alios pertinent: tu locu-
 pleribus propior es. ¹⁰ Sæculum muta, nimis habes. Inest omni sæculo, quod sat est. Po-
 teram hoc loco epistolam claudere, nisi te malè instituissem. ¹¹ Reges Parthos non potest

4. CVM CLASSICVM CECINIT.] Retuli ad mo-
 rem, quo rei citabantur classico, ad 11. Annalem Ta-
 citi. Nunc magis est vt Gruero meo subscribam, ad
 Classicum militare aptanti. Petronius:

Cùm cecinere tubæ, iugulo stat diuite ferrum:
 paupertas non petitur, & à se tuta est.

5. ALIQUA CONCLAMATIO.] Vt in igne,
 ruinâ, periculo.

6. SIMVL ET PARARE DISCE.] Vis parare &
 rationem parandi etiam disce. Quæ est? vt viuere
 promptus sis, & mori. Sic affecto nihil deerit: si enim
 desit, ecce ianua, exi.

7. DICTV FOEDAM.] Aliis placet, scedis. nam
 libri ferè, scedius. Alimenta autem sceda dicta, à quibus
 abhorremus, vt fatida, vt cadauera etiam hu-
 mana.

8. DVBITABIT ALIQUIS.] Pro toto hoc argu-
 mento, pulchrè Manilius:

Quæremus lucrum nauis, mortemque sequemur
 In prædas. pudeat tanto bona velle caduca.

Quid cælo dabimus? quantum est, quo vac-
 neat omne?

Impendendus homo est, Deus esse vt possit
 in ipso.

Pulchra, inquam, hæc magis, an pia? D

9. EXSILIIET È VITA.] Morte sponte sumptâ,
 vt Stoici quidem docebant. De quo ego Manuduct. III.
 Dissert. XXII.

10. SÆCVLVM MVTA.] Id est, antiqua exempla
 respice, luxurâ propior es. Quoniam quidem (vt ipse
 ad Heluiam cap. X I I. ait) eò temporum prolapsa
 luxuria est, vt maius viaticum exsulum sit, quàm
 olim patrimonium principum fuit. Bene ergo de
 Sæculo: ex quo qui Sacculum consuerunt, incon-
 cinni mihi sartores.

11. REGES PARTHOS.] Vide Aelianum I. Var.
 Hist. cap. I. Et exempla in Oriente plura sunt. inter
 ea & Magorum, in nostris Sacris: qui Christum ad-
 oraturi, munera obtulerunt.

EPIST.

A test quisquam salutare sine munere, tibi valedicere non licet gratis. Quid istuc? ab Epicuro mutuam sumam. *Multis parasse diuitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio.* Non hoc miror. non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem grauem fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil differt, vtrum ægrum in ligneo lecto, an in auro colloces: quocumque illum transtuleris, morbum suum secum transfert: sic nihil refert, vtrum animus æget in diuitiis, an in paupertate ponatur. malum suum, illum sequitur.

EPIST. XVIII.

SAPIENTEM, in publicâ lasciuiâ, temperanter se gerere: & aut nihil aut parum ex moribus libere. *Quomodoque, vtile esse, certis diebus abstinere, parcere, pauperes adsimulare.*
 B Præexercitatio est ad veram inopiam, si ea venit. *Clausula ab Epicuro: Ira insania ahsidet.*

DECEMBER est mensis, cum maximè ciuitas defudat. Ius luxuriæ publicè datum est: ingenti apparatu sonant omnia: tamquam quidquam inter Saturnalia intersit, & dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, vt non videatur mihi errasse, qui dixit, ² olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum. Si te hîc haberem, libenter tecum conferrem quid existimares esse faciendum. vtrum nihil ex quotidianâ consuetudine mouendum; an, ne dissidere videremur cum publicis moribus, & hilariùs cœnandum & exuendam togam. Nam quod fieri nisi ³ in tumultu & tusti tempore ciuitatis non solebat, voluptatis causâ ac festorum dierum vestem inuauimus. Si te benè noui, arbitri partibus functus, nec per omnia nos similes esse ⁴ pilleatæ turbæ voluisses, nec per omnia dissimiles: nisi fortè his maximè diebus animo imperandum est, vt tunc voluptatibus solus abstinere, cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis suæ capit, si ad blanda & in luxuriam trahentia ⁵ nec it, ⁶ nec abducitur. Hoc multo fortius est, ebrius ac vomitante populo, siccum ac sobrium esse: illud temperatius, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus: & eadem, sed non eodem modo, facere. Licet enim sine luxuriâ agere festum diem. Ceterum adeo mihi placet tentare animi tui firmitatem, vt ex præcepto maiorum virorum tibi quoque præcipiam: interponas aliquot dies, quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, durâ arque horridâ veste, dicas tibi: Hoc est quod timebatur? In ipsâ securitate animus ad difficultia se præparet, & contra iniurias fortunæ, inter beneficia firmetur. Miles in mediâ pace ⁷ decurrit sine vlllo hoste, ⁸ vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, vt sufficere necessario possit. Quem in ipsâ re trepidare nolueris, ante rem exerce. Hoc secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, propè ad inopiam accesserunt, ne vinqûa expauescerent, quod sæpe didicissent. Non est nunc quod existimes me ducere te ⁹ ad modicas

D EPIST. XVIII. DECEMBER EST.] Saturnalia tunc, Sigillaria, & ludi. Ego in Saturnalib.

2. OLIM, MENSEM.] Quisquis ille, acutè dixit: & pro luxu eius aui. Toto anno Saturnalia.

3. IN TVMVLTV.] Olim, cum ad Saga ibatur. Vide me 1. Saturn. cap. 11.

4. PILLEATÆ TURBÆ.] Teneamus. nam pilleos Saturnalibus sumebant. Ibidem docui. Quod alij, pullatæ turbæ, non habet hic locum, & contra liberos est.

5. NEC IT.] Sponte.

6. NEC ABDVCITVR.] Ab aliis, aut à turbâ.

7. DECURRIT.] In armis per aliquot milliaria, exercitij genus. Vide Militiam nostram lib. v.

8. VALLVM IACIT.] Et fert quoque, vt ibidem doctum.

9. AD MODICAS CÆNAS.] A Mureto est: at ego maluissim, ad modicas cœnas, sobrias, & sanitati factas. Sed non ita libri præeunt, qui admoueas cœnas; aut, dicere moneas cœnas, ferè habent. Itaque ingeniosè (quomodo ille aliter?) Iosephus Scaliger, vt accipi: ad modicas cœnas diuinabat, id est p̄vras xonâs: vt allusio sit & argutatio in nominibus, cum cœna Latinis dicta, quasi xonâ, communis cibatio: & ubi opponatur, cum soli & seorsim dapem sumunt. Sed nec Turnebi improbum, ad Timonæas cœnas. De Timone notum, qui homines fugiebat & oderat, & solitarius agebat victitabatq̄. Igitur in prouerbio Timonææ cœnæ, sine conuiuio conuiuium. Vide Turnebum lib. XXI. cap. XXXIII.

dicas cenâs & ¹⁰ pauperum cellas, & quidquid aliud est, per quod luxuria diuitiarum A
tædio ludit. ¹¹ Grabatus ille verus sit, & sagum, & ¹² panis durus ac sordidus. Hoc tri-
duo & quadriduo fer, interdum pluribus diebus: vt non lufus fit, ¹³ sed experimentum.
Tunc mihi crede, Lucili, exsultabis, ¹⁴ dupondio satur, & intelliges ad saturitatem non
opus esse fortunâ: hoc enim quod necessitati sat est, debet etiam irata. Non est tamen
quare tu multum tibi facere videaris: facies enim quod multa milia feruorum, multa
milia pauperum faciunt. Illo nomine te suspice, quod facies non coactus. Tam facile
erit tibi illud pati semper, quàm aliquando experiiri. Exerceamur ¹⁵ ad palum: & ne im-
paratos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si
scierimus quàm non sit graue pauperes esse. Certos habebat dies ille magister volupta-
tis Epicurus, quibus malignè famem exstingueret: visurus an aliquid deesset ex plenâ &
consummatâ voluptate, vel quantum deesset, & an dignum, quod quis magno labore
pensaret. hoc certè in his epistolis ait, quas scripsit, ¹⁶ Charino magistratu; ad Poly-
anum. Et quidem gloriatur, ¹⁷ non toto asse se pasci: Metrodororum, qui nondum tantum B
profecerit, toto. In hoc tu victu saturitatem non putas esse? Et voluptas est. Voluptas
autem, non illa leuis & fugax, & subinde reficiendâ, sed stabilis & certa. Non enim iu-
cunda res est ¹⁸ aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis: sed summa voluptas est,
posse capere etiam ex his voluptatem, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortunæ
iniquitas possit. Liberaliora sunt ¹⁹ alimenta carceris: sepositos ad capitale supplicium,
non tam angustè qui occisurus est, pascit. Quanta est animi magnitudo, ad id suâ spon-
te descendere, quod ²⁰ nec ad extrema quidem reductis timendum sit? hoc est præoc-
cupare tela fortunæ. Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetudinem, & aliquos
dies

10. PAUPERVM CELLAS.] *Apparet igitur tunc quoque canaculis aut diatis abstinnisse, & in seruilis aliquali & angustâ cellâ canasse, Horatius tangere videtur:*

Mundaque, paruo sub late PAUPERVM,
Cenæ, sine aulais & ostro,
Sollicitam explicuere frontem.

Etsi ad alienas hoc ades, & verè pauperum, magis sit referre. De isto autem diuitum ritu, Seneca ad Heluiam cap. XII. vide.

11. GRABATVS ILLE VERVS.] *Alij ferus. Tenemus editum: sit verè grabatus, id est vilis & vitiorum lectus: σκυστόδιον.*

12. PANIS DVRSVS.] *Non recens, sed secus aut mucidus.*

13. SED EXPERIMENTVM.] *Præceptum toti huic rei in Epicteto simile, III. Dissert. XIII. μελέτησον ποτὲ διαγωγῆν ὡς ἀρρωστος, ἢ ἀποδ' ὡς ὑγιαίνων διαγωγῆς ἀσθενσον, ὑδροποτότισον, ἀπέχου ποτὲ πανταπασιν ὀρέξεως, ἢ ἀποδ' καὶ ὑλδ' ὡς ὀμαχθῆς: Meditare aliquando & vsurpa vitæ rationem, tamquam infirmus, vt rectè valere etiam possis. Abstine à cibis, aquam pota, aliquando omnem appetitum cohibe, vt mox etiam rectè & rationabiliter possis appetere.*

14. DVPONDIO SATVR.] *Duobus assibus. Rectè ita Erasmus, cum antea in scriptis, dispendio.*

15. AD PALVM.] *Quod genus palaria dictum: nos in Militiâ, lib. V. Hoc quoque Erasmo inscribitur: nam in libris, ad paululum.*

16. CHARINO MAGISTRATV.] *Mors Græco, χαρίνου ἀρχοντος, ita enim annum & tempus illi notabant, vt Romani per Consules. Hoc Muretus. At libri plures, magistratui. Tum esset, scriptam epistolam nomine Charini magistratus, ad Polyanum.*

17. NON TOTO ASSE SE.] *Atqui Timocrates ei obiecit, quod minam cottidie in cibos sumeret: scriptum Laertio, Epicuri amatori, & relictum. Nam alij plures, vilissimis & simplicissimis cibis vixisse. Inuenio hæc eius verba in Stobæo: Βρωσέω τὸ καὶ τὸ σωματικὸν ἢ δ' εἰ, ὑδατὶ καὶ ἀπρω χαρμίδος. Καὶ ἀποστίνω ταῖς ἐν ἀπολυτρεσίας ἢ οὐαῖς, ἢ δ' ἰσπταε, ἀλλὰ δ' ἰα τὰ ἀνοδοῦ θούνη ἀνταῖς δουρεῖν: Plenus sum & difflu voluptate corpuseculi, idque Aquâ & Pane vtens. Despuo autem sumptuosas voluptates, non ob ipsas, sed incommoda quæ comitantur.*

18. AQUA ET POLENTA.] *Ipsa Epicuri verba, in epistola ad Menæcem: καὶ μάλα καὶ ὑδ' ὡς τῶν ἀνεστύτην δασὸν ἰδ' ὡσιν ἢ δ' ὡσιν, ὅτι δ' ἂν ἐδ' ὡσιν τις ἀντὰ ἀποστίνωματος: Polenta & Aqua summam voluptatem præbent, siquis illa indigens sumit. Adde infra Epistolam CX.*

19. ALIMENTA CARCERIS.] *Nam certus modusq; cibis captiuis, vitæ & seruis: idq;, quia in dies finitus, Diarium dicebant. In Controuersus Seneca, lib. IX. Cum introductus esset ex carcere in Senatum, postularurus vt diaria acciperet. Sallustius in oratione Lepidi: Quinis modis libertatem omnium æstimauere. qui profectò non amplius possunt alimentis carceris. Namque vt illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absolui curâ familiari tam parua re possis, & ignauissimi quique tenui istâ spe frustrantur. Vides exigua fuisse hæc alimenta, & lege XII. tabul. libram farris, in dies singulos.*

20. NEC AD EXTREMA QVIDEM REDACTIS.] *Liber meus & meliores, nec extremis quidem delectis. Et germana hæc scriptio: valeiq;, cum extrema decreta sunt.*

21. DELE.

A dies destina, quibus secedas à tuis rebus, minimoque te facias familiarem. Incipe cum paupertate habere commercium.

*Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo.* —

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit. quatum possessione tibi non interdico: sed efficere volo, ut illas intrepidè possideas. quod vno consequèris modo, si te etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi; si illas tamquam exituras semper adspexeris. Sed iam incipiamus epistolam complicare. Priùs, inquis, redde quod debes. ²¹ Delegabo tibi Epicurum. ab illo fiet numeratio. ²² Immodica ira gignit insaniam. Hoc quàm verum sit, necesse est scias, cum habueris ²³ & seruum, & inimicum. In omnes personas hic exardescit affectus: tam ex amore nascitur, quàm ex odio: non minùs inter serua, quàm inter lusus & iocos. Nec interest, ex quàm magnâ causâ nascatur, sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quàm magnus, sed quò incidat. nam etiam maximum solida non receperunt: rursus arida, & corripit facilia, scintillam quoque fouent vsque in incendium. Ita est, mi Lucili, ingentis iræ exitus, furor est: & idè ira vitanda est, non moderationis causâ, sed sanitatis.

EPIST. XIX.

OMITTENDAS aut abiciendas occupationes, & otium captandum: sed otium, non latebras. Monet ab aulâ, & splendore abire: quæ tumultus & fluctus suos habent. Clausula ab eodem magistro: Vide quibuscum mensâ communices.

EXSVLTO quotiens epistolas tuas accipio. implent enim me bonâ spe: iam non promittunt de te, sed spondent. Ita fac, oro atque obsecro: quid enim habeo melius, quod amicum rogem, quàm quod ¹ pro ipso rogaturus sum? si potes, subduc te istis occupationibus: si minùs, eripe. Satis multum temporis sparsimus, incipiamus in senectute ² vasa colligere. Numquid inuidiosum est? ³ in freto viximus, moriamur in portu. Neque ego suaferim tibi nomen ex otio petere, quod nec iactare debes, nec abscondere. Numquam enim vsque eò te abigam, generis humani ⁴ furore damnato: ut latebram tibi aliquam parari & obliuionem velim. id age, ut otium tuum non emineat, sed appareat. Deinde videbunt de isto, quibus integra sunt ⁵ & propria consilia: an velint vitam per obscurum transmittere. tibi liberum non est. In medium te protulit ingenij vigor, scriptorum elegantia, clarâ & nobiles amicitia. Tanta notitia te inuasit, ut si in extrema mergaris, ac penitus condaris, tamen priora te monstrabunt. tenebras habere non potes: sequetur pristina lucis multum, quocumque fugeris. Quietem potes vindicare, sine vilius odio, sine desiderio, aut morsu animi tui. Quid enim relinques, quod inuitus relictum à te possis cogitare? clientes? quorum nemo te ipsum sequitur, sed aliquid

21. DELEGABO TIBI EPICVRVM.] *Scripti ferè, Delegabo te ad Epicurum. Vtrius modo, ad Delegationem ad spectum, fori verbum: cum alium pro nobis debitorem, & vicarium, substituimus. Vide De Benef. vi. cap. v.*

22. IMMODICA IRA.] *Imò quidam è Sapien-
tibus iram dixerunt breuem insaniam. Vide De
Ira i. cap. i.*

23. ET SERVVM, ET INIMICVM.] *Suspecta
hac Muretus habet: non ego. Sententia sub Tiberio
aliquo, aut tyrannis, vera & prompta. Serui accusa-
bant, calumniabantur in occulto: & credebatur. Hoc
inquisitum, & legibus veritum, tamen illi admit-
tebant: cum iustitiam & magnâ indignatione eorum, qui-
bus eueniebat. Exempla in Tacito sunt: & hic appa-*

*ret, Lucilio idem euenisse, qui inimicum habuit, &
quidem seruum.*

EPIST. XIX. I. PRO IPSO ROGATVRVS.] *Deos scilicet, in eius bonum.*

2. VASA COLLIGERE.] *Quod milites discessu-
ri, & castra mutaturi, faciunt.*

3. IN FRETO.] *Cui nomen à seruore: quòd in
fretum, ait Varro, sæpe concurrat æstus, atque ef-
feruecat.*

4. FVRORE DAMNATO.] *Vi Timon ille Misfan-
thropus, & plures fecere.*

5. ET PROPRIA CONSILIA.] *Benè in meo, &
prima. qui nondum scilicet genus vitæ ingressi, qui-
bus omnia libera.*

6. DONEC

quid ex te. Amicos? olim amicitia petebatur: nunc præda. Mutabunt testamenta de- A
stituti senes? migrabit ad aliud limen saluator? non potest paruo res magna constare.
Æstima vtrum te relinquere, an aliquid ex tuis malis. Vtinam tibi quidem senescere
contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset! Tultit te
longè à conspectu vitæ salubris rapida felicitas, provincia & procuratio, & quidquid ab
istis promittitur: maiora deinde officia te excipient, & ex aliis alia. Quis exitus erit?
quid exspectas, ⁶ donec definas? habere, quod cupias? Numquam erit tempus. Qualem
dicimus esse seriem caularum, ex quibus necitur fatum, talem & cupiditatum: altera
ex fine alterius nascitur. In eam demissus es vitam, quæ numquam tibi miseriarum ter-
minum ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo tritam. semel illam incidi,
quàm semper premi, satius est. Si te ad priuata retuleris, minora erunt omnia, sed affa-
tim implebunt: at nunc plurima & vndique ingesta non satiant. Vtrum autem maius,
ex inopiâ saturitatem, an in copiâ famem? Et auida felicitas est, & alienæ auiditati ex-
posita. Quamdiu tibi satis nihil fuerit, ⁷ ipse aliis non eris. Quomodo, inquis, exibo? B
vtcumque. Cogita quàm multa temerè pro pecuniâ, quàm multa laboriosè pro honore
tentaueris: aliquid & pro otio audendum est, aut in istâ solitudine procuratorum, &
deinde vrbanoꝝ officiorum, senescendum in tumultu, ac semper nouis fluctibus,
quos effugere nullâ modestiâ, nullâ vitæ quiete contingit. Quid enim ad rem pertinet,
an tu quiescere velis? fortuna tua non vult. Quid si illi etiam nunc permiseris crescere?
quantum ad successum accesserit, accedet ad metum. Volo tibi hoc loco referre dictum
Mecænatis. ⁸ vera in ipso eculeo docuit. *Ipsa enim altitudo? attonat summa.* Si quartis, in
quo libro dixerit, in eo qui Prometheus inscribitur. hoc voluit dicere, attonita habet
summa. Est ergo tanti vlla potentia, vt sit tibi ¹⁰ tam ebrius sermo? Ingeniosus vir ille
fuit, magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum ¹¹ enervasset felici-
tas, imò castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahas vela, nisi (quod ille ¹² serò
voluit) terram leges. Poteram tecum & hac Mecænatis sententiâ parem facere rationem:
sed mouebis mihi controuersiam, si te noui, nec voles quod debeo, ¹³ in aspero & probo C
accipere. Vt se res habet, ab Epicuro versura facienda est. *Antè, inquit, circumspicien-
dum est, cum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas. Nam ¹⁴ sine amico visceratio,
leonis ac lupi vita est.* Hoc non continget tibi, nisi secesseris: alioquin habebis conuiuas,
quos

6. DONEC DEFINAS? HABERE.] *Iuncta ma-
lim legi, definas habere, quod cupias? Ita plenus
opum honorumque sis, vt non habeas vltra quod
cupias.*

7. IPSE ALIIS NON ERIS.] *Non sufficies aliis.
tu petes, & à te alij asidue petent: quod semper in
istis potentibus.*

8. VERA IN IPSE ECULEO.] *Placeat quorum-
dam librorum scriptio: Mecænatis, vera in ipso e-
culeo elocuti. Quomodo autem in eculeo: id est, di-
gnitate & Aulâ, vbi asidua tormenta. Omnia potuit
apud Augustum: nihil ei defuit, præter hoc, quiescere
& securum esse.*

9. ATTONAT SUMMA.] *Percutit, & velut ton-
niru quatit. Ouidius:*

— Faunisque bicornes
Numine contactas attonuere suo.

10. TAM EBRIUS SERMO.] *Non hic nimis,
meo iudicio, sed & alibi Mecænatem huius culpe ar-
guit, & calamistrati vt sic dicam, sermonis. Vide
epist. CXIV.*

11. ENERVASSET FELICITAS.] *In epistolâ XCII.
Habuit (Mecænatis) grande & virile ingenium, nisi
ipse illud discinxisset.*

12. SERÒ VOLUIT.] *Cum in frigore apud
Augustum esset: cum vxor eius Terentia supra ip-
sum amata.*

13. IN ASPERO ET PROBO.] *Muretus sic edi-
dit, & interpretatur: Asperos nummos, recentes esse:
veteres enim longo vsu solere deteri. Vrbane ignur
dictum Mecænatis, quasi talem nummum esse ait:
quem tamen non sperat fore, vt Lucilius in solutum
accipiat, sed vetustiores poscat. Ego Hadriano Tur-
nebo, imò ante eum Erasmo, subscripsim legentibus:
Nec voles quod debeo, nisi in aspero & probo
accipere. Voles, inquit, probam asperamq; philoso-
phiæ aliquam sententiâ, non mollem & fugientem
hanc Mecænatis. De aspero nummo multi dixerunt,
capiuntq; nouum, non detritum. Ego vel de veteri ma-
gis acceperim (ij enim probiores) sed in thesauris as-
seruato & integro, vel de puri candidiq; argenti num-
mo, & cui minima mixtura aris aut plumbi, exq; eo
decoloratio. Certè in Glossis prisctis, & in dextor dextor,
Asperum interpretatur: id est, Nummus albus.
Iterumque, Aspritudo, candor. Ita apud Nicetam,
ἰσχυρὸς, est τὸ λευκώτερον: & hodieq; apud Tur-
cas, Alpri, nummuli ex argento.*

14. SINE AMICO VISCERATIO.] *Visceratio,
epulum cum carne. Vide epist. LXXIII. Damnat igitur
ἠσπασίας, solitariam vitam & victum, quam
& Græci pro conuicio obiciebant. Alexis:*

Ἐπὶ τῆς νόστας μονοπάρι καὶ τοιχοπέρας:
Abi in malam rem soli-epulo, & effractarie.
Pulcherrimè autem ille, quisquis fuit, apud Romanos:
qui

Aquos ¹⁵ ex turbâ salutantium nomenclator digesserit. Errat autem qui ¹⁶ amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & ¹⁷ bonis suis obsessus, quàm quòd amicos sibi putat, quibus ipse non est: quòd beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam, quò plus debent, magis oderint. Leue as alienum debitorem facit; ¹⁸ graue inimicum. Quid ergo? Beneficia non parant amicitias? parant, si accepturos licuit eligere; ¹⁹ si collata, non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tuæ, interim hoc consilio sapientum vtire, vt magis ad rem existimes pertinere, ²⁰ quis, quàm quid acceperit.

EPIST. XX.

PHILOSOPHIAM in factis, non verbis esse: itaque ad illa eundum. Et constanter eundum. nam Sapientia, est conuenientia, & tenor vnus voluntatum, ac vita. Paupertas etiam non timenda: & diuitia, si a sunt, non amanda. Fratrum monitio, pauperem certis diebus agere, & imitari.

SI vales, & te dignum putas qui aliquando fias tuus, gaudeo. mea enim gloria erit, si te istinc vbi sine spe exeundi fluctuaris, extraxero. Illud autem, mi Lucili, te rogo atque hortor, vt philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto: sed animi firmitate, & cupiditatum deminutione. Verba rebus proba. Aliud propositum est declamantibus, & assensionem coronæ captantibus, aliud his qui iuuenum & otiosorum aures disputatione variâ aut volubili detinent. ¹ Facere docet philosophia, non dicere: & hoc exigit, vt ad legem suam quisque viuatur, ne orationi vita dissentiat, vt ipsa inter se vita vnus, sine actionum dissensionem, coloris sit. Maximum hoc est & officium sapientiæ, & indicium, vt verbis opera concordent, vt & ipse vbique par sibi idemque sit. Quis hoc præstabit? pauci, aliqui tamen. Est difficile hoc: nec dico sapientem semper vno iturum gradu, sed vnâ viâ. Obserua iraque, numquid vestis tua domusque dissentiant: numquid in te liberalis sis, in tuos sordidus: numquid cænes frugaliter, ædifices luxuriosè. Vnam semel ad quam viuas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris, & extendunt. Vitium est hæc diuersitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnum dicam vnde sit ista inconstantia, & dissimilitudo rerum consiliorumque. Nemo proponit sibi quid velit, nec si proposuit, perseuerat in eo, sed transilit: nec tantum mutat, sed redit, & in ea quæ deseruit ac dam-

qui quo die solus cænasset, dixit, Βεβοηθήσεται, ποὺ δὲ εἰς ἀποκρίσιν. ἀπὸ τῆς δὲ ἐπιτομῆς τοῦ ἰουδαιοῦ καὶ τοῦ φιλοσοφικοῦ ἐπὶ τῆς ἐπιτομῆς ἀπὸ τοῦ ἰουδαίου: Edisse se, non cænasse. tamquam cæna communionem semper & oblectantem requirat familiaritatem. Hæc Plutarchus *Question. Coniuium. VII. in præloquio. Et res ita est, optimèque Latinis coniuuium: isdemque cæna, quasi xovh.*

15. EX TURBA SALVTANTIUM.] Quibus cæna, officiorum velut merces. Apparet autem à Nomenclatore, qui obseruabat, electos & Vocatori indicatos vel officiosos maxime, vel quorum ordo iam esset.

16. AMICVM IN ATRIO.] Vbi salutationes. Adde pro sententiâ, De Benef. VI. cap. XXXIV.

17. BONIS SVIS OBSESSVS.] Quæ non habet, sed à quibus habetur, & velut cingitur clauditurque.

18. GRAVE INIMICVM.] Et idem in beneficiis, quæ vsque eò lata sunt, donec exsolui posse videantur, supra, odium pro gratiâ redditur. Tacitus alibi, & Seneca.

19. SI COLLATA.] Indicio donata. etsi quidam libri, collocata: bene etiam pro hoc sensu.

20. QVIS, QVAM QVID.] Non quantum, sed cui dones.

EPIST. XX. I. FACERE DOCEAT PHILOSOPHIA.] In totam hanc rem præclara Epictetus III. Dissert. cap. XXI. Sicut ij, inquit, qui à stomacho laborant, cibum statim ciuunt: sic qui præcepta nuda acceperunt, sermone effundunt. At concoque potius, in succum verte, & mutationem in mente factam ostende. Ecce faber, qui peritus artis est, non obambulat clamitans, Audite me differentem de re fabril: sed tacitus domum & tabernam conducit, instruit, & operibus ostendit se peritum. Tale tu fac. ede, bibe, vt decet: matrimonium contrahe, liberos gigne, rempublicam gere, conuicium tolera, ser patrem, fratrem, vicinum iniquum: & talia nobis ostende, vt verè te philosophum cognoscamus. Vide plura.

ac damnauit, reuoluitur. Itaque ut relinquam definitiones sapientiae veteres, & totum A
 complectar humanae vitae modum, hac possum contentus esse: Quid est sapientia?
 Semper ² idem velle atque idem nolle. Licet illam exceptiunculam non adicias, ut re-
 ctum sit quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere, nisi rectum. Nesciunt
 ergo homines quid velint, nisi illo momento, quo volunt. in totum, nulli velle, aut nol-
 le decretum est. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur: ac plerisque
 agitur vita per lusum. Preme ergo quod cepisti: & fortasse perducēris aut ad sum-
 mum, aut eò quod summum nondum esse ³ solus intelligas. Quid fiet, inquis, huic tur-
 bae familiarium? Turba ista cum à te pasci desierit, ipsa se pascet: aut quod tu beneficio
 tuo non potes scire, paupertatis scies. Illa veros certosque amicos retinebit: discedet
 quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc vnum amanda pau-
 pertas, quòd à quibus ameris, ostendit? O quando ille veniet dies, quo nemo in hono-
 rem tuum mentiatur! Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta, omnia
 alia vota Deo remissurus, ut contentus sis temetipso & ex te nascentibus bonis. Quae po- B
 test esse felicitas Deo propior? Redige te ad parua, ex quibus cadere non possis: idque
 ut libentiùs facias, ad hoc pertinebit tributum epistolae huius: quòd statim conferam.
 Inuideas licet: etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus. ⁴ Magnificentior (mibi
 crede) sermo tuus in grabato videbitur & in panno. non enim dicentur tantum illa, sed proba-
 buntur. Ego certè aliter audio quae dicit ⁵ Demetrius noster, cum illum vidi nudum,
⁶ quanto minùs quàm stramentis incubantem? tunc enim non praeceptor veri, sed te-
 stis est. Quid ergo? non licet diuitias ⁷ in sinu positas contemnere? Quid ni liceat? &
 ille ingentis animi est, qui illas circumfusas sibi multum diuque miratus, ⁸ quòd ad se
 venerint, ridet, suasque audit magis esse quàm sentit. Multum est, non corrumpi diui-
 tiarum contubernio. Magnus est ille qui in diuitiis pauper est: sed securior, qui caret
 diuitiis. Nescio, inquis, quomodo iste paupertatem laturus sit, si in illam incidit.
 Nec ego ⁹ Epicuri angelus scio, an pauper iste contempturus sit diuitias, si in illas inci-
 derit. Itaque in vtroque mens aestimanda est, inspiciendumque, an ille paupertati indul- C
 geat, an hic diuitiis non indulgeat. Alioquin leue argumentum est bonae voluntatis gra-
 batus, aut pannus, nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. Ceterum
 magnae indolis est, ad ista non properare tamquam ad meliora, sed praeprare tamquam
 ad facilia. Et sunt, Lucili, facilia. cum verò multo antè meditatus accefferis, iucunda
 quoque. Inest enim illis, sine quâ nihil est iucundum, securitas. Necessarium ergo iudi-
 co id quod tibi scripsi magnos viros saepe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos
 imaginariâ paupertate exerceamus ad veram: quod eò magis faciendum est, quòd deli-
 ctiis permaduimus, & omnia dura ac difficilia iudicamus. ¹⁰ Potius excitandus è somno,
 & vel-

2. IDEM VELLE ATQUE.] *Hac est Zenonis
 θεωρογία, siue conuenientia, sine philosophia. De
 quâ ego uberior II. Manud. Diss. xv.*

3. SOLUS INTELLIGAS.] *Qui solus te nosti, &
 veram Sapientiam iam nosti.*

4. MAGNIFICENTIOR, MIBI CREDE.] *An
 hac igitur verba Epicuri sunt? debent, nisi defectus
 aliquis sit: quod mihi videtur. Atque hac Seneca ma-
 gis sunt, post illa Epicuri, quae desunt.*

5. DEMETRIUS NOSTER.] *Ille nobilis tunc
 Cynicus, de quo alibi noster, & de hac eius paupertate,
 De Vit. beat. cap. xviii.*

6. QUANTO MINVS QUAM STRAMENTIS.] *Significat tomento Circensi incubuisse, fracto, & stra-
 mento disfluente. Plinius lib. xviii. de veteribus
 Romanis: Quies somnusque in stramentis erat.
 Lib. xxx. Tomenta Galliarum inuentum. Ita-*

liae quidem mos etiam nunc durat in appella-
 tione stramenti.

7. IN SINU POSITAS.] *In quem aurum recipi
 solet, & condi. Potest & proverbialiter intelligi, do-
 mi & in occulto positas.* D

8. QUOD AD SE VENERINT.] *Non cupien-
 tem, non aestimantem. At meo est, venerit. ex quo le-
 gi possit, cum ad se venerit. Aliquis etiam, inquit,
 diu eas in pretio habuit: sed bona iam mentis & sa-
 nus, ridet & spernit.*

9. EPICURI ANGELVS.] *Alij libri, an-
 gulus, quidam amulus. Sed quocumque verba ea
 verso, nec bona video, nec facio. Assentior Pinciano
 è suis legenti: Nescio, inquit Epicurus, an pau-
 per. Tu ais, nescire quomodo diues ille paupertatem
 feret? nec ego, ait Epicurus, quomodo pauper tuis di-
 uitias, si obueniant. Mens est, quae de vtroque
 decernat.*

10. POTIUS EXCITANDVS.] *Placeret, ociiis.*

11. LACTE

A & vellicandus est animus, admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur diues. quisquis exit in lucem, iussus est ²¹ lacte & panno esse contentus. ab his initiis nos regna non capiunt.

EPIST. XXI.

VERVM splendorem à Philosophiâ, non ab honoribus aut titulis esse. Dare illam nomen mansurum & famam, habenti, & adherenti quoque. Emblema ab Epicuro: Ut diuitias augeas, cupiditates minue.

CVM istis negotium tibi esse iudicas, de quibus scripseras? maximum negotium tecum habes: tu tibi molestus es. Quid velis, nescis: melius probas honesta, quam sequeris. vides vbi sit posita felicitas, sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autem quod te impediât, quia parùm ipse dispicis, dicam. Magna hæc esse existimas, quæ relicturus es: & cum proposuisti tibi illam securitatem, ad quam transiturus es, retinet te huius vitæ, à quâ recessurus es, fulgor, tamquam in sordida & obscura casurum. Erras, Lucili: ex hac vitâ ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem & lucem, cum hæc certam originem habeat ac suam, ille niteat alieno: hoc inter hanc vitam, & illam. Hæc, quia fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis obstitit: illa verò suo lumine illustris est. Studia te tua clarum & nobilem efficiunt. Exemplum Epicuri referam. cum ¹ Idomeneo scriberet, & illum à vitâ speciosâ ad fidelem stabilemque gloriam reuocaret, ² rigidæ tunc potentiæ ministrum, & magna tractantem: Si gloriâ, inquit, tangeris, notio rem te epistolæ meæ facient, quàm omnia ista quæ colis, & propter quæ coleris. Numquid ergo mentitus est? quis Idomeneæ nosset, nisi Epicurus illum suis litteris ³ incidisset? Omnes illos ⁴ megistanas & satrapas, & regem ipsium, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt. nihil illi profuisset ⁵ gener Agrippa, & ⁶ Tiberius progener, & ⁷ Drusus Cæsar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum ⁸ applicuisset. Profunda supra nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exferent, & in idem quandoque silentium abitura obliuioni resistent, ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili. Habebo apud posteros gratiam, ⁹ possum tecum duratura nomina educere. Virgilius noster duobus memoriam æternam promisit, & præstat:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet aeo:
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Quof-

II. LACTE ET PANNO.] *Simplici cibo, simplici regimine. Nec pane tamen streuerim, de grandiori iam ætate.*

EPIST. XXI. I. IDOMENEO SCRIBERET.] *Cui adulatum etiam esse, & identidem per epistolas laudasse, obiicitur apud Laërtium, in vitâ Epicuri, initio. Idem in Athenai lib. VII. ὅτι τῆς γαστρὸς ἔνεκεν ἐνοχλούμενος καὶ ἰδιωπία καὶ Μιστροδωγῶν: quod ventris causâ bonus vir ille (Epicurus) adulatus sit & Idomeneum & Metrodorum.*

2. RIGIDÆ TUNC POTENTIÆ.] *Iam olim emendabam, regiæ & teno. Fuit minister vel Lyfimachi, vel alterius tunc regis. Sic noster iterum loquitur, De Benef. II. cap. V. Quales regiæ potentiæ ministri sunt.*

3. INCIDISSET?] *Tamquam in adamante aut are. At libri plerique, indidisset: verius.*

4. MEGISTANAS.] *Megastates. Suidas: Μεγιστάνες, οἱ τῶ βασιλέως περιεπέμποι ὄμι ἐξουσία: Megistanes, conspicui apud Regem, ob potentiam. At Satrapæ, propriæ regionum Præfecti.*

5. GENER AGRIPPA.] *Qui Pomponiam eius duxit.*

6. TIBERIVS PROGENER.] *Qui Agrippinam, eius neptem. Cornelius Nepos in vitâ Attici, & Suetonius in Tiberio, cap. VII.*

7. DRVSVS CÆSAR PRONEPOS.] *Nempe Tiberij filius. Ibidem Suetonius.*

8. APPLICVISSET.] *Sibi & famæ suæ iunxisset, inseruisset. Muretus, præter omnes libros, aperuisset: temerè.*

9. POSSVM MECVM.] *Potes ô noster, & Fama tua ac suorum, quamdiu Romana litera, manebit.*

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes alienæ potestati fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt: post ipsos citò memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio: nec ipsis tantum habetur, sed quidquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur. Ne gratis Idomeneus in epistolam meam venerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit, quâ hortatur ut Pythoclea locupletem non publicâ, nec ancipiâ viâ faciat. ¹⁰ *Si vis*, inquit, *Pythoclea diuitem facere, non pecuniæ adiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est.* Et apertior ista sententia est, quàm ut interpretanda sit, & discretior quàm ut adiuuanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum existimes de diuitiis dictum: quocumque transiuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honestum facere, non honoribus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea esse in perpetuâ voluptate, non voluptatibus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea senem facere, & implere vitam, non annis adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Has voces non est quòd Epicuri esse iudices, publicæ sunt. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophiâ quoque existimo. cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat: iubeo illum ¹¹ diuidere sententiam, ¹² & sequor. Eò libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis qui ad illa confugient, spe malâ inducti, qui ¹³ velamentum seipsum suorum vitiorum habituros existimant, probem, quocumque ierint, honestè esse viuendum. Cum adierint hos hortulos, & inscriptum hortulis, *Hospes hic bene manebis, hic summum bonum voluptas est*: paratus erit istius domicilij custos, hospitalis, humanus, & te polentâ excipiet, & aquam quoque largè ministrabit. & dicet: *Ecquid bene acceptus es?* Non irritant, inquam, hi hortuli famem, sed extinguunt: nec maiorem ipsis portionibus sitim faciunt, sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac voluptate contentui. de his rectum desiderijs loquor, quæ ¹⁴ consolationem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut desinant. Nam de illis extraordinariis quæ licet differre, licet castigare & opprimere, hoc unum commune faciam, ista voluptas ¹⁵ non naturalis est, non necessaria: huic nihil debes. si quid impendis, voluntarium est. Venter ¹⁶ præcepta non audit,

10. SI VIS PYTHOCLEA.] Verba ipsa in Stobæi Serm. xvii. sic exstant. Εἰ βούλει πλούσιον γίνεσθαι, μὴ χρημάτων προσέβηαι, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἀφαιρέσει: Si vis diuitem aliquem facere, non pecuniæ adice, sed cupiditatibus detrahe. Mutauit Stobæus dictiunculam, & τῶν scripsit, pro αὐτοδουλεύει, Fuit iste Pythocles formosus adolescens, & in quo male Epicurus audiuit, quod præter Laertium, tangit Plutarchus aduersus Colotem. Damnat enim Epicurum, qui adolescentem octodecim annos natum, ita eximie laudauerit, ut scriberet, Οὐκ ἔστι γένος ἐν ὅλῃ τῇ ἐλλάδι ἀμείνω: Non esse indolem in totâ Græciâ meliorem. Sed quod ad sententiam, aurea est, quam Plato sibi velit inscribi, si verè Stobæus Ser. x. Πλάτων ἀπὸς τοῦ ἀεὶ ζητοῦντα χρημάτων, εὐδὲ, ὁ ἀνομιῶν, εἴσθε, μὴ περιῶ τὴν κτήσιν αὐξάνειν, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν μειώσεται: Plato cuidam rei augere semper cupido, O improbe, inquit, ne stude possessiones augere, sed cupiditates minuere. Neque dissonat illud Socratis: qui interrogatus, πῶς ἀνθρώποις τις πλούσιος, εἰ τὸ ἐπιθυμῶν, εἴη, ἀπάντων: Quomodo quis diues fieret? si cupidinum, inquit, inops. Quod alibi tamen Cleanthi video adscriptum.

11. DIVIDERE SENTENTIAM.] De Vit. beatâ, cap. iiii.

12. ET SEQUOR.] Nempe sic diuisam, unam eius partem.

13. VELAMENTUM SEIPSUM.] Meus & quidam, velamenta ipsa: rectè. aut clarius, velamentum ipsa: nempe illa, dicta.

14. CONSOLATIONEM.] Id est, quæ verbis non lenias. qualia sunt, naturalia & necessaria desideria: quæ re explere debeas, sed facili & paratâ.

15. NON NATURALIS EST.] Abs est negatio à scriptis: & potest, aut fortasse debet. Nam Epicurus diuidebat Cupiditatum genera, (ait Cicero v. T. 1.) non nimis fortasse subtiliter, vtiliter tamen. partim esse Naturales, & Necessarias; partim Naturales, & non Necessarias; partim Neutrum. Naturales, fatiari penè nihilo; nec secundum genus, difficile ad potiendum; tertias, planè inanes, & eiciendas funditus putauit. Eadem diuisio in Nemesio, De Animâ, cap. xv. i. i. qui Voluptates triplices ita facit. Naturales ac Necessarias esse, sine quibus vita non constat: ut alimenta, & vestes. Naturales autem non Necessarias, quæ naturâ & lege honestæ sunt, sed carere iis licet. ut est coniugalis Conubitus: possum enim castus permanere. Neque Necessarias, neque Naturales: ut Ebrietas, Petulantia, Luxus. Addit vir ille sanctus: Qui conuenienter Deo vult viuere, primas solas persequetur: qui in secundâ classe, potest & alteras, sed modo & tempore: tertias autem omnino omnibus fugiendâ sunt. Ista hic & alibi Seneca lucem donent.

16. PRÆCEPTA NON AUDIT.] Cato apud Agellium: Arduum ad ventrem verba facere, qui careat auribus.

17. POSCIT,

A audit, ¹⁷ poscit, appellat. non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur: si modò das illi ¹⁸ quod debes, non ¹⁹ quod potes.

EPIST. XXII.

FORTITER exeundum esse ab occupationibus, & soluendos laqueos aut rumpendos. Sed tamen opportunitas & *ὀκαιρία* expectetur: nec elabatur. Spernit deinde & abiicit splendores istos falsos. Tum ab Epicuro sententia: Omnes exire pueros è vitâ: id est, vera eius ignaros.

I AM intelligis educendum esse te ex istis occupationibus, speciosis & malis: sed quomodo id consequi possis, quæris. Quædam non nisi à præsentè monstrantur. Non potest medicus per epistolas cibi, aut balnei, tempus eligere: vena tangenda est. Vetus prouerbiu[m] est, *Gladiatorem in arenâ capere consilium*. Aliquid aduersarij vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in vniuersum & mandari potest, & scribi: tale consilium non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. illud alterum quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum præsentis, sed vigilantis est, occasionem obseruare properantem. Itaque hanc circumspecte: hanc si videris, prende: & toto impetu, totis viribus id age, vt te istis officiis exuas. Et quidem quam sententiam feram, attende. Censeo aut ex istâ vitâ tibi, aut è vitâ exeundum. Sed illud idem existimo, leni eundem viâ: vt quod malè implicuisti, soluas potius quàm abrupas. dummodo, si alia soluendi ratio non erit, vel abrupas. Nemo tam timidus est, vt malit semper pendere, quàm semel cadere. Interim, quod primum est, impedire te noli, contentus esto negotiis, in quæ descendisti, vel quod videri mauis, incidisti. Non est quòd ad vltiora nitaris, aut perdes excusationem, & apparebit te non incidisse. Ista enim quæ dici solent, falsa sunt: Non potui aliter. Quid si nollem? necesse erat. Nulli necesse est, felicitatem cursu sequi: est aliquid, etiam si non repugnare, subsistere, nec instare ² fortunæ ferenti. Numquid offenderis, si in consilium non venio tantum, sed aduoco? & quidem prudentiores quàm ipse sum, ad quos soleo referre, si quid delibero. Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentè legi, Idomeneo quæ scribitur. quem rogat, vt quantum potest fugiat & properet, antequam aliqua vis maior interueniat, & auferat libertatem recedendi. Idem tamen subiicit, nihil esse tentandum, nisi cum aptè poterit tempestiueque tentari: sed cum illud tempus diu captatum venerit, exsiliendum ait. Dormitare de fugâ cogitantem verat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum: si nec properemus ante tempus, nec cessemus in tempore. Puto nunc & Stoicam sententiam quæris. non est quòd quisquam illos apud te temeritatis infamet: cautiore quàm fortiores sunt. Exspectas forsitan, vt tibi hæc dicantur? Turpe est D cedere oneri: luctare eum officio, quod semel recepisti. Non est vir fortis & strenuus, qui laborem fugit: verum ibi crescit illi animus, ipsâ rerum difficultate. Dicentur tibi ista, si operæpretium habebit perseuerantia, si nihil indignum bono viro faciendum patiendumve erit: alioquin sordido se & contumelioso labore non conteret, nec in negotiis erit negotij causâ. Ne illud quidem, quod existimas eum facturum, faciet, vt ambi-

17. POSCIT, APPELLAT.] *Impudens & molestus creditor. Homerus:*

Ὁ γὰρ τι συζητῆν ἐπὶ γαστέρι κούτερον ἄλλο
Ἐπλετο, ἢ τ' ἐκείλοσσε τοῦ μνήσασθαι ἀνάγκη.

Non est improbiore res altera ventre molesto,
Quisq; sui inuitos etiam memores iubet esse.

18. QVOD DEBES] *Simplex aliquid.*

19. QVOD POTES.] *Lantum aut affluens, si tuipse talis.*

EPIST. XXII. I. VEL QVOD VIDERI

MAVIS.] *Olim memini, vulgò contaminata, emendare: & sic meus optimus liber, nisi quod scribit, vel quia.*

2. FORTUNÆ FERENTI.] *A vento secundante metaphora: & simillima in Statio, 11. Thebaid.*

Quantumque ferentem

Fortunam virtute domas.

Vterque vult, modum etiam fauenti & effequenti fortunæ poni: & contrahi vela, dum ventus à puppi implet. Vide De Vit. beat. cap. XXII.

ambitiosis rebus implicatus, earum semper æstus ferat. Sed cum viderit breuia in quibus volutatur, incerta, ancipitia: repetet pedem, nec vertet terga, sed sensim recedet in tutum. Facile est autem, mi Lucili, occupationes euadere, si occupationum pretia contempseris. illa sunt, quæ nos morantur & detinent. Quid ergo? tam longas spes relinquam? ab ipsâ messe discedam? nudum erit latus? incommittata lectica? atrium vacuum? Ab his ergo inuiti homines recedunt, & mercedem miseriarum amant, ipsas execrantur. Sic de ambitione, quomodo de amicâ queruntur: id est, si verum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Excute istos, qui quæ cupiere, deplorant, & de earum rerum loquuntur fugâ, quibus carere non possunt: videbis voluntariam esse illis in eorum moram, quod ægrè ferre ipsos & miserè, loquuntur. Ita est, mi Lucili, paucos seruitus, plures seruitutem tenent. Sed si deponere illam in animo est, & libertas bonâ fide placuit: in hoc autem vnum³ aduocationem petis, vt sine perpetuâ sollicitudine id tibi facere contingat: quid ni te tota cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones & Chrysippi moderata, & honesta, & vera suadebunt. Sed si propter hoc tergiversaris, vt B circumspicias, quantum feras tecum, & quàm magnâ pecuniâ instruas otium: numquam exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem vitam, propitiis diis. sed non sic, quo modo istis propitij sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magna tribuerunt: ab⁴ hoc vno excusati, quòd ista quæ vrunt, quæ excruciant, optantibus data sunt. Iam imprimebam epistolæ signum: resoluenda est, vt cum sollenni ad te munusculo veniat, & aliquam magnificam vocem secum ferat, & ecce occurrit mihi nescio utrùm verior, an eloquentior. cuius? inquis. Epicuri. Adhuc enim⁵ alienas sarcinas adorno. *Nemo non ita exit è vitâ, tanquam modo intrauerit. Quemcumque vis occupa, adolescentem, senem, medium: inuenies æquè timidum mortis, æquè inscium vitæ. nemo quidquam habet facti. in futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in istâ voce delectat, quàm quòd exprobratur senibus infantia. Nemo, inquit, aliter, quàm quomodo natus est, exit è vitâ. Falsum est, peiores morimur, quàm nascimur. Nostrium istud, non nature vitium est. illa de nobis conueniri debet, & dicere: Quid hoc est? C sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidiâ, ceterisque pestibus. quales intrastis, exite. Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur, quàm nascitur. Nunc verò trepidamus, cum periculum accessit: non animus nobis, non color constat: lacrimæ nihil profuturæ cadunt. Quid est turpius, quàm in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem hæc est, quòd inanes omnium bonorum sumus, quorum in fine vitæ desiderio laboramus. Non enim apud nos pars eius vlla subsedit. transmissa est, & effluxit. Nemo quàm benè viuat, sed quàm diu, curat: cum omnibus possit contingere, vt benè viuant; vt diu, nulli.*

EPIST. XXIII.

MONET verum gaudium querere. quod illud? securum, & ex vero Bono natum. Reliqua fallacia & fugacia sunt, hoc solidum, & firmum: quia in solido situm, & animo, optimâ nostri parte. Vno verbo, positum est in Conscientiâ. Epicuri deinde dictum: Turpe & molestum, vitam semper incobare: & inconstantes damnantur.

PVTAS me tibi scripturum, quàm humanè nobiscum hiems egerit, quæ & remissa fuit, & breuis: quàm malignum ver sit, quàm præposterum frigus, & alias ineptas verba quærentium. Ego verò aliquid, quod & mihi & tibi prodesse possit, scribam.

Quid

3. ADVOCATIONEM PETIS.] *Moram interponis. Vide ad Marciam, cap. X.*

4. HOC VNO EXCUSATI.] *Veteres omnes, ad hoc vnum. Si mutamus, velim ab hoc vno.*

5. ALIENAS SARCINAS.] *Dubito an alienis.*

Meas sarcinas instruo, rebus alienis. vt epist. XVI. Adhuc de alieno liberalis sum.

6. QVORVM IN FINE.] *Membrane meliores: cum in fine. Legam: quòd in fine vitæ, vitæ desideris laboramus: voce repetitâ.*

EPIST.

A Quid autem id erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentum quod sit, quæris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc esse dixi: ¹ culmen est. Ad summa peruenit, qui scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in alienâ potestate non posuit. Sollicitus est, & incertus sui, quem spes aliqua proritat: licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet illum numquam sperata deceperint. Hoc ante omnia fac, mi Lucili: ² disce gaudere. Existimas me nunc detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita submoueo, qui spes, dulcissima oblectamenta, deuitandas existimo? imò contrâ. nolo tibi unquam deesse latitiam. volo illam tibi domi nasci: nascitur, si modò intra teipsum sit. Ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leues sunt: nisi fortè tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Mihi crede, res seuera est verum gaudium. An tu existimas quemquam soluto vultu, & ut isti delicati loquuntur, ³ hilari oculo mortem contemnere? paupertati domum aperire? voluptates tenere sub frano? meditari dolorum patientiam? Hæc qui B apud se versat, in magno gaudio est, sed parùm blando. In huius gaudij possessione esse te volo. numquam deficiet, cum semel vnde petatur inueneris. Leuium metallorum fructus in summo est: illa opulentissima sunt, quorum in alto latet vena, assiduè pleniùs responsura fodienti. Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac ⁴ perfusoriam voluptatem: & quodcumque inuēctitium gaudium est, fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est, & quod plus patèat introrsus. Fac oro te, Lucili carissime, quod vnum potest te præstare felicem. dissiice & conculca ista quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio: ad verum bonum spectâ, & de tuo gaude. Quid est autem hoc? de te ipso, & tui optimâ parte. Corpusculum quoque, etiam si nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quàm magnam. Vanas suggerit voluptates, breues, pænitendas, ac nisi magnâ moderatione temperentur, in contrarium abitutas. Ita dico, in præcipiti est voluptas, ad dolorem vergit, nisi modum teneat. modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. Veri boni C auiditas, ruta est. Quid sit istud, interrogas, aut vnde subeat? dicam. Ex bonâ conscientia, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido vitæ & continuo tenore vnam prementis viam. Nam illi qui ex aliis propositis in alia transfiliunt, aut ne transfiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quidquam certum mansurumve possunt, suspensi & vagi? Pauci sunt, qui consilio se suaquæ disponant: ceteri eorum more ⁵ quæ fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alia lenior vnda detinuit, ac molliùs vexit; alia vehementior rapuit; alia ⁶ proximè ripam, cursu languescente deposuit; alia torrens impetus ciecit in mare. Ideò constituendum est, quid velimus, & in eo perseuerandum. Hic est locus soluendi aris alieni. Possùm enim vocem tibi ⁷ Epicuri tui reddere, & hanc epistolam liberare. *Molestum est. semper vitam inchoare.* aut si hoc modo magis sensus potest exprimi: *Malè viuunt qui semper viuere incipiunt.* Quare, inquis? desiderat enim explanationem ista vox. Quia semper illis imperfecta vita est. non potest autem stare paratus ad mortem, qui modò D incipit viuere. Id agendum est, ut satis vixerimus: nemo hoc putat, qui orditur cum maxi-

EPIST. XXIII. I. CULMEN EST.] *Nascitur enim ex Sapientia, & est eius velut fructus.*

2. DISCE GAUDERE.] *De vero Gaudio, in quo semper est Sapiens, vide quæ huc faciunt, Manuduct. III. Dissert. v.*

3. HILARI OCULO.] *Quidam libri, hilaticulo, quod sanè verbi pro delicatis istis & mollicellus videatur.*

4. PERFUSORIAM.] *Non penetrantem, sed exteriùs adspargentem. Ita perfusoriè dicere, apud Ierem. leuiter, & sine attentione aut curâ. perfusoriæ assertiones, in Suetony Domitiano, cap. VIII. Sic noster*

epist. cx. Si illâ se non perfuderit, sed infecerit. Meus hic & quidam libri, superfusoriam: nec male.

5. QUÆ FLUMINIBVS.] *Ita Epictetus, apud Stobæum: Vita, inquit, quæ à Fortuna pendet, rapido flumini similis est, turbulenta, canosa, impura. Sed noster dilatat pulcherrimè, & adaptat.*

6. PROXIMÈ RIPAM.] *Meus & scripti, proxima ripæ. Teneam: aut, proximâ ripâ.*

7. EPICURI TVI.] *Ergo in iis castris Lucilius? apparet: nec aliâ causâ fortasse toties huius dicta inculcat.*

maximè vitam. Non est quòd existimes, paucos esse hos. propemodum omnes sunt. A
 Quidam viuere tunc incipiunt, cum desinendum est. si hoc iudicas mirum, adiciam
 quod magis admireris: quidam antè viuere defecerunt, quàm inciperent.

EPIST. XXIIII.

EPISTOLA inter bonas, pulchrasque. Hortatur non timere ventura, etsi minentur: imò
 proponere ventura, & sic se formare, examinando aut eleuando. Quid enim omnes isti metus
 sunt? vltimus eorum mors est: & ratione contemne. Magni viri fecerunt, è plebe & seruitiis
 fecerunt: cur tu non adspires? Deme personam rebus. quod times, dolor est: quem muliercula
 in puerperio tulit. Denique in hæc natus es, iactari, dolere, mori: agnosce sortem. Tamen (Epi-
 curi præcepto) nec opta mortem, nec time.

SOLLICITVM te esse scribis de iudicij euentu, quod tibi furor inimici denunciât,^B
 & existimas me suasurum vt meliora tibi ipsi proponas, & acquiescas spei blandæ.
 Quid enim necesse est mala accersere, & satis citò patienda cum venerint, præsumere, ac
 præsens tempus futuri metu perdere? ¹ Est sine dubio stultum, quia quandoque sis fut-
 urus miser, esse iam miserum: sed ego ² aliâ te ad securitatem viâ ducam. Si vis omnem
 sollicitudinem exuere, quidquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone: & quod-
 cumque illud est malum, tecum ipse metire, ac ³ timorem tuum taxa. intelliges profe-
 ctò aut ⁴ non magnum, aut non longum esse, quod metuis. nec diu exempla, quibus
 confirmeris, colligenda sunt: omnis illa ætas tulit. In quamcumque partem rerum,
⁵ vel ciuilium, vel externarum, memoriam miseris; occurrent tibi ingenia, aut ⁶ profe-
 ctus, aut impetus magni. Numquid accidere tibi, si damneris, potest durius, quàm
 vt mittaris in exsilium? vt ducaris in carcerem? nunquid vltra quidquam timendum
 est vlli, quàm vt vratur? quàm ⁷ vt pereat? Singula ista constitue, & contemptores eo-
 rum cita, qui non quærendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit,^C
 tamquam nihil illi molestum esset aliud, quàm quòd malè iudicaretur. Exsilium ⁸ Me-
 tellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter. alter, vt rediret, Reipub. præstitit: alter re-
 ditum suum ⁹ Sullæ negauit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates disputauit,
 & exire (cum essent ¹⁰ qui promitterent fugam) noluit: remansitque, vt duarum rerum
 grauif-

EPIST. XXIIII. I. EST SINE DVBIO
 STVLTVM.] Similia de Timore non præcipiendo,
 epist. XIII. & LXXIV. atque alibi.

2. ALIA VIA.] Planè contraria, vt omniati-
 meas Hoc ipsum in epist. LXXVIII. Omnem For-
 tunæ licentiam in oculis habe, tamquam quid-
 quid potest facere, factura sit. Quidquid exspe-
 ctatum est diu, leuius accidit. Vere sapientis v sur-
 patio & remedium: de quo ego in occasione, Manu-
 duct. II. Dissert. I.

3. TIMOREM TAXA.] Iudicio, quanti sit,
 aestima.

4. NON MAGNUM.] Epicuri decantatum in
 dolore sciatum. Infra statim: Leuis est, si ferre
 possum, breuis est, si ferre non possum. Aeschylus:
 Θέρπει, ὄβριον δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν ἐξυ γρόνον:
 Confide. tempus non habet summus dolor.

5. VEL CIVILIVM.] Nostrarum & Romana-
 rum. quæ ad tuos cines.

6. PROPECTVS.] In Sapientiâ. Reperies, inquit,
 aut qui iudicio & ratione, Sapientiæ nempe alumni,
 hæc contempserint, vt Cato: aut qui impetu & nobi-
 litate animi, vt Scipio.

7. VT PEREAT?] Muretus vellet, (nescio an ex

libris) vt pendeat? Non ego. decreseat enim oratio:
 & minus pendere, quàm vri. Quod editum etiam
 est, libri nostri manuâj omnes habent.

8. METELLVS.] Est ² Metellus Numidicus,
 victo Iugurthâ dictus. qui Censor & clarissimus vir,
 cum iurare in leges Apuleij Saturnini Tr. pl. nollet, in
 exsilium missus, fortiter tulit: donec occiso illo, preci-
 bus lacrimisq; filij præsertim, qui ob id Pij cognomen
 meruit, restitutus est. Cicero variis locis, Florus, Ap-
 pianus, alij.

9. SVLLÆ NEGAVIT.] Nescit De Prouid.
 cap. III. Rutilius Sullæ Dictatori solus aliquid
 negauit, & reuocatus non tantum retrò cessit, sed
 longius fugit. Ouidius:

Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
 Non vsi reditus conditione dati.

10. QVI PROMITTERENT FUGAM.] Xenophon
 in Apologia: Εἰσὶν αἱ ἤ ἐταίρων ἐκκλησίαι βουλο-
 μένων αὐτῶν, ἐκ ἐφέστατο, ἀλλὰ καὶ ἐπισυνέλασαν ἐδ-
 κει, ἐρόμενος, Εἰσὼν εἰδέν τι γωρίον ἕξω τῆς Ἀττι-
 κῆς, ἐνθα ἔσσομαι τὸν θεόν τω; Amicus furtim eri-
 pere illum volentibus, non paruit, imò & illufit,
 interrogans, An alibi extra Atticam, regionem
 nossent, quò mors non aspiraret?

11. VTQVM-

A grauiſſimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum est vri: quanto acerbius si id te faciente patiaris? Vides hominem non eruditum, nec vllis præceptis contra mortem aut dolorem subornatum, militari tantum robore instructum, pœnas à se irriti conatus exigentem. spectator distillantis in hostili foculo dextra stetit, nec antè remouit nudis oslibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus, quam crudelitas ad irroganda. Facilius Porsena Mucio ignouit, quod voluerat occidere; quam sibi Mucius, quod non occiderit. Decantatæ, inquit, in omnibus scholis fabulæ istæ sunt. iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis. Quid ni ego narrem, vltimâ illa nocte Platonis librum legentem, posito ad caput gladio: duo hæc in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum vt vellet mori, alterum vt posset. Compositis ergo rebus, ¹¹ vtrumque componi fractæ atque vltimæ poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut seruare contingeret. & stricto gladio, quem vsque in illum diem ab omni cæde purum seruauerat: Nihil, inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis obstando. non pro meâ adhuc, sed pro patriæ libertate pugnaui. nec agebam tantâ pertinaciâ, vt liber, sed vt inter liberos viuerem: nunc quoniam deploratæ sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum. Impressit deinde mortiferum corpori vulnus: quo obligato à medicis, cum minus sanguinis haberet, minus virium, animi idem, iam non tantum Cæsari, sed sibi iratus, nudas in vulnus manus egit, & generosum illum contemptoremque omnis potentie spiritum non emisit, sed eiecit. Non in hoc exempla hæc nunc congero, vt ingenium exerceam, sed vt te aduersus id quod maxime terribile videtur, exhorter. Facilius autem exhortabor, si ostendero, non tantum fortes viros hoc momentum efflandæ animæ contempsisse: sed quosdam ad alia ignavos, in hac re exæquasse animum fortissimorum. sicut illum Cn. Pompeij socerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri nauem suam videret ab hostibus, ferro se transfuerat, & quarentibus vbi Imperator esset: *Imperator*, inquit, *benè se habet*. Vox hæc illum parem maioribus fecit, & fatalem Scipionibus in Africâ gloriam non est interrumpi passa. Multum fuit Carthaginem vincere, sed amplius mortem. Imperator, inquit, benè se habet. An aliter debebat Imperator, ¹² & quidem Catonis, mori? Non reuoco te ad historias, nec ex omnibus sæculis contemptores mortis, qui sunt plurimi, colligo: respice ad hæc nostra tempora, de quorum languore ac deliciis querimur. omnis ordinis homines succurrent, omnis fortune, omnis ætatis, qui mala suâ morte præciderunt. Mihi crede, Lucili, adeo mors timenda non est, vt beneficio eius ¹³ nihil anteferendum sit. Securitas itaque inimici minas audi: & quamuis conscientia tua tibi fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam valent, & quod æquissimum est spera, & ad id te quod est iniquissimum, compara. Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re sit: scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem. Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris Duenit. illi quos amant, quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt. Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios & ignes ostendis, & turbam carnificum circa te frementium? Tolle istam pompam sub quâ lates, & stultos territis. mors es, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella & eculeos magno apparatu explicas? quid singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur, aptata, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone ista, quæ

nos

11. VTRUMQUE COMPONI.] *Meus liber, vt tunc componi. In tali scilicet statu.*

12. ET QUIDEM CATONIS.] *Fortis illius vri Imperator, an non ipse fortis? Nam toti exercitui Scipio præerat: Catone inter Legatos.*

13. NIHIL ANTEFERENDVM SIT.] *Dilutor sententia si attendis. Quid, quod libri consensu dam-*

nant, & verba inserunt, anteferendum timendumve sit? Omnes, inquam, olim editi & scripti. Scalpellum hoc Muretus adhibuit: præstabat medicinam. A me ea sit: nihil à te verendum timendumve sit. Adeo, mi Lucili, mors tibi non timenda, vt illi, nihil vereri aut timere, debeas. Mala aut metus sola tollis.

nos obstupefaciunt: iube conticescere gemitus & exclamationes, & vocum inter lacerationem elisarum acerbiter. Nempe dolor est, quem podagricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis deliciis perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Leuis est, si ferre possum: breuis est, si ferre non possum. Hæc in animo voluta, quæ sæpe audisti, sæpe dixisti: sed an verè audieris, an verè dixeris, effectu proba. hoc enim turpissimum est, quod nobis obiici solet, verba nos philosophiæ, non opera tractare. Quid tu? nunc primùm tibi mortem imminere scisti, nunc exsilium, nunc dolorem? in hæc natus es. Quidquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. Quod facere te moneo, scio certè fecisse. Nunc admonco, vt animum tuum non mergas in istam solitudinem. hebetabitur enim, & minus habebit vigoris, cum exsurgendum erit. Abduc illum à priuatâ causâ ad publicam: dic mortale tibi & fragile corpusculum esse, cui non ex iniuriâ tantùm aut ex potentioris viribus denuntiabitur dolor, sed ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ cruditatem afferunt, ebrietates neruorum torporem tremoremque: libidines pedum, manuum, articulorum omnium deprauationes. Pauper fiam? inter plures ero. Exsul fiam? ibi me natum putabo, quò mittar. Alligabor? quid enim? nunc solutus sum? Ad hoc me natura graue corporis mei pondus adstrinxit. Moriar? hoc dicis, desinam ægrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus, vt Epicuræam cantilenam hoc loco persequar, & dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rotâ volui, nec faxum humero Sisiphi trudi in aduersum, nec ¹⁴ vllius viscera & renasci posse quotidie, & carpi. Nemo tam puer est, vt Cerberum timeat, & tenebras, & ¹⁵ laruarum habitum nudis ossibus coherentium. Mors nos aut consumit, ¹⁶ aut emittit. Emittis meliora restant, onere detracto: consumptis nihil restat. bona pariter malaque submota sunt. Permite mihi ferre hoc loco tuum versum, si prius admonuero, vt te iudices non aliis scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto turpius, aliud scribere, aliud sentire? Memini te illum locum aliquando tractasse, non repentè nos in mortem incidere, sed minutatim procedere. ¹⁷ Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: vsque ad hesternum, quidquid transit temporis, perit. hunc ipsum quem agimus diem, cum morte diuidimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid antè defluxit: sic vltima hora, quâ esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus, sed diu venimus. Hæc cum descripsisses, quo soles ore, semper quidem magnus, numquam tamen acrior, quàm vbi veritati commodas verba, dixisti:

¹⁸ *Mors non vltima venit, quæ rapit vltima, mors est.*

Malo te legas, quàm epistolam meam. apparebit enim tibi, hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam. Video quò spectes. quæris quid huic epistolæ infulerim, quod dictum alicuius animosum, quod præceptum vile? Ex hac ipsâ materiâ que in manibus fuit, mitteretur aliquid. Obiurgat Epicurus non minùs eos qui mortem concupiscunt, quàm eos qui timent, & ait: *Ridiculum est, currere ad mortem radio vitæ, cum ge-*

14. VLLIUS VISCERA.] De Tityo poeta. & inter alios Lucretius, qui hæc talia abiicit, & ad moralem sensum aliquè aptat, pro Epicuri doctrinâ, lib. III.

15. LARVALEM.] Ita scripti libri: editi, Laruarum. Sed illud ad ipsos mortuos refer, qui palentes, tenues, & laruales quadam vmbra, vt Sidonius dixit.

16. AUT EMITTIT.] Plures libri, exiit. nempe corpore isto, & velamento. Virouis autem modo, Mors nihil, aut nihil est. Si enim emittit, viuimus, quo sensu Lucanus lib. III.

Aut mors ipsa nihil.

Si consumit, cum illâ perimus. atq; ita Seneca Tragicæ valeat, Post mortem nihil est, ipsaq; mors nihil.

Quid autem hic Stoici, diximus III. Physiol. Diss. XI.

17. COTTIDIE MORIMVR.] Seneca hoc sæpe tractat & inculcat: etiam Plutarchus, prorsus vt noster, suggerente Mureto. In libro, De Ei in Delphi. Nos, inquit, vnâ mortem ridiculè timemus, totiesiam mortui, & morientes. Non enim solum, vt Heraclitus ait, Ignis mors Aeris est generatio; & huius mors, Aquæ: sed id ipsum clarus in homine videas. Perit Virilis ætas Senio accedente, perit Iuuentus Virili ætate. Pueritia Iuuentute, Infantia per Pueritiam. Quin & hesternus dies in hodiernum occidit, & hodiernus crastino morietur.

18. MORS NON VLTIMA.] Ita omnes libri, ad Mure-

A genere vitæ, ut currendum esset ad mortem, effeceris. Item alio loco dicit: Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? His adiciis & illud eiusdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam esse, imò demerentiam, ut quidam ¹⁹ timore mortis cogantur ad mortem. Quidquid horum tractaueris, confirmabis animum, vel ad mortis, vel ad vitæ patientiam. In vtrumque monendi ac firmandi sumus: & ne nimis amemus vitam, & ²⁰ ne nimis oderimus. ²¹ etiam cum ratio suadet finire, non temerè, nec cum procurfu ²² capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet à vitâ, sed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus, qui multos occupauit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconspicua animi inclinatio: quæ sæpe generosos atque acerrimæ indolis viros corripit, sæpe ignauos iacentesque. illi contemnunt vitam, hi grauantur. Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, & vitæ non odium, sed fastidium: in quod prolabimur, ipsâ ²³ impellente philosophiâ, dum dicimus: ²⁴ *Quousque eadem?* Nempe experigiscat, dormiam, satiabor, esuriam, algebo, æstuabo: nullius rei finis est: sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit, dies noctem: æstas in autumnum desinit, autumno hiems instat, quæ verè compefcitur: omnia transcunt, ut reuertantur. nihil noui video, nihil noui facio. Fit aliquando & huius rei nausea. Multi sunt, qui non acerbum iudicent viuere, sed superfluum.

EPIST. XXV.

PRÆSCRIBIT de duobus amicis, iuvene & sene, aliter atque aliter cum vtroque agendum: cum illo fortius, cum hoc remissius, ne desperet. Ipsum Lucilium hortatur ad mediocritatem, aut pauperiem: deinde (Epicuri voce) ut sumat sibi *Padagogum*. Fac omnia, tamquam aliquis spectet.

C Q U O D ad duos amicos nostros pertinet, diuersâ viâ eundem est. alterius enim vitia emendanda, alterius frangenda sunt. Vtar libertate totâ: non amo illum, nisi ostendero. Quid ergo? inquis, quadragenarium pupillum cogitas sub tutelâ tuâ continere? Respice ætatem eius iam duram & intractabilem. non potest reformari. tenera finguntur. An profecturus sim nescio: malo successum mihi, quam fidem deesse. Nec desperaueris, etiam diutinos ægros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa

Marcum: qui edidit, Mors non vna: versu, inquit, & sententiâ postulante. Ego contra postulem, vetera teneri: deletâ modò particula, sed, quæ versum, an versus, turbat. Potest enim Heroicus ita esse, possunt & bini Anapestici.

Mors non vltima venit,

Quæ rapit vltima, mors est. Non qua venit, & iam præterit, Mors est: sed illa propriè, quæ rapit vltima, & nos aufert.

19. TIMORE MORTIS.] *Simile epist. lxx.* Stultitia est, timore mortis mori. *Ibi me vide.*

20. NE NIMIS ODERIMVS.] *Curius lib. v.* Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris, ad vilitatem sui compelluntur ignaui. At virtus nihil in expertum omittit. Vltimum omnium mors est: ad quam non pigre ire, satis est.

21. ETIAM CVM RATIO.] *Quod Stoici volebant, & causas esse sumenda interim mortis. De quo decreto ego Manud. l. iii. Diss. xxii. & xxiii.*

22. CAPIENDVS EST IMPETVS.] *Plinius pa-*

riter, lib. i. epist. xxi. Impetu quodam & instinctu currere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas eius expendere, utque suaferit ratio, vitæ mortisque consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi. *Adde Senecam epist. xxx. & lv.*

23. IMPELLENTE PHILOSOPHIA.] *Quæ reuera non magni facit totum hoc viuere, & in eadem circulari. Lucretius lib. l. iii. Naturam ipsam rerum loquentem facit:*

Nam tibi præterea, quod machiner inueniamque,

Quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper.

Si tibi non annis corpus iam mæret, & artus Confecti languent, eadem tamen omnia restant,

Omnia si pergas viuendo vincere sæcla.

24. QVOVSQVE EADEM?] *De Tranquill. cap. 11.* Fastidio illis cœpit esse vita, & subit illud rabidarum deliciarum, Quousque eadem? *Vox vulgi fuit, & iterum exprimit epist. lxxxix.*

EPIST.

multa inuitos & facere coegeris & pati. Nec de altero quidem fati fiducia habeo: ex-
 cepto eo quod adhuc peccare erubescit. nutriendus est hic pudor: qui quamdiu in ani-
 mo eius durauerit, aliquis erit bonæ spei locus. Cum hoc veterano, parcius agendum
 puto, ne in desperationem sui veniat: nec vllum tempus aggrediendi ¹ melius fuit, quam
 hoc, dum interquiescit, dum emendato similis est. Aliis hæc intermissio eius imposuit.
 mihi verba non dat: exspecto cum magno fœnore vitia reditura, quæ nunc scio cessare,
² non deesse. Impendam huic rei dies: & utrùm possit aliquid agi, an non possit, expe-
 riar. Tu nobis te, vt facis, fortem præsta, & sarcinas contrahe. Nihil ex his quæ habe-
 mus, necessarium est. Ad legem naturæ reuertamur: diuitiæ paratæ sunt. Aut gratui-
 tum est quo egemus, aut vile. ³ Panem & aquam natura desiderat. nemo ad hæc pau-
 per est: intra quæ quisquis desiderium suum cludit, ⁴ cum ipso Ioue de felicitate con-
 tendat, vt ait Epicurus: cuius aliquam vocem huic epistolæ inuoluam. Sic fac, inquit,
 omnia, ⁵ tamquam spectet aliquis. Prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse, & habe-
 re quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longè ma-
 gnificentius est, sic viuere tamquam sub alicuius boni viri, ac semper præsentis, oculis:
 sed ego etiam hoc contentus sum, vt sic facias quæcumque facies, tamquam spectet ali-
 quis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cùm iam profeceris tantum, vt sit tibi
 etiam tui reuerentia, licebit dimittas pædagogum: interim te aliquorum auctoritate
 custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lælius, aut cuius interuentu perditum quoque
 homines vitia supprimerent; dum te efficias eum, coram quo peccare non audeas. Cùm
 hæc effeceris, & aliqua cœperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere: quod
 idem suadet Epicurus. Tunc præcipuè in te ipse secede, cùm esse cogèris in turbâ. Dissi-
 milem te fieri multis oportet. dum tibi tutum non est à te recedere: circumspece singu-
 los. Nemo est, cui non fatius sit cum quolibet esse, quam secum. Tunc præcipuè in te
 ipse secede, cùm esse cogèris in turbâ, si bonus vir, si quietus, si temperans es: alioquin
 in turbam tibi à te recedendum est. Istic enim malo viro ⁶ propius es.

EPIST. XXVI.

SENEM se esse, & tamen animo vigere. Fortiter de morte loquitur: quæ sola, inquit, iu-
 dicat an aliquid sit facti. Reliqua, verba sunt: robur & virtus apparebit, cùm animam ages.
 Ab Epicuro clausula: Disce mortem meditari.

MODÒ dicebam tibi, in conspectu esse me senectutis: iam vereor, ne senectutem
 post me reliquerim. Aliud iam his annis, ² certè huic corpori vocabulum con-
 uenit: quoniam quidem Senectus, lassæ ætatis, non fractæ nomen est. Inter decrepitos
 me

EPIST. XXV. I. MELIUS FUIT.] Grutero
 assentior, fuerit.

2. NON DEESSE.] Malim, deesse.

3. PANEM ET AQUAM.] Lucanus, poëta pror-
 sum philosophus:

Discite quàm paruo liceat producere vitam,
 Et quantum Natura petat.

— fatis est populis fluuiusq; , Ceresq;ue.

Euripides:

Ἐπιτὶ δὲ βροτοῖσι, πάλιν δ' οὐδ' ἴονον,
 Διμήφορος ἀπ' ἡς, πώματος δ' ὕδρηος;

Nam quid opus est mortalibus, nisi hæc duo,

Cerereisq; fruges, poculumq; puræ aque?

4. CVM IPSE IOVE.] Ad epistolam c. x. vbi
 hæc Epicuri vox expressa.

5. TAMQVAM SPECTET ALIQUIS.] Meus
 & plures scripti, spectet Epicurus: & scito germa-
 num esse. Sunt ipsa Epicuri verba, ad aliquem è suis.

quem iubet cupisq; , velut se teste & spectatore, vine-
 re. At post ternas lineas non mutabis, & rectè ibi,
 umquam spectet aliquis. Vide supra, epist. xi.

6. PROPRIUS ES.] Quidam, propior: & senten-
 tia est illa, quam & ex vulgata efficias, litterâ addi-
 tā. Istic enim à malo viro propius abes. Propè ab-
 esse ab aliquo, & Cicero & Seneca usurpant, pro Vi-
 cinum esse. Ipsa autem res est, quæ supra epist. x. Me-
 cum loquor. Caue, inquit Crates, ne cum homi-
 ne malo loquaris.

EPIST. XXVI. I. MODÒ DICEBAM
 TIBI.] Quando, aut vbi? Epistolâ xii. in simili
 ætatis argumento, & augmento.

2. CERTE HVIC CORPORI.] Abest vul-
 gatis vocula, certè: at necessaria est, & quasi corrigat
 & mitigat de prægrandi ætate, & potius valetudine
 ac corpore fracto senem se esse.

3. VIGET

A me numera, & extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago: non sentio in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in corpore. tantum vitia, & vitiorum ministeria senescunt. Viget animus, & gaudet non multum sibi esse cum corpore: magnam oneris partem sui deposuit, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. hunc ait esse florem suum. Credamus illi. bono suo utatur. Ire in cogitationem iuuat, & dispicere, quid ex hac tranquillitate & modestiâ morum sapientiæ debeam, quid ætati: & diligenter excutere, quæ non possim facere, quæ nolim: possim ne aliquid, quod nolim. Nam si quid non possum, non posse me gaudeo. Quæ enim querela est, quod incommodum, si quod debet desinere, defecit? Incommodum summum est, inquis, minui & deperire, & vt propriè dicam, liquefcere. Non enim subito impulsus ac prostrati sumus: carpinur. singuli dies aliquid subtrahunt viribus. Et quis exitus est melior, quam in finem suum, naturâ soluente, dilabi? Non quia aliquid mali est? ictus, & è vitâ repentinus excessus: sed quia lenis hæc via est, subduci. Ego certè, velut appropinquet experimentum, & ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me obseruo & alloquor: Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus aut verbis exhibuimus. leuia sunt ista & fallacia pignora animi, multisque inuoluta lenociniis: quid profecerim, morti crediturus sum. Non timidè itaque componor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis, de me iudicaturus sum, vtrum loquar fortia, an sentiam: numquid simulatio fuerit & mimus, quidquid contra fortunam iactaui verborum contumacium. Remoue existimationem hominum. dubia semper est, & in partem vtramque diuiditur. Remoue studia totam vitam tractata. mors de te pronuntiatura est. Ita dico, disputationes & litterata colloquia, & ex præceptis sapientium verba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. est enim oratio etiam timidissimis audax. quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages. Accipio conditionem. non reformido iudicium. Hæc mecum loquor: sed tecum quoque me locutum puta. Iunior es. quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est, quo te loco mors expectet. itaque tu illam omni loco expecta. Finire iam volebam: & manus spectabat ad clausulam: sed conficienda sunt sacra: & huic epistolæ viaticum dandum est. Puta me non dicere, vnde sumpturus sim mutuum: scis cuius arcâ utar. Expecta pusillum, & de domo fiet numeratio: interim commodabit Epicurus, qui ait: *Meditare vtrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.* Hic patet sensus. Egregia res est, mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere, quo semel vtendum est: hoc est ipsum, quare meditari debeamus. semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. qui mori didicit, seruire dedidicit. supra omnem potentiam est: certè extra omnem. Quid ad illum carcer, & custodia, & clau-

3. VIGET ANIMVS.] *Scriptis ostendis, quibus nihil robustius. & simul illud Menandri affirmas:*

Εἰ τ' ἀλλ' ἀφαιρῆν ὁ πολὺς εἶδος χρόνος
Ἡμῶν, τὸ γέ φρονεῖν ἀσφαλές ἐστι ποιεῖν:

D Vt alia longus auferat nobis dies,
At sapere & intelligere firmius facit.

4. QUÆ NOLIM.] *Trice hic in libris, vix extricanda. Meus: quæ nolim perdere nec habituro aliquid si nolim quidquid non posse me gaudeo. Eliciat aliquis: quæ nolim. proderitne abituro aliquid, si nolim quidquid non possum, & gaudeo. Iuuat querere, inquit, quid Sapientiæ, quid Aetatis adscribam. Sunt quæ facere non possum: Aetatis est. sunt quæ etiam nolo: Sapientiæ est. Proderitne autem mox abituro & morituro, si nolim quod non possum, & non posse gaudeo? Proderit. nam in Virtutem ita abi. Exempli gratiâ. à Venere atas arcet: sunt qui indignantur, & velint: stultiitia est. sunt qui quod non possunt item nolunt, & cum Sophocle gaudeant rabidam canem effugisse: Sapientiæ & Virtutis est. Qui*

meliora à se aut libris habet, porrigat.

5. ICTVS, ET E VITA.] *Quidam, citus, &*

6. SUBDVCI.] *Quod si in senili morte, cum vt Sol aut lumen, paulatim subtrahimur exstinguimurq., Epist. xxx. Senectus leniter emittit, non repete auulsum vitæ, sed minutatim subductum.*

7. ACCIPIO CONDITIONEM.] *Præstitisti magnanime senex: & constans hoc robur prætulisti, eise in subitâ & indictâ morte.*

8. CONFICIENDA SVNT SACRA.] *Interpretor, Sollennia omnia adhibenda: nihil omittendum, velut in sacris. Prouerby vicem habet. At Mureti lectio, conficienda sunt sagramata, Mureti est: nec vestigium in libris.*

9. DE DOMO FIET.] *A me ipso, & meis copiis, non ab alio. Nunc etiam mutuor, parum adhuc ipse abundans aut instructus.*

o

10. LIBE-

& claustra: ¹⁰ liberum ostium habet. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor vite: A qui vt non est abiiciendus, ita minuendus est: vt si quando res exiger, nihil nos detineat, nec impediatur, quò minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere.

EPIST. XXVII.

MONET, & excusat. Quid enim? ipse iam bonus, iam sanus? Non sum, inquit: sed inter egros, de communi malo, & remedio, tecum differo. Voluptates nocent, aut falso iuuant: Virtus sola solidum gaudium parit. Sed hanc tu adsume & habe: per alium non potes. Historiola de Calvisio facta. Epicuri dictum, Diuitie sunt, naturalis paupertas.

Tv me, inquis, mones. iam enim te ipse monuisti, iam correxisti? ideo aliorum emendationi vacas? Non sum tam improbus, vt curationes æger obeam: sed B tamquam in eodem ¹ valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Sic itaque me audi, tamquam tecum loquar. in secretum te mecum admitto; & te adhibito, ² tecum exigo. Clamo mihi ipse, Numera annos tuos: & pudebit eadem velle, quæ volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi ³ citra diem mortis præta: moriantur ante te vitia. Dimitte istas voluptates turbidas, magno lucendas. non venturæ tantum, sed præteritæ nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abit: ita improbarum voluptatum, etiam post ipsas, penitentia est. Non sunt solidæ, non sunt si desles. etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice. nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola virtus ⁴ præstat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modo interuenit, quæ infra feruntur, nec vniquam diem vincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire contingeret? non quidem cessatur adhuc, sed ⁵ non festinatur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. ⁶ Delegationem res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. ⁷ Calvisius Sabinus memoriâ nostrâ fuit diues: & ⁸ patrimonium habebat libertini, & ingenium. Numquam vidi hominem ⁹ beatum inde-

10. LIBERVM OSTIVM.] Sermo Stoicus. & identidem, vbi de morte subeundâ vel sumendâ: *ἡ νοῦτος ἡ δὲ ἐξ*: Aperta est ianua. *Exi, sodes. Arrianus I. Dissert. IX. & alibi.*

EPIST. XXVII. I. VALETVDINARIO.] *Glosse prisca, Valetudinarium, ἡ ἰασηροῦ, διατροπῆτορ: male valentium, & se curantium locus. Nominat auctor libelli De causis corruptæ eloquentiæ, item Columella aliquoties. Videtur in ædibus diuitum fuisse, vbi numerosa familia, talis locus. Adde nostrum De 17^a lib. I. cap. XVI.*

2. MECVM EXIGO.] *Expostulo. De Brevit. vit. cap. I. Aristoteli cum rerum naturæ exigenti.*

3. CITRA DIEM.] *Plerique libri, circa: nec malè.*

4. PRÆSTAT GAVDIVM.] *De quo ego Manud. III. Dissert. V.*

5. NON FESTINATVR.] *Negationem Muretus adhibuit sententiæ formandæ, sed præter libros. Ego legam: Non quidem cessatur adhuc, sed festinaturo multum restat operis: in quod ipse, & claustra reliqua. Quæris, quando peruenies? Multum operis restat, etiam festinaturo, quid cessaturo?*

6. DELEGATIONEM.] *A re nummariâ. Aes*

hoc alienum alteri non delegabis soluendum, aut transcribes: à te faciendâ numeratio.

7. CALVISIVS SABINVS.] *Esne ille, qui in Tacito VI. Annalium, sub Tiberio accusatus? Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul, ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur. Sed dimissum estendit: & Celsus vrbana cohortis Tribunus Appium ac Calvisium discrimini exemit. Tunc igitur dimissus, sed à Caio Caligulâ, post aliquot annis, reprehensus: de quo Dio, libro LIX. Calvisius Sabinus inter primos Senatores, cum recensâ Pannoniæ administratione reddisset, postulatus, morte spontaneâ damnationem anteuenit. An hic iste sit, nescio. etas conuenit: fortasse obstat, quod libertinus fuit, vt mox dicitur: etsi id quoque genus sub Principibus ad summos honores euecti.*

8. PATRIMONIUM HABEBAT LIBERTINI.] *Ita hæc edenda, aut ceriè libertinum, quod magis probem: vt significet, non ipsum talem, sed è talibus esse. Libri pro nobis. Sententiâ arguta, nec sine scommate, quò Seneca inclinât. Habebat, inquit, opes magnas, vt solent nunc libertini: sed & ingenium tale, id est humile, terreum, & quod saperet stirpem.*

9. BEATVM INDECENTIVS.] *Vulgi, non sapientum iudicio beatum: quod est diuitem. Nam illi, ait noster,*

A indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi modò nomen Ulixis excideret, modò Achilles, modò Priami: quos tam bene nouerat, ¹⁰ quàm pædagogos nostros nouimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, ¹¹ tam perperam tribus, quàm ille Troianos & Achiuos persalutabat. Nihilominus ¹² eruditus uolebat uideri. Hanc itaque compendiarium excogitauit. magnâ summâ emit seruos, unum ¹³ qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum: nouem præterea Lyricis singulos assignauit. Magno emisse illum non est quod mireris. non inuenerat: faciendos locauit. Postquam hæc familia illi comparata est, cœpit conuiuias suos inquietare. Habebat ¹⁴ ad pedes hos, à quibus subinde cum peteret versus, quos referret, sæpe in ¹⁵ medio versu excidebat. Suasit illi Satellius quadratus, stultorum diuitum ¹⁶ arrosor, & quod sequitur, artisor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet ¹⁷ analectas. Cum dixisset Sabinus, centenis milibus sibi constare singulos seruos: Minoris, inquit, ¹⁸ totidem scrinia emisses. Ille tamen in eâ opinione erat, ut putaret se scire, quod B quisquam in domo suâ sciret. Idem Satellius illum hortari cœpit, ut luctaretur, hominem ægrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, Et quomodo possum? vix uiuo. Noli, obsecro te, inquit, istud dicere. non vides quàm multos ¹⁹ seruos ualentissimos habeas? Bona mens ²⁰ nec commendatur, nec emitur: & puto, si uenalis esset, non haberet emptorem. at mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo, & vale. *Diuitiæ sunt, ad legem naturæ composita paupertas.* Hoc sæpe dicit Epicurus, aliter atque aliter. Sed numquam nimis dicitur, quod nunquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt.

nestor, Beatum appellant, ad quem pecunia magna confluxit: *epist. XLV. Indecenter igitur beatus, quia parum decorè aut eleganter opibus uti poterat, bardus, blennus, frutex.*

C 10. QVAM PÆDAGOGOS.] *Muretus ad ista: Nos nempe, qui iam senes sumus, quibus omnis pædagogorum memoria excidit. Nescio, an sic Seneca. Quis tam madidâ memoriâ, cui pædagogus, tot annorum indiuiduus comes, exciderit? Meum tunc magis librum audiam: quàm pædagogos nostros nouos nouimus. Eam enim uocem inserit: & certum, nouitios ignotos etiam esse. At mihi sedebat: modò Priami: & quos tam bene. Ille, inquit, obliuiscatur omnium: etiam quos nouerat, ut pædagogos solemus.*

11. TAM PERPERAM TRIBVS.] *Maße Pinciane. tibi, an tuis libris, debemus. Acutum est: & nomenclator tribules salutabat, aut resalutabat, nomine Domini: vetulus aliquis præuè, & pro Titio Sertium. Nostri codices: tam properanter quàm. quod illuc sanè duca, si diducas.*

D 12. ERUDITVS VOLEBAT VIDERI.] *Et obtinebat: quidni? Verisimè Euripides in Herculis: οἰόμεθα γὰρ*

Ἰδιώτην ἕνα πρὸς ἑἷς ἀδελφῶν:
nam censemus hoc,

Qui diues est felixque, scire hunc omnia.

13. QVI HOMERVM.] *Saltem hoc bono iudi-*

cio, aut suggestione, quòd primas huic primo daret.

14. AD PEDES.] *Ad lecti fulcra, cum caneret: quos adspicere, & innuere posset.*

15. MEDIO VERSV.] *Facetus, & credo, uerius est, medio verbo: quod præfati libri referunt. Tam infida memoria, ut desitueret in verbo, & totum non efferret.*

16. ARROSOR.] *Meus, abrafor: quod eodem uadit.*

17. ANALECTAS.] *Scitè, & nimis argutè. Analecta in conuiuiis, Græco uerbo, reliquæ, & quæ subleguntur aut colliguntur sparsa. Suadebat igitur, habere Grammaticos ab hoc officio: qui reliqua eius, & quæ exciderent ei, & uelut ab ore aut orbe deciderent, colligerent & collecta redderent, atque ita explerent. Non potest uenitius. Habes Grammaticos & litteratores, qui suggerunt uelut cibum & ingerunt: ecce adde Sublegulos, qui elapsa tibi reponant.*

18. TOTIDEM SCRINIA.] *In quibus reponi libri & scripta solent. Id quoque igitur argutè: Hi tibi, tamquam armaria & scrinia sunt, à quibus auctores petas: cur non ipsa emissi, minoris quidem, & quæ fidelius etiam asseruassent?*

19. SERuos VALENTISSIMOS.] *Nam sicut doctrinam seruorum, suam putabat: cur non item robur?*

20. NEC COMMENDATVR.] *Verius, commo-*
datur: nec usu, nec mancipio datur.

EPIST. XXVIII.

LOCA mutata, animum non mutant. ipse te debes. Tolle internam egrimoniam, omnis locus bonus iucundusque erit. Eligam tamen, si possum, quietissimam & minus turbis aut vitiis opportunum. Clausula: Peccata tua nosce, iam es saluus.

HOC tibi soli putas accidisse, & admiraris quasi rem nouam: quod peregrinatione tam longâ, & tot locorum varietatibus, non discussisti tristitiam grauitatemque mentis. Animum debes mutare, non cælum. Licet vastum traieceris mare, licet (vt ait Virgilius noster) *terræque vrbesque recedant*: sequentur te, quocumque perueneris, vitia. Hoc idem euidam querenti Socrates ait: *Quid miraris, nihil tibi¹ peregrinationes prodesse, cum te circumferas?* Premit te eadem causa quæ expulit. Quid terrarum inuare nouitas potest? quid cognitio vrbiū, aut locorum? in irritum cedit ista iactatio. Quæ-
ris quare te fuga ista non adiuuet? tecum fugis. Onus animi deponendum est: non antè tibi vllus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Virgilius noster vatis inducit, iam concitata & instigata, multumque habentis in se spiritus non sui: *Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse Deum.* —

Vadis huc & illuc, vt excutias insidens pondus, quod ipsâ iactatione incommodius sit. sicut in naui onera immota minus vrgent: inæqualiter conuoluta, citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quidquid facis, contra te facis, & motu ipso nocet tibi. agrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. In vltimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariæ angulo colloceris: hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris, quàm quò, interest: & ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione viuendum est: Non sum vni angulo natus: patria mea totus hic est mundus. Quod si liqueret tibi, non admirareris, nil adiuuari te regionum varietatibus, in quas subinde priorum tædio migras. Prima enim quæque placuisset, si omnem tuam crederes. Non peregrinaris, sed erras & ageris, ac locum ex loco mutas: cum illud quod quæris, Bene viuere, omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest, quàm forum? ibi quoque licet quietè viuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque & viciniam fori procul fugiam. nam vt loca graua, etiam firmissimam valetudinem tentant: ita bonæ quoque menti, necdum adhuc perfectæ, & conualescenti, sunt aliqua parùm salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt, & tumultuosam probantes vitam, quotidie cum difficultatibus rerum, magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget: & malet in pace esse, quàm in pugnâ. Non enim multum prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandum est. Triginta, inquis, tyranni Socratem circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest, quot domini sint? seruitus vna est. Hanc qui contempnit, in quantalibet turbâ dominantium liber est. Tempus est desinere, sed si prius portorium soluero. *Initium est salutis, notitia peccati.* Egregiè mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam vitiis gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideò quantum potes, teipse coargue. inquire in te: accu-

EPIST. XXVIII. 1. PEREGRINATIONES PRODESSE.] *Mens*, profunt. *Fuisse potuit*, si profunt.

2. NON ANTE TIBI.] *Idem*, non aliter tibi.

3. BENE VIVERE.] *Horatius*:

— nauibus atque

Quadrigis petimus bene viuere. quod petis, hic est,

Est Vlbris: animus si te non deficit æquus.

4. DISSENTIO AB HIS.] *Cuiusmodi Cynici.*

5. MAGNO ANIMO.] *Mens*, magno opere.

6. INITIVM EST SALVTIS.] *Ita Tertullianus*, Pœnitentiam (*hæc ex Notitiâ peccati, & adheret*) humanæ salutis quasi Pharum esse.

7. DEPRE-

A accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissimè ⁷ deprecatoris. ⁸ aliquando te offende.

EPIST. XXIX.

MARCELLINVM *difficilem corrigi. Adspersatur enim, & illudit: tamen non deseram, & fortasse vel sic peruincam. Sententia Epicuri, Ne stude populo placere: id est, multis.*

DE Marcellino nostro quæris, & vis scire quid agat. Rarò ad nos venit, nullâ aliâ ex causâ, quàm quia audire verum timet: à quo periculo iam abest. nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideò de Diogene, nec minùs de aliis Cynicis, qui libertate promiscuâ vsi sunt, & obuios quosque monuerunt, dubitari solet, an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget, aut naturâ morbóve mutos? Quare, inquis, **B** verbis parcam? gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim, quem admonco: illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda est manus: non potest fieri, vt non aliquando succedat, multa tentanti. Hoc, mi Lucili, non existimo faciendum magno viro. diluitur eius auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minùs obsolescãta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars, quæ ad effectum casu venit. Sapientia ars est. certum petat: eligat profecturos: ab his quos desperauit, recedat: non tamen citò relinquat, sed in ipsâ desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero. etiamnum seruari potest: sed si citò illi manus porrigitur. Est quidem periculum, ne porrigentem trahat. magna in illo ingenij vis est; sed iam tendentis in prauum. Nihilominus adibo hoc periculum, & audeo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet, aduocabit illas facetias, quæ risum euocare lugentibus possunt: & in se primum, deinde in nos iocabitur: omnia quæ dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras, & obiiciet **C** philosophis congiaria, amicas, gulam: ostendet mihi alium in adulterio, alium in popinâ, alium in aulâ: ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem, qui ² in gestatione diserebat. hoc enim ³ ad edendas operas tempus acceperat. De cuius sectâ cum quæreretur, Scaurus ait: *Vtique ⁴ Peripateticus non est.* De eodem cum consuleretur ⁵ Iulius Græcinus, vir egregius, quid sentiret: *Non possum, inquit, tibi dicere. nescio enim quid ⁶ de gradu faciat.* tamquam de essedario interrogaretur. Hos mihi ⁷ circulatores, qui philosophiam honestiùs neglexissent, quàm vendunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. moueat ille mihi risum: ego fortasse illi lacrimas mouebo: aut, si ride-

7. DEPRECATORIS.] *Veniam à te pete, emendaturus.*

8. ALIQUANDO TE OFFENDE.] *Malim, & offende. Deprecare, inquit, & impetra: aliquando & panam, nec penitentiam tantum habe. A quo? ab ipso te, qui iudicium hoc exerces. Spectant ista ad Examen sui, de quo ego aliquid Manu ducit. III. Dissert. vlt.*

EPIST. XXIX. I. ARISTONEM.] *Plures hoc nomine fuerunt, & quidam Stoicus, Zenonis auditor: quem nosser aliquoties citat: Chium etiam patriâ facit. Valde alius iste, degener nominis & professionis.*

2. IN GESTATIONE.] *In essedo.*

3. AD EDENDAS OPERAS.] *Quasi de scanico, aut arenario loqueretur.*

4. PERIPATETICVS NON EST.] *Sedebat enim, non ambulabat.*

5. IVLIVS GRÆCINVS.] *Quem eodem, quo hic elogio afficit, De Benefic. II. cap. XXI. Si exemplo*

magni animi opus est, utemur Græcini Iulij, viri egregij, quem C. Cæsar occidit. Est ille Iulij Agricola pater, studio eloquentiæ sapientiæque notus, vt ait Tacitus: Agricola, qui socer Taciti ipsius fuit.

6. DE GRADU FACIAT.] *Suspiciatus olim (II. Saturn. cap. XII.) de gradus legendum, vt retro gradus item formamus: & sanè quidam libri de gradu, vnicâ dictione referunt. Seruemus tamen, & dictum Arena censeamus, vt illud De genu pugnare: in eodem Senecâ, De Proud. cap. II. Quin & Liuius lib. XXXIV. De gradu conari. Sententiam hic puto, Essedarios solitos etiam pedites pugnare, de curru subito delapsos. Nescio igitur, aiebat, cuiusmodi hic Essedarius (ad Gestationem eius allusum) quem nunquam de gradu & incessu pugnantem vidi.*

7. CIRCVLATORES.] *Vox additur meo libro, Circulatores sophistas. Porro illi dicti, qui circulos & coronas populi cogunt, vernacula aut scurrilia dicta proferunt, prestigias exhibent, aut alia plebecule miranda: Græcis ἀγύρται, pari causâ.*

ridere perseverabit, gaudebo, tamquam in malis, quod illi genus⁸ infantiæ hilare contigerit. Sed non est illa hilaritas longa. obserua. videbis eosdem intra exiguum tempus acerrimè ridere, & acerrimè habere. Propositum est aggredi illum, & ostendere quanto pluris fuerit, cum multis¹⁰ minoris videretur. Vitia eius etiam si non excidero, inhibebo. non desinent, sed intermittent: fortasse autem & desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum. quoniam quidem grauius affectis, sanitatis loco est bona remissio. Dum me illi paro, tu interim qui potes, qui intelligis vnde quò euaseris, & ex eo suspicaris,¹¹ quousque sis euasurus, compone mores tuos, attolle animum, aduersus formidata confiste, numerare eos noli, qui tibi metum faciunt. Nonne videatur stultus, si quis multitudinem timeat eo loco, per quem transitus singulis est? æquè ad tuam mortem multis aditus non est, licet illam multi minentur. Sic istud natura disposuit. spiritum tibi tam vnus eripiet, quàm vnus dedit. Si pudorem haberes, vltimam mihi pensionem remississes. Sed ne ego quidem me fordidè geram¹² in fenore æris alieni, & tibi quod debeo impingam. *Numquam volui populo placere. nam que ego scio, non probat populus; que probat populus, ego nescio.* Quis hoc? inquis: tamquam nescias cui imperem. Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim¹³ placere potest populo, cui placet virtus? malis artibus popularis fauor quæritur: similem te illis facias oportet. Non probabunt, nisi agnouerint. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quàm qualis aliis. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata, & omnibus præferenda artibus rebusque philosophia præstabit? scilicet vt malis tibi placere, quàm populo: vt æstimes iudicia, non numeres: vt sine metu deorum hominumque viuas: vt aut vincas mala,¹⁴ aut finias. Ceterùm si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstreperint, si totà ciuitate feminae te puerique laudauerint: quid ni ego tui miserear, cum sciam¹⁶ quæ via ad istum fauorem ferat?

8. IN SANIÆ HILARE.] *Ab Erasmo aut Agricola est: optimè. nam libri, infantiæ euitare. Noster De vit. beat. cap. XII. Plerisque contingit hilarem infantiæ insanire, ac per risum furere. Neque igitur male, hilaræ, hic legatur.*

9. ACERRIME RABERE.] *Irâ & rabie agitari. Varro: Quid blateras, quid rabis, quid vis tibi? apud Ciceronem poeta vetus:*

Sed quid oculis rabere visa est repente ardentibus?

Bonum igitur hoc verbi: nec ineptè tamen Erasmus, rudere: quia & libri quidam, tubere.

10. MINORIS VIDERETUR.] *Ergo olim sapientiæ & modestiæ deditus, posse à ad vana, & vulgo maiora, iuit: si tamen hæc vera lectio. Nam meus, & quidam, videbitur. Quod ad futuram sapientiam trahas. Docebo quàm hæc parua, illa magna.*

11. QUOUSQUE SIS EVASURUS.] *Ad summa (si licitum) sapientiæ: nunc in viâ & profectu es.*

12. IN FENORE ÆRIS.] *Meus & plures, in fine. quod verissimum habeo, & adprobant priora illa, vltimam pensionem. Quare autem finis æris alieni: quia scilicet finis libri: & videtur sanè per libros distinxisse, vt initio dixi.*

13. PLACERE POTEST POPULO.] *Locus in philosophiâ magnus, & magni usus: nihil velle, quod velit vulgus. Ita Diogenes Cynicus, cum aliquando theatrum iniret, aduersus & obnitens exeuntibus rogatus Quid faceret? Quod in omni vitâ, inquit,*

studeo: nempe aduersus & diuersus vobis esse. Atque idem (apud Stobæum, Serm. 111.) dicentibus, Διογένην ἀνοήτων ὄντα, Ἀνοήτος μὲν ἐκ τῆς φύσεως, τὸν δὲ ἀνοήτων ἡμῶν οὐκ ἔχει: Diogenem amentem esse. Amens, inquit, non sum, sed eandem vobis mentem non habeo. Caput Sapientiæ est, aliter affici, & iudicia vulgi iusta non habere. Itaque iterum magnus Diogenes, ἀπὸς τῶν εἰπόντων, οἱ παλαιότεροι καταγελάσασαν ἀκαίρων τύχων, εἶπεν, οἱ ἄνοι. Ἀλλ' ἂν ἐμῶν ὄντων ὄντων ἐπιτρέφονται, ἢ τὴν ἐγὼ οὐκ εἶμαι: ad eum qui diceret. Vulgus te irridet: Fortasse & illos asini, inquit. Sed neque ipsi asinos curant aut attendunt, neque ego illos. Scitissimè. deteriores de melioribus non iudicant, sed garrunt & presumunt: non aliter quàm bestia de nobis, nos de Diuis. Cum Pythagorâ stat uendum: Φαῦλος μὲν τις πάντως καλοῦ παραγματοῦ ὄγκος, διόπερ ὅν τῶν ἐπαίων καταφρονῆς, καὶ τῶν ἄδολων καταφρονῆς: Malus iudex omnis honesti populus. Quorum igitur laudes haud æstimes, contemne etiam vituperationes. Quid spectat hoc eius monitum, Per viam publicam non ire. Non vt incessu vitemus, sed vt sensu, & vitâ.

14. AUT FINIAS.] *Stoicum illud, Exi, ianua patet.*

15. PANTOMIMICA ORNAMENTA.] *Quibus Pantomimi in theatris affici ornarij, solent. Nam fauor & plausus illis, à vulgo quidem.*

16. QUÆ VIA.] *Illà popularis, & vanarum malarumq. artium.*

A

EPIST. XXX.

MORTI parari nos debere, & robur in eam sumere, ab exemplo Aufidij Bassi: qui senex libenter audit de eâ, & loquitur, & rationibus adstruit, non timendam. Obi-
ter ista aliqua.

BASSVM Aufidium, virum optimum, vidi quassum, ætati obluctantem. Sed iam plus illum degrauat, quàm quod possit attolli. Magno senectus & vniuerso pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis & exhauti fuisse: diu illud continuit, & vt verius dicam, ² concinnauit. subitò defecit. Quemadmodum in naue qua sentinam trahit, vni rimæ aut alteri obsistitur: vbi plurimis locis laxati cœpit & cedere, succurri non potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest. vbi tamquam in putri ædificio omnis iunctura diducitur, & dum alia excipitur, alia discinditur: circumspiciendum est, quomodo exeat. Bassus tamen noster alacer animo est: ³ hoc philosophia præstat. in quocumque corporis habitu fortem, in conspectu mortis hilarem lætumque, nec deficientem, ⁴ quamuis deficiat. Magnus gubernator & scisso nauigat velo, & ⁵ si exarmavit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster: & eo animo vultuque finem suum spectat, quo alienum spectare, nimis securi esse putares. Magna res est hæc, Lucili, & diu discenda, cum aduentat hora illa incuitabilis, æquo animo abite. Alia genera mortis, spei mixta sunt. Definit morbus, incendium extinguitur, ruina quos videbatur oppressura ⁶ deposuit; mare quos hauserat, eadem vi quâ forbebat, eiecit incolumes; gladium miles ab ipsâ perituri ceruice reuocauit: nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem: huic vni intercedi non potest. Nullo genere homines molliùs moriuntur, sed nec diutiùs.

C Bassius noster videtur mihi ⁷ prosequi se, & ⁸ componere, & viuere tamquam superstes sibi, & sapienter ferre ⁹ discidium sui. Nam de morte multa loquitur, & id agit sedulo, vt nobis persuadeat, si quid incommodi aut metus in hoc negotio est, morientis vitium esse, non mortis: nec magis in ipsâ quidquam esse molestiæ, quàm post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est passurus, quàm qui timet quod non est sensurus. An quisquam hoc futurum credit, vt per quam nihil sentitur, ea sentiat? Ergo, inquit, mors adeo extra omne malum est, vt sit extra omnem malorum metum. Hæc ego scio & sæpe dicta, & sæpe dicenda. sed neque cum legerè, æquè mihi profuerunt: neque cum audirem, his dicentibus, qui negabant timenda à quorum metu aberant. Hic verò pluri-

EPIST. XXX. I. BASSVM AVFIDIUM.]

D Illum, opinor, qui Historias scripsit, & quidem belli Ciuilis. Colligas ex Suaforiâ vi. apud Senecam. vbi eius de morte Ciceronis fragmentum. Sed & belli Germanici scripsisse, & in vs Sallustij velocitatem expressisse, Fabius tradit. Plinius item minor nominat, & auunculum addit suum scripsisse A sine Aufidij Bassi (vbi ille desit) libros triginta vnum: lib. iiii. epist. v. De isto igitur, an magis de filio eius, iam noster.

2. CONCINNAVIT.] Quasi construxit, & defluens iunxit. In Plauto ea significatio, & Glossis: Συνοδὸν ἔποιε, Concinnò.

3. HOC PHILOSOPHIA.] Meus liber, hunc philosophia. Nempe animum: & tunc continuando legeris, præstat in quocumque.

4. QUAMVIS DEFICIAT.] Scripti, deficiatur. Fortasse: deficiat. Vt magnus.

5. SI EXARMAVIT.] Absolutè sic dictum: nec

temerè mutem. Tamen libri vacillant, & quidam exarmatur, aut exarmetur: meorum vnus, vt & Erasmi, si exarmaverit eum tempestas. Vulgatum si tenemus, patiendi tamen significacione capiemus, vt in Consol. ad Heluiam, cap. vlt. Exarmata nauis, naufragium suum spectantem. Hoc est, amissis fractisue rudentibus, anchoris, velis: quæ sunt nauium armamenta.

6. DEPOSUIT.] Sine noxâ, & velut manu collocauit. Simile in epist. xiiii. Incendium ad fugam patuit, quosdam molliter ruina deposuit.

7. PROSEQUI SE.] Tamquam in funere.

8. COMPONERE.] In lectulo, aut rogo. Horatius: Omnes composui felices.

9. DISCIDIVM SVI.] A Mureto est, nec displacet. Libri tamen omnes, desiderium. quod item in mortuis valet, quos superstites scilicet desiderant. Omnis autem hic sermo, tamquam Bassius post Bassum viuat.

plurimum auctoritatis habuit, cum loqueretur de morte vicinâ. Dicam enim quid sentiam. Puto etiam fortiorem eum esse, qui in ipsâ morte est, quam qui circa mortem est. ¹⁰ Mors enim admota, etiam imperitis animum dedit, non vitandi inevitabilia. Sic gladiator totâ pugnâ timidissimus ¹¹ iugulum adversario præstat, & errantem gladium sibi attemperat. At illa quæ in propinquo est, utique ventura, desiderat lentam animi firmitatem: quæ est rarior, nec potest nisi à sapiente præstari. Libentissimè itaque illum audiebam, quasi ferentem de morte sententiam, & qualis esset eius natura, velut propius inspectæ, indicantem. Plus, ut puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis reuixisset, & in morte nihil mali esse narraret expertus. Accessus mortis quam perturbationem afferat, optimè hi tibi dicent, qui secundum illam steterunt, qui venientem & viderunt, ¹² & receperunt. Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit. is ait, tam stultum esse qui mortem timeat, quam qui senectutem, Nam quemadmodum senectus ¹³ adolescentiam sequitur, ita mors senectutem. Viuere noluit qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data est: ad hanc itur: quam ideo timere dementis B est, quia certa expectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem habet, æquam & inuictam. Quis queri potest, in eâ conditione se esse, in quâ nemo non est? prima enim pars æquitatis, est æqualitas. Sed nunc superuacuum est, naturæ causam agere: quæ non aliam voluit legem nostram esse, quam suam, quidquid composuit, resoluit: & quidquid resoluit, componit iterum. Iam verò si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repente auulsum vitæ, sed ¹⁴ minutatim subductum, ne ille gratias agere diis omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est. Vides quosdam optantes mortem, & quidem magis quam rogari solet vita. Nescio utros existimem maiorem nobis animum dare: qui deposcunt mortem, an qui hilares eam quietique opperiantur. quoniam illud ex rabie interdum, ac repentinâ indignatione fit; hæc ex iudicio certo tranquillitas est. Venit aliquis ad mortem iratus morti: venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat. Fateor ergo, ad hominem mihi carum, ex pluribus me causis frequentius venisse, ut scirem an C illum toties eundem inuenirem: numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor. qui sic crescebat illi, quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia, cum ¹⁵ septimo spatio palmæ appropinquant. Dicebat quidem ille Epicuri præceptis obsequens, primum sperare se, nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu: si tamen esset, habere aliquantulum in ipsâ breuitate solatij. Nullum enim dolorem longum esse, qui magnus est. Ceterum succursurum sibi etiam in ipsâ distractione animæ corporisque, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitate autem se, quin

10. MORS ENIM ADMOTA.] Pulcher hic locus, quem interpretetur & firmet simillimus Panegyrici, Theodosio dicti: Magno quidem, fateor, pectoribus humanis, atque ad eò maximo, lux amoris, interitus horrore est: sed quatenus aut ista optari potest, aut ille vitari. At si vltima supra caput steterit hora, & venerit dies numquam reuersurus, ac se confessa mors fuerit, non timentur extrema, cum certa sunt. Hinc reorum vsque ad damnationem metus: postea attonitus stupor, & ex desperatione securitas, & ad locum supplicij, carnifice non trahente, properatio. Sunt disertæ, & cum his An-næi certantia.

11. IUGVLVM ADVERSARIO.] De hoc ritu nos in Saturnalibus lib. 11.

12. ET RECEPERVNT.] Si receperunt, quomodo narrabunt & dicent? Imò, credo, vult eos qui proximi fuerunt, & tamen se receperunt, nobis de eâ loqui. Itaque sic legam. Meus liber, & reperunt: possis igitur, & repulerunt, aut, reiecerunt. Sed cum recogito, quid si vult mortem receptam, etsi non to-

tam? animo etiam & fide receptam, ad eamque paratos esse?

13. ADOLESCENTIAM SEQUITVR.] Latè, pro virili etiam aetate: vt sepe.

14. MINVTATIM SVBDVCTVM.] Suprà hoc D verbi, in eadem re, epist. xxvi. Pro sensu, Alexis poeta comicus, cum quidam senem eum vidisset, & agrè incedentem, Quid agis? interrogauit. Ille autem, καὶ χρόνιον ἀποθνήσκω: Otiosè morior: id est, paulatim illuc eo. Stobæus Serm. cxv.

15. SEPTIMO SPATIO.] Notum in circo toties cucurrisse, & metam ambuisse. Comparat autem & Iunius (apud Stobæum, De Senectute) pulchrè vitam cum Cursu aut Navigatione. Senex enim emensus hoc grande pelagus, iussu gubernatoris ad portum appellit, & nauis exit: aut in Stadio alibi peracto certamine, & coronam adeptus, Agonibus valedicit. At iuuenis in medio velut mari non assecutus navigationis terminum, quem votis toties destinaret, obiit: aut in Stadio adhuc currens, lapsus est, & sine coronâ eductus.

A se, quin senilis anima in primis labris esset, nec magnâ vi distraheretur à corpore. Ignis qui valentem materiam occupavit, aquâ, & interdum ruinâ extinguendus est: ille qui alimentis deficitur, suâ sponte subsidit. Libenter hæc, mi Lucili, audio, non tamquam noua, sed tamquam in rem præsentem perductus. Quid ergo? non multos spectavi abruptos vitam? ego verò vidi: sed plus momenti apud me habent, qui ad mortem veniunt sine odio vitæ, & admittunt illam, non attrahunt. Illud quidem aiebat tormentum nostrâ nos sentire operâ, quod tunc trepidamus, cum propè à nobis esse credimus mortem. A quo enim non est, patata omnibus locis, omnibusque momentis? Sed consideremus, inquit, tunc cum aliqua causa moriendi videtur accedere, quanto aliæ propiores sint quæ non timentur. Hostis alicui mortem minabatur: hanc cruditas occupavit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri, inuenimus alias esse, alias videri. Non mortem timemus, sed cogitationem mortis: ab ipsâ enim semper tantumdem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est. quod enim tempus morti exemptum est? Sed vereri debeo, ne tam longas epistolas peius quam mortem oderis: itaque finem facio. Tu tamen mortem ut numquam timeas, semper cogita.

EPIST. XXXI.

ET vota, & iudicia vulgi, spernendum: ad verum bonum eundem est. id autem, Scientia rerum, per quam vera & falsa noscas, peritura & mansura. Exemplis illustrat.

AGNOSCO Lucilium meum, incipit quem promiserat exhibere. sequere illum impetum animi, quo ad optima quæque, calcatis popularibus bonis, ibas. Non desidero maiorem melioremque te fieri, quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupauerunt. tantum effice, quantum conatus es: & illa quæ tecum in animo tulisti, tracta. Ad summam, sapiens eris, si clausis aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamento opus est, quam usum in fociis Vlixem ferunt. Illa vox quæ timebatur, erat blanda, non tamen publica: at hæc quæ timenda est, non ex vno scopulo, sed ex omni terrarum parte circumsonat. Prætervehere itaque non vnum locum insidiosâ voluptate suspectum, sed omnes vrbes: furdum te amantissimis tui præsta. Bono animo malè precantur. & si vis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quæ optantur eveniat. Non sunt ista bona, quæ in te isti volunt congeri: vnum bonum est, quod beatæ vitæ causa & firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor, & in eorum numero habitus, quæ neque bona sunt, neque mala. Fieri enim non potest, ut vna res modò mala sit, modò bona: modò leuis & perferenda, modò expauescenda. Labor bonum non est. quid ergo est bonum? laboris contemptio. Itaque in vanum operosos culpauerim: rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigare permiserint, admirabor & clamabo, Tanto melior

16. NEC MAGNA VI.] Non hercules. ac cum Sophocle,

Συμπρὸν παλαιὰ σώματα ἐνὸντι ῥοπήν:

Pulsu leui iacent vetusta corpora.

Sicut matura poma sponte cadunt, cruda auelluntur: sic in iuvene, aut senē.

EPIST. XXXI. I. SIBI FIDERE.] A se pendere, & ex se nascentibus bonis: externa omnia contemptui habere.

2. CONTEMPTIO.] Subiungit meus liber: id est, non curare, cum oportet laborem subire. Glos.

Sographi, an Seneca sint, ambigo: illius magis.

3. VINCI AC STRIGARE.] Puto germanum esse, etsi libri serè, vitia confurgere. Quidam tamen ad illud præcunt, Guilielmo Pelisserio erutum & adscribendum. Est autem Strigare, militare verbum, de equis qui in Strigâ castrorum consistunt, & quiescunt. Inde longius ductum, & quoties vel in viâ interquiescunt, Strigare eos dicunt.

4. TANTO MELIOR.] Exclamandi laudandiq; formula, ut epist. LXXI. Tanto melior, tanto felicior.

5. Et

melior surge ⁵ & respira : & diuini istum vno, si potes, spiritu exsuperas. Generosos A animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo veteri voto parentum tuorum eligas, quid contingere tibi velis, quid optes : & ⁶ in totum, iam per maxima actio viro turpe est, etiamnum deos fatigare. Quid votis opus est ? fac te ipse felicem. facies autem, si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus : turpia, quibus malitia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est : nihil atrum, nisi quod tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri : quemadmodum sine adiutorio ignis, nihil calidum est, nihil sine ⁷ aere frigidum : ita honesta & turpia virtutis & malitiae societas efficit. Quid ergo est bonum : ⁸ rerum scientia. Quid malum est ? rerum imperitia. Ille prudens atque artifex, pro tempore, quæque ⁹ repellit aut eligit. Sed nec quæ repellit timet, nec miratur quæ eligit : si modo magnus illi & inuictus animus est. Submitti te ac deprimi veto. laborem si non recuses, parum est : posce. Quis ergo, inquis, labor frivoluus & superuacuuus est ? in quem humiles causæ vocauerint. non est malus, non magis quam ille qui pulchris rebus impenditur : quoniam animi est ipsa tolerantia, quæ se ad B dura & aspera hortatur, & dicit : Quid cessas ? Non est viri, timere sudorem. Huc & illud accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia ¹⁰ consonans sibi : quod non potest esse, nisi rerum scientia contingat, & ars, per quam diuina & humana noscantur. Hoc est summum bonum : quod si occupas, incipis deorum esse ¹¹ socius, non supplex. Quomodo, inquis, isto peruenitur ? non per ¹² Peninum Graiumve montem, nec per ¹³ desertam Candauia : nec Syrtis tibi, nec Scylla aut Charybdis, adeundæ sunt : ¹⁴ quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ pretio. Tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par Deo surges. Pareni autem Deo pecunia non faciet : Deus nihil habet. ¹⁵ Prætexta non faciet : Deus nudus est. Fama non faciet, nec ostentatio tui, & in populos nominis dimissa notitia : nemo nouit Deum. multi de illo male existimant, & impunè. Non turba seruorum, lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium : Deus ille maximus potentissimusque ipse ¹⁶ vehit omnia. Ne forma quidem & vires beatum te facere possunt : nihil horum ¹⁷ non C pati-

5. ET RESPIRA.] *Meus, & plures scripti, inspira: at Ios. Scaliger, restringa, vellet: ut aduersum sit illi Striga.*

6. IN TOTUM IAM.] *Variante libri, meus: in totum per maximè apto. Melius illo vulgato non occurrit.*

7. AERE FRIGIDUM.] *Stoicum dogma, Aërem primò frigidum esse. Vide me 11. Phys. Diff. xv.*

8. RERUM SCIENTIA.] *Socraticum est. ὅς ἐδειξε καὶ ἐν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὸν ἐπιστήμον: καὶ ἐν μόνον κακὸν, τὸν ἀμαθίαν: qui dicebat, & vnicū Bonum esse, Scientiam: & vnicū Malum, Inscientiam: Laertius in Socrate: & huc omnino à Senecà adscriptum. Stoici retinebant dogma, qui vniuersè definiēbant, εἶναι μὲν ἀνοίας τὰς κακίας, ὡς αἰ ἀρετὰ ἐπιστήμης: Esse Vitia ignorantias illarum rerum, quarum scientiæ Virtutes sint. Inde Docti & Rudes, pro Bonis Malisque, nos 11. Manuduct. Dissert. 1. Plura etiam in Ethicis.*

9. REPELLERET, AUT ELIGERET.] *Nec enim stultam ἀδιαφορίαν cum Aristone inducunt Stoici, sed ipsa Media discrimen suum habent, ut malis citam quam non velis. Ego diffuse, Manud. 11. Diff. xxii.*

10. CONSONANS SIBI.] *Allusum ad Zenonis ὁμολογίαν, siue Conuenientiam, quam finem stantiebant. Vide Manuduct. 11. Diff. xv.*

11. SOCIUS, NON SUPPLEX.] *Nam sapiens scilicet par Deo: & quæ talia superbi ac vanè Porticent-*

ses. Ponimus & resutamus, Manud. 111. Diff. xiv.

12. PENINVM GRAIVMVE.] *Ad Annibalis & Hercules transitus respexit.*

13. DESERTA CANDAVIÆ.] *Montana pars Macedonia, quæ à Dyrrhachio incipit, Candauia dicitur: caq; saluosa, & deserta. Plinius: Candauia montes dixit libro 111. cap. xxiii. & Strabo degeographiæ, montem Candauia: Lucanus, Candauia saltus. In Ptolomæi tabulis videbis: & sunt qui diuidunt Macedoniam ab Illyrico. Strabo etiam ab aliâ causâ ea loca vassa ac deserta ostendit, libro v11. quod bellis & rebellionibus opida pleraque & habitationes diruta sint, nec ad id æui restituta.*

14. QUÆ TAMEN OMNIA.] *Ergo & in prioribus locis alibi Procurator ? id est, in Galliâ aut Macedonia? dicas, si consilio omnia noster scripsit.*

15. PRÆTEXTA NON FACIET.] *Honos aut magistratus, ad quem aspiras. Nam de ambitiosis aut auaris est sermo.*

16. VEHI OMNIA.] *Muretus notat Sacrus nostris conuenire: Portans omnia verbo virtutis suæ. Et sanè ipse Auriga, ipse Currus, ut ita dicam, est, quo machina hæc mundi vehitur, ac sustentatur.*

17. NON PATITVR VETVSTATEM.] *Rectè tempore pereunt, aut flaccescunt. Sed & alio sensu libri quidam rectè: nihil horum patitur vetustatem, sine negatione: quod esset, nihil horum fert æuum aut subsistit.*

18. QVOD

A patitur vetustatem. Quarendum est ergo ¹⁸ quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari. Quid hoc est? animus: sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc, quàm ¹⁹ Deum in humano corpore hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinum, quàm in seruum, potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? Nomina ²⁰ ex ambitione, aut ²¹ ex iniuriâ nata. Subsillire in cælum ex angulo licet: exsurge modò, & te quoque dignum Finge Deo. Finges autem non auro, non argento: non potest ex hac materiâ ²² imago Deo exprimi similis. Cogita illos, ²³ cum propitij essent, fictiles fuisse.

EPIST. XXXII.

LAUDAT Lucilij solitudinem, & subductionem. Porro hortatur, nequis tempus eripiat, illud tam breue & fugax. Contemnat etiam vulgaria vota.

IN QUIRO in te, & ab omnibus sciscitor, qui ex istâ regione veniunt, quid agas, ubi & cum quibus moreris. Verba dare non potes. tecum sum. Sic viue, tamquam quid facias auditorurus sum: imò tamquam visurus. Quæris, quid me maximè ex his quæ de te audio, delectet? quòd nihil audio: quòd plerique ex his quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari dissimilibus, & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam non posse ¹ te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumbeat. Quid ergo est? non timeo ne immutent te, timeo ne impediant. Multum autem nocet & qui moratur, utique in tantâ breuitate vitæ: quam breuiorem inconstantia facimus, aliud eius subiade atque aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac lancinamus. Propera ergo Lucili carissime, & cogita, quantum celeritati additurus fueris, si à tergo hostis instaret, si equitem aduentare suspicareris, ac fugientium premerere vestigia. Fit hoc. premeris. accelera, & euade. perduc te in tutum, & subinde considera, quàm pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde expectare securum reliquam temporis sui partem: in possessione beatæ ² vitæ positum: quæ beator non fit, si longior. O quando videbis illud tempus, quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillius placidusque eris, & craftini negligens, & in summâ tui fatietate! Vis scire, quid sit quod faciat homines auidos futuri? ³ Nemo sibi contingit. Optauerunt utique tibi alia parentes tui: sed ego tibi contra, omnium eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. quidquid ad te transferunt, alicui detrahendum est. Opto tibi tui facultatem, ut

vagas

18. QVOD NON FIAT IN DIES.] Perplexitas hic librorum. Meus, & quidam: quod non fiat in dies, cui non possit obstari. Alij, in dies eius quo non possit obstari. Alij, eique non possit obstari. Certum, vulgatam interpolatam esse: an sic concinnandam? quod non fiat indigens eius, quod non proficit optari. Vel, quo non has indigens eius. Significaret, interna & vera bona querenda, ad quæ Votis non opus, sed Voluntate, & sunt in nobis. Sanè initio epistola contra Vota dictum: & omnino tale hic fuit.

19. DEVM IN HVMANO.] De hac locutione & sensu, ego vbertim Manuduct. 11. Dissertat. XIX. Item Physiol. 111. Dissert. VIII.

20. EX AMBITIONE.] Vt Eques, aut Senator.

21. EX INIURIA.] Vt libertinus aut seruus. Nam ab oppressione equalium, seruitus.

22. IMAGO DEO SIMILIS.] Atqui nos sumus scilicet: nonne & hoc Christiani dogmatist?

23. CVM PROPITII ESSENT.] Vetere imperio,

& paupertate: cum Roma moribus armisq. floretet. Nunc irati Dij videntur, & nos pessimi pessum paulatim imus.

EPIST. XXXII. I. TE TORQVERI.] A recto in prauum.

2. VITÆ POSITVM.] Quidam scripti, vitæ ponit: è quo velim, ponentem. Sententia est, Nec sapientem quidem vitam longam cupere, & diu esse in possessione Virtutis: quia Beatitudo tempore non crescit. Est inter Stoica paradoxa, & explicauit Manuduct. 111. Dissert. 111.

3. NEMO SIBI CONTINGIT.] Erasmus in Adagijs censet, Senecam respicere ad illud iritum Platonis, Neminem sibi nasci. Dij boni, quàm diuertit à nostri mente! quæ est, Homines distrahi, varia & vana agitare, optare: neminem apud se esse, & se contentum. Hoc autem facit Sapiens, qui sibi sufficit. Eo sensu, melius in scriptis: nemo sibi contingit presenti tempore. Est autem simile, quod mox sequitur: Opto tibi tui facultatem: ut tibi contingas, non alij & alia diripiant, ac possantur.

4. SIMVL

vagis cogitationibus agitata mens, tandem resistat, & certa sit: ut placeat sibi, & intel- A
lectis veris bonis, quæ 4 simul intellecta sunt, possidentur, ætatis adiectione non egeat.
Ille demum necessitates supergressus est, & exauctoratus ac liber, qui vivit vitâ peractâ.

EPIST. XXXIII.

NEGAT sententias aut chrias è Stoicis excerpendas. Primum, quia omnia plena talibus
& densa sunt: deinde quia turpe, cum auctore semper loqui. Nostra faciamus, & vitâ præ-
feramus.

DESIDERA S his quoque epistolis, 1 sicut prioribus, adscribi aliquas voces 2 no-
strorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati: totus contextus illo-
rum virilis est. inæqualitatem scias esse, ubi quæ eminent, notabilia sunt. Non est admira- B
tioni vna arbor, ubi in eandem altitudinem tota silva surrexit. Eiusmodi vocibus re-
ferta sunt carmina, refertæ historiæ. Itaque nolo Epicuri illas esse existimes: publicæ
sunt, & maximè nostræ. Sed in illo magis annotantur, quia raræ interveniunt, quia 3 in-
speratæ, quia mirum est aliquid fortiter dici ab homine mollitiam professo. Ita enim
plerique iudicant. apud me verò Epicurus est & fortis, licet 4 manuleatus sit. Fortitudo,
& industria, & ad bellum prompta mens, 5 tam in Persas quàm in 6 altè cinctos cadit.
Non est ergo quòd exigas 7 excerpta, & repetita: continuum est apud nostros, quidquid
apud alios excerpitur. Non habemus itaque 8 ista odorifera, nec emptorem decipi-
mus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Ipsi per-
mittimus, vnde velint sumere exemplar. Puta nos velle singulares sententias ex turbâ
separare: cui illas adsignabimus? Zenoni, an Cleanthi, an Chryssippo, an Panætio, an
Posidonio? Non sumus sub rege: sibi quisque se vindicat. apud istos quidquid dicit
9 Hermachus, quidquid 10 Metrodorus, 11 ad vnum refertur. Omnia quæ quisquam C
in illo

4. SIMVL INTELLECTA SVNT.] Nam in indi-
cio & habitu optima Mentis est Beatitudo: qui mo-
mento contingit, purgatâ & perfectâ Ratione. Vide
aliquid eadem Dissert. III. in fine

EPIST. XXXIII. I. SICVT PRIORIBVS.]
Ergo abiunctæ sunt, & disparatæ? apparet: & velut
ex intervallo scriptas, aut libris potius diuisas. Dixi
in Præloquio.

2. NOSTRORVM PROCERV.] Stoicorum,
sicut antea Epicuri ferè.

3. INSERATÆ.] Veteres, inspectæ, aut inspe-
ctatæ. Legerem, inaspectatæ.

4. MANVLEATVS SIT.] Notum tunicas chiro-
dotas, siue manicatas, mulierum aut mollium fuisse.
Viri brachijs nudis incedebant. Virgilius itaq; obicit.
Ettunicæ manicas, & habent redimicula mi-
tras.

Agellium lib. VII. cap. XII. vide. Simile in De Vit.
beat. cap. XIII. Hoc est tale, quale vir fortis stola
indutus Tale vel asperius de Epicuro & affectis, Ar-
cesilaus, qui interrogatus, Cur ex alijs sectis ad Epi-
curam transirent multi, nemo ex illis ad alias?
Nam, inquit, ex viris Galli fiunt (enirati) ex Gal-
lis viri numquam.

5. TAM IN PERSAS.] Qui fluxâ & solutâ
veste: sed iudem militares. Ammianus XXI. Ad eò
autem dissoluti sunt, & artuum laxitate, vagoque
incessu iactitantes se, vt effaminatos existimes,
cum sint acerrimi bellatores.

6. ALTE CINCTOS.] Quod militum Ro-
mæ, item strenuorum aut ætiosorum erat. Virum-
que habitum Horatius tangit:

Malthinus tunicis demissis ambulat: est qui
Inguen ad obscænum subductis vsq; factus.
Alibi noster, de Mecanate: Putes altè cinctum
dixisse.

7. EXCERPTA ET REPETITA.] Intelligitne
Repetita, laudabilia & quæ solent lectione iterari,
an quia etiam inter legendum ad ea dici solet, Repe-
te? Hoc puto: nisi Repetita, quasi diuisa & in locos
suos partita, possis legere.

8. ISTA ODORIFERA.] Licebat, & dece-
bat, in textu poni vocem libris aliquot assertam, ocu- D
liferia, siue oculiferia: nam veritas ita est, & senten-
tia posita. Non habemus nos, inquit, vt in tabernis,
exposita quadam cum titulis, aut per se splendens,
quæ oculos feriant, & transeuntes ad emendum ali-
ciunt: non habemus: sed pariter vbique decor & bo-
nitas est. Vox autem apud facta, quia talibus, vt ipse
loquitur (epist. LXXXVIII.) imperitorum feriuntur
oculi: iterumq; alibi: Splendore imperitorum
verberant oculos.

9. HERMACHVS.] Successor Epicuri in scholâ.

10. METRODORVS.] Inter nobiles eiusdem ami-
cos & discipulos.

11. AD VNVM.] Epicurum.

A in illo contubernio locutus est, vnius ductu & auspiciis dicta sunt. Non possumus, inquam, licet tentemus, ex tantâ rerum æqualium copiâ, aliquid educere.

Pauperis est numerare pecus.

Quocumque miseris oculum, id tibi occurrit quod eminere posset, nisi inter paria legeretur. Quare deponere istam spem, posse te summam degustare ingenia maximorum virorum: tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur, & per lineamenta sui ingenij opus necitur, ex quo nihil subduci sine ruinâ potest. Nec recusato, quo minus singula membra, ¹² dummodo in ipso homine, consideres. Non est formosa, cuius crus laudatur aut brachium, sed illa cuius vniuersa facies admirationem singulis partibus abstulit. Si tamen exegeris, non tam mendicem tecum agam: sed plenâ manu fiet. Ingens eorum turba est passim iacentium: sumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt, sed fluunt perpetua, & inter se connexa sunt. Nec dubito, quin multum conferant rudibus adhuc, & ¹³ extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula insidunt
B circumscripita, & carminis modo inclusa. Ideo pueris & sententias ediscendas damus, & has quas Græci ¹⁴ Chrias vocant: quia complecti eas puerilis animus potest: quia plus adhuc non capit certi profectus. Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis vocibus, & memoriâ stare. Sibi iam innitatur, dicat ista, non teneat. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutem, ex commentario sapere. Hoc Zeno dixit. tu quid? Hoc Cleanthes. tu quid? quousque ¹⁵ sub alio moueris? & impera, & dic, quod memoriâ tradatur: aliquid & de tuo profer. Omnes itaque istos nunquam auctores, semper interpretes, sub alienâ vmbra latentes, nihil puto habere generosi, nunquam ausos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt. Aliud est, meminisse: aliud, scire. Meminisse, est rem commissam memoriâ custodire. At contrâ scire, est & sua facere quæque, nec ab exemplari pendere, & toties ad magistrum respicere. Hoc dicit Zeno, ¹⁶ hoc Cleanthes. Aliquid intersit inter te, & librum. quousque disces? iam & præcipe. Quid est, quare audiam, quod legere possum?
C Multum, inquit, viua vox facit. non quidem hæc, quæ alienis verbis commodatur, & ¹⁷ actuarij vice fungitur. Adice nunc, quod isti qui ¹⁸ numquam tutelæ suæ fiunt, primum in eâ re sequuntur priores, in quâ nemo non à priore desciuit: deinde in eâ re sequuntur, quæ adhuc quæritur. numquam autem inuenietur, si contenti fuerimus inuentis. Præterea qui alium sequitur, nihil inuenit, imò nec quærit. Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? ego verò utar viâ veteri: sed si propiorem planioremque inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata: multum ex illâ etiam futuris relictum est.

12. DVMmodo IN IPSO.] *Putarem, quomodo.*

13. EXTRINSECUS AUSCULTANTIBVS.] *Qui ad penetrabilia nondum admissi: allusumq, ad libros & auditores & ortus.*

14. CHRISAS VOCANT.] *Concinna aliqua dicta, aut facta. Vt, Crates dixit, Caue cum homine malo loquere. Facti, ut: Crates cum indoctum puerum vidisset, pædagogum eius percussit. Vide Fabium lib. 1. cap. xv.*

15. SVB ALIO MOVERIS?] *Alieno nutu iussuque reueris?*

16. HOC CLEANTHES.] *Profusus his gemina Epictetus apud Arrian. lib. 11. Dissert. XIX. Diodorus illa dixit, & Cleanthes, & Chrysippus: tu verò quid? Non in eo elaborasti, ut Decretum ali- quod tuum faceres: atque ita nihil à Grammati-*

co differs. Quis fuit Hectoris pater? Priamus. Qui fratres? Alexander, & Deiphobus. Quæ mater? Hecuba. Historiam hanc accepi: à quo? ab Homero. Similis tu, qui conuiuas, cum vanissimus sis, enumerandis scriptoribus, attonitos reddis. Deinde etiam addit: Age, Stoicum aliquis mihi ostendat, si habetis. Vbi is est? Nam qui Stoicos sermunculos edisserat, mille dabit: sed volo Stoicum. Quis ergo is est? ut Phidiam statuam dicimus, ad artem Phidiæ exacte factam: ita illum mihi ostendite, ad ea quæ profitemini dogmata expressum.

17. ACTVARIJ VICE.] *Ita dicuntur, qui Acta excipiunt & scribunt. Vide me ad Annaleu Taciti v. si lubet.*

18. NYMOYAM TVTELÆ SVÆ.] *Alieni semper arbitrij, ut pupilli.*

EPIST. XXXIV.

GAUDERE se in profectu Lucilij, quia ab ipso est: & ipse eum formavit. Hortatur porro pergere, & ad summum.

CRESCO & exulto, & discussâ senectute recalefco, quoties ex his quæ agis & scribis, intelligo quantum te ipse (nam ¹ turbam olim reliqueras) supergrederis. Si agricolam ² arbor ad fructum perducta delectat, si pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem, si alumnus suum nemo aliter intuetur quam vt adolescentiam illius suam iudicet: quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formauerunt, adulta subito vident? Assero te mihi. meum opus es. Ego cum vidissem indolem tuam, inieci manum, exhortatus sum, addidi stimulos, nec lentè ire passus sum, sed subinde incitavi: & nunc idem facio. Sed iam currentem hortor, & inuicem hortantem. Quid, aliud, inquis, ³ adhuc volo? in hoc plurimum est. ⁴ Non sic quomodo principia totius ⁵ operis dimidium occupare dicuntur, ita res animo constat: pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. Scis quem dicam bonum? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit. Hunc in te prospicio, si perseueraveris & incubueris, & id egeris, vt omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi, & vnâ formâ percussa sint. Non est huiusmodi animus in recto, cuius ⁶ acta discordant.

EPIST. XXXV.

AMICVM illum sibi optat, id est virum bonum. aliter enim amicus nemo est, etiamsi amat. Hoc ergo faciat, & imprimis discat CONVENIENTER viuere, id est constanter, id est sapienter.

CVM tetam obnixè rogo ¹ vt studeas, meum negotium ago. habere amicum volo: quod contingere mihi (nisi pergas excolere te, vt cœpisti) ² non potest. Nunc enim amas me, amicus non es. Quid ergo? hæc inter se diuersa sunt? imò dissimilia. Qui amicus est, amat: qui amat, non vtique amicus est. Itaque amicitia ³ semper prodest: amor etiam aliquando nocet. Si nihil aliud, ob hoc profice, vt amare discas. Festina ergo, dum mihi proficis, ne istuc alteri didiceris. Ego quidem percipio iam fructum, cum mihi fingo vno nos animo futuros, & quidquid ætati meæ vigoris abscessit, id ad me ex tuâ,

EPIST. XXXIV. I. TURBAM OLIM.] Libri scripti, turbam quam olim. Lego, turbam quidem olim.

2. ARBOR AD FRUCTVM.] Meus, arbor fructum productura: & bene.

3. ADHVC VOLO?] Vide ne distinctiunculâ magis expediatur: Quid aliud, inquis, adhuc volo. Vt hæc Lucilij sint: & quid vltra hortère, mi Seneciam volo. Et subiit: Multum, hoc quidem esse, non tamen omnia.

4. NON SIC QUOMODO.] Quidam libri, Nam sic: & melius.

5. OPERIS DIMIDIUM.] Notum adagium, & Floratio, in hac ipsâ re expressum: Dimidium facti qui cœpit, habet: sapere aude. Velis, & tenta sapere: dimidium rei erit. Nec enim totum: neque sola voluntas sufficit: sed videndum vt recta ea sit, quod sine Scientiâ non assequitur. Itaque Seneca gradationem hanc facit: Actio recta non erit, nisi Voluntas

sit recta: ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit: ab hoc enim est voluntas. Habitus porro animi non erit, sine Scientiâ: quæ Bona scilicet & Mala distinguat. Vide epist. XCv.

6. ACTA DISCORDANT.] Nam Sapientis nota, semper idem velle & nolle. Itaque nihil opus addere, cuius dictis acta: etsi quidam hoc libri, nam pertinet ad ὁμολογίας, de quâ sapere.

EPIST. XXXV. I. VT STUDEAS.] Stoico sensu, Studeas: id est, philosophiæ operam naues. Vide Manuduct. II. Dissert. I.

2. NON POTEST.] Neque enim inter malos, aut inter dissimiles, Amicitia.

3. SEMPER PRODEST.] Amicitia Bonum est: Boni autem Stoica definitio, id quod prodest. Manuduct. II. Dissert. XXI.

4. NON

A tuâ, quamquam ⁴ non multum abest, rediturum: sed tamen re quoque ipsâ lætus esse volo. Venit ad nos ex his quos amamus, etiam absentibus, gaudium: sed id leue & euani-
dum. Conspectus, & præsentia, & conuersatio aliquid habet viæ voluptatis: utique
si non tantum quem velis, sed qualem velis videas. Affer itaque te mihi, ⁵ ingens mu-
nus: & quò magis infes, cogita me senem esse, te mortalem. Propera ad me, sed ad te
prius profice, & ante omnia hoc cura, ut constes tibi. Quoties experiri voles, an aliquid
actum sit, obserua an eadem velis hodie quæ heri. Mutatio voluntatis indicat animum
natare aliubi, atque ⁶ aliubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur, quod est fixum
& fundatum. Istud sapienti perfectè contingit, aliquatenus & ⁷ proficienti prouecto-
que. Quid ergo interest? hic commouetur quidem, non tamen transit, sed suo loco nu-
tat: ille nec commouetur quidem.

B

EPIST. XXXVI.

LAUDAT quemdam qui otio se admouit, à republicâ amouit: & ut contemnat vulgi vo-
ces. Pergat bonus esse, aut magis fieri; pergat & mortem aspernari, idque ratione.

A MICVM tuum hortare, ut istos magno animo contemnat, qui illum obiurgant,
quòd umbram & orium petierit, quòd dignitatem suam destituerit, & cum plus
consequi posset, prætulit quietem omnibus. Quàm utiliter negotium suum gesserit,
quotidie illis ostendet. Hi quibus inuidetur, ¹ non desinent transire. alij elidentur, alij
cadent. Res est inquieta, felicitas: ipsa se exagitat, mouet cerebrum, non vno genere.
Alios in aliud irritat: ² hos in potentiam, illos in luxuriam: hos inflat, illos mollit, & to-
tos resoluit. ³ At benè aliquis illam fert: sic, quomodo vinum. Itaque non est quòd tibi
isti persuadeant, eum esse felicem, qui ⁴ à multis obsidetur. sic ad illum, quemadmodum
C ad lacù, concurrunt: quem ⁵ qui exhauriunt, & turbant. Nugatorium & ⁶ inertem vo-
cant. Scis quosdam peruersè loqui, & ⁷ signare contraria. ⁸ Felicem vocabant. quid ergo?
erat? Ne illud quidem curo, quod quibusdam nimis horridi animi videtur & tætrici.
Ariston aiebat, malle se adolescentem tristem, quàm hilarem & amabilem turbæ. ⁹ Vi-
num enim fieri bonum, quod recens durum & asperum visum est: non pati atatem,
quod

4. NON MULTVM ABEST.] Ergo & Lucilius
inter senes, aut senescentes.

5. INGENS MVNVS.] Ad vocem factumque
Aeschinus, qui seipse munus Socrati obtulit, ut gratus
esset. Noster 1. De Benef. cap. viii.

6. ALIUBI APPARERE.] Sive vi qui in nauis,
arbitrio ventorum, feruntur: sive ut in insula quadam
D in aquis vagantes: ut nosser Cruternus notat.

7. PROFICIENTI.] De quibus gradibus ego in
Manduct. ii. Dissert. ix.

EPIST. XXXVI. 1. NON DESINENT
TRANSIRE.] Ab vno proposito in aliud, mutare
vitam & statum. Sic sine epistola prioris: Hic com-
mouetur quidem, non tamen transit.

2. HOS IN POTENTIAM.] Malim, in
impotentiam.

3. AT BENE ALIQVIS.] Hæc clausula obie-
ctionem habet: Atqui sunt etiam felices, qui tempe-
rant, nec abutuntur. Ita, inquit: sed qui vi vino ed-
vuntur, id est modico nec abundantis. Hoc dicere
videtur: sed plura fortasse dixisse, nec integra hæc
aut plena.

4. A MULTIS OBSIDETVR.] Clientibus,
saluatoribusque.

5. QUI EXHAURIUNT.] Aptissime. Reuera
omnes illi officiosi aliquid petunt à potentibus, aut
sumunt: gratiam, pecuniam, alia quibus egent. Ita-
que exhauriunt: sed & turbant, quia adsidue in-
quietant.

6. INERTEM VOCANT.] Illam amicum, philo-
sophicæ deditum. Vetus & hodiernum conuicium, in
Bona Menti operatos.

7. SIGNARE CONTRARIA.] Mens & quidam,
significatione contrariâ: quod item probum.

8. FELICEM VOCABANT.] Ad hunc nostrum,
cum in ambitione & splendore erat? an Cornelium
Sullam intelligit?

9. VINVM FIERI BONVM.] Homines cum vi-
no comparauit etiam Alexis Comicus:

Ομοίωτατον ἀνθρώπου οἶνον τῆν φύσιν,
τρόπον τῆν ἐστὶν τὸν ἄνθρωπον τὸν νῆον
Πολλὴ γ' ἀνάγκη, καὶ τὸν ἀνδρ' ἄπολλεσαι
Πρωτίστον, ἀφ' ἑρῆσαι τ', ἀποκῆσαντα δὲ
Σκληρὸν γυνώσκῃ, καὶ καταστῆσαι πάλιν,
Ἡδὲν δ' ἀπασσὶ τ' ἀπὸ λῶπος διατίλει:

p 2

Similis

quod ¹⁰ in dolio placuit. Sine eum tristem appellent, & inimicum processibus suis. bene se dabit in vetustate ipsa tristitia: perseueret modo colere virtutem, perhibere libera-
lia studia, non illa ¹¹ quibus perfundi satis est, sed hæc ¹² quibus tingendus est animus.
hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquid est, quo non sit discendum? minimè. sed
quemadmodum omnibus annis studere honestum est: ita ¹³ non omnibus institui. Tur-
pis & ridicula res est, ¹⁴ elementarius senex. Iuueni parandum, seni vtendum est. Facies
ergo rem vtilissimam tibi, si illum quam optimum feceris. Hæc aiunt beneficia esse ex-
petenda tribuendaque, non dubiè primæ fortis, quæ tam prodest dare quam accipere.
Denique nihil illi iam liberi est: spondit. minus autem turpe est creditori, quam spei
bonæ decoquere. Ad illud æs alienum soluendum, opus est negotianti nauigatione pro-
sperâ, agrum colenti vbertate eius quam colit terræ, & cæli fauore: ille quod debet, solâ
potest voluntate persoluere. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat: vt quam
tranquillissimus ille animus ad perfectum veniat. qui nec ablatum sibi quidquam sen-
tit, nec adiectum, sed in eodem habitu est, quocumque res cadunt. Cui siue aggeruntur **B**
vulgaria bona, supra res suas eminet: siue aliquid ex istis vel omnia casus excussit, minor
non fit. Si in Parthiâ natus esset, arcum infans statim tenderet: si in Germaniâ, protinus
puer ¹⁵ tenerum hastile vibraret: si auorum nostrorum temporibus fuisset, ¹⁶ equitare,
& hostem cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet, & im-
perat. Quid ergo huic meditandum est? quod aduersus omnia tela, quod aduersus om-
ne hostium genus bene facit, mortem contemnere: quæ quin habeat in se aliquid terri-
bile, vt & animos nostros (quos in amorem sui natura formauit) offendat, nemo dubi-
tat: nec cum necesse esset in id comparari & acui, in quod instinctu quodam voluntario
iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationem sui. Nemo discit, vt, si necesse fuerit,
æquo animo in rosâ iaceat: sed in hoc duratur, vt tormentis non submittat fidem: vt, si
necesse fuerit, stans etiam aliquando saucius, pro vallo peruigilet, & ne pilo quidem in-
cumbat. quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis. Mors
nullum habet incommodum. Esse enim debet aliquid, cuius sit incommodum. Quod **C**
si tanta cupiditas longioris æui te tenet, cogita nihil eorum quæ ab oculis abeunt, & ¹⁷ in
rerum naturam, ex quâ prodierunt ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. De-
finunt ista, non pereunt. Et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam,
non eripit. ¹⁸ veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi
oblitos

Similis Vir est Vino, indole atque moribus.
Nam musteum illud & nouum cum cõditur,
Deferueat primum est opus: sic & Virum,
Cum iuuenis est, exaltare; hinc sobrium
Mox effici, & seueritate præditum:
Mitem inde fieri, & esse in æui reliquum.

*At quod hic de Vino, ad Poma transtulit Attius, in
Agellio x l i i. cap. 1 1. Nam cum Pacuuius dixisset,
videri sibi carmina eius duriora paulùm & acer-
biora. Ita est, inquit Attius: neque id fanè me præ-
niter. Nam quod in pomis est, itidem aiunt esse
in ingeniis. quæ dura & acerba nascuntur, post
fiunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur statim
victa & mollia, non matura mox fiunt, sed putria.*

10. IN DOLIO PLACUIT.] *Ex more veteri, qui
vinum nouellum doliis condebant: sed mox ubi paul-
lum defacasset, defundebant in amphoras & cados.
Proculus l. xv. Trist. vino & ol. leg. In Do-
lia vina eâ mente conuicimus, vt ex his postea in
Amphoras & Cados defundamus. Quia igitur id
nouellum aut turbidum, elegantiores fugiebant bibe-
re. & Cicero hac mente, in Bruto: Num igitur, qui
hoc sentiat, si is potare velit, de Dolio tibi hau-
riendum putet? Obicit & Pisoni, vt sordido: Pa-*

nis & Vinum à propalâ, & de cupâ. quod idem est
illi, de Dolio.

11. QUIBUS PERFUNDI.] *Vt sunt amantiora
ista, vulgò Liberalia dicta.*

12. QUIBUS TINGENDUS.] *Vt est Philosophia:
quæ sola verè Liberale studium: epist. lxxxviii.*

13. NON OMNIBUS INSTITUI.] *Pergere in Sa-
pientia studiis, omni etate decet, non item incipere,
& in rudimentis esse.*

14. ELEMENTARIUS SENEX.] *Qui inter pue-
ros elementa discit.*

15. TENERVM HASTILE.] *Illorum ver-
bo, Framcam.*

16. EQVITARE.] *Non quòd omnes olim hoc Ro-
mani, sed nobiliores, aut stirpe equestri: inter quos
scilicet hic amicus Lucily. Nam ceteri ad pedestrem
militiam destinabantur.*

17. IN RERVM NATVRAM.] *De Benef. v. cap.
v i i i. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia
quidquid illi auclitur, ad illam redit: nec perire
quidquam potest, quod quò excidat non habet,
sed eodem reuoluitur vnde discedit.*

18. VENIET ITERVM.] *Hæc est non illa Py-
thagora*

Aoblitos reduceret. ¹⁹ Sed postea diligentius docebo, omnia quæ videntur perire, mutari. Æquo animo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil exstingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Æstas abit, sed alter annus illam adducit: ²⁰ hiems cecidit, referent illam sui menses: solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus, quidquid præterierit, repetit: pars cæli leuatur assidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc vnum adiccero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem: & esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit.

EPIST. XXXVII.

PERSEVERANDVM in via & militia Sapientia esse. Ab hac salutem, felicitatem, libertatem pendere. Perueniri, & vinci, Ratione duce.

QVOD maximum vinculum est ad bonam mentem, promissisti virum bonum. Sacramento rogatus es. Deridebit, si quis tibi dixerit, mollem esse militiam & facilem. nolo te decipi. Eadem honestissimi huius, & illius ¹ turpissimi auctoramenti, verba sunt, ² vri, vinciri, ferroque necari. Ab illis qui manus arenæ locant, & ³ edunt ac bibunt, quæ per sanguinem reddant, cauetur vt ista vel inuiti patiantur: à te, vt volens libensque patiaris. Illis licet ⁴ arma submittere, misericordiam populi tentare: tu neque submittes, nec vitam rogabis. recto tibi inuictoque moriendum est. Quid porro prodest, paucos dies aut annos lucrifacere? sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me expediam? effugere non potes necessitates: potes vincere. ⁵ Fiat via: & hanc tibi viam dabit philosophia. ad hanc te confer, si vis saluus esse, si securus, si beatus: denique si vis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, feruilis, multis affectibus & sæuissimis subiecta. Hos tam graues dominos, interdum alternis imperantes, interdum pariter, dimittit à te sapientia, quæ sola libertas est. ⁷ Vna ad hanc fert via, & quidem recta. non aberrabis: vade certo gradu. Si vis tibi omnia subiicere, te subiice rationi. multos reges, si ratio te rexerit. Ab illâ disces, quid & quemadmodum aggredi debeas: non incidēs rebus. Neminem mihi dabis, qui sciat quomodo quod vult cæperit velle. non consilio adductus vlllo, sed impetu impactus est. Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quàm nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri: & subito in medio turbine rerum stupentem quærere: Hac ego quemadmodum veni?

thagorica, sed Stoica quadam πειραγγοσίου, siue (ita loquamur) Renscentia: cum post orbis Deflagrationem, & sollemnem ἐκπύρωσιν, iterum alius orbis & διασπομῆς, atque eadem & eidem reponitur. Vide me Physiol. II. Dissert. XXII. Tangit & Lucretius hoc dogma, lib. III.

Nec si materiam nostram collegerit ætas
Post obitum, rursusque redegetit, vt SITA
NUNC EST
Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ:
Pertineat quidquam tamen ad nos id quoque factum.

¹⁹ SED POSTEA.] *Vbi nescio: non in his libris expresso.*

²⁰ HIEMS CECIDIT.] *An potius, cedit.*
EPIST. XXXVII. I. TURPIS SIMI AUCTORAMENTI.] *Gladiatorij. quo in verba Editoris aut Lanistæ iurabant. Vide me II. Saturn. cap. V.*

² VRI, VINCIRI.] *Ita libri, nec mutem. Petro-*

nius. In verba Eumolpi sacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari, tamquam legitimi gladiatores. Ipsius Seneca. epist. LXXI. Quid miraris, si vri, occidi, alligari iuuat? Si lubet, dicto loco me vide.

³ EDVNT AC BIBVNT.] *In saginâ sunt, sed cuius exitus cruentus. Eo allusum.*

⁴ ARMA SVBMITTIERE.] *Nos hoc & alia explicamus, Saturn. II. cap. XXIII.*

⁵ SINE MISSIONE.] *Id quoque à gladiatorio ritu. Aliquando mittebantur, aut eâ spe pugnabant: aliquando, sine eâ, & ferro absumendi. Nos diffusè, II. Saturn. cap. XXII.*

⁶ FIAT VIA.] *Quidam, Fit via. id esset, ratione quadam & methodo. At Gruterus, Fit via vi: Virgiliano hemistichio.*

⁷ VNA AD HANC VIA.] *Nempe recta. Rationis ductu, vt subiicit, per Sapientiam.*

EPIST. XXXVIII.

A

PRÆCEPTA vtilia ad Sapientiam, magis quàm Dissertationes sæpe esse. Illa irrepere in animum, & seminis modo fructificare & diffundi.

MERITO exigis, vt hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, qui minutatim irrepserit animo. Disputationes præparatae, & effusa audiente populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clamore dat. Aliquando vtendum est & illis, vt ita dicam, concionibus; vbi qui dubitat, impellendus est: vbi verò non hoc agendum est, vt velit discere, sed vt discat, ad hæc submissiora verba veniendum est. Facilius intrant, sed & hærent. nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt. quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires suas explicat, & B ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idem facit oratio. non latè patet, si aspicias: in opere crescit. Pauca sunt quæ dicuntur: sed si illa animus benè exceperit, conualescunt & exsurgunt. Eadem est, inquam, præceptorum conditio, quæ seminum. multum efficiunt, & si angusta sunt: tantum, vt dixi, idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa inuicem & ipsa generabit, & plus reddet, quàm acceperit.

EPIST. XXXIX.

VARIE, & varios, in philosophiâ scripsisse: excitari nos debere, & ardorem capere ab exemplo. Naturam ed ducere, quæ ad excelsa vocat: in quibus non est, plebeia Felicitas, non item voluptas, quia aut fragilia sunt, aut nocent.

COMMENTARIOS quos desideras, diligenter ornatos, & in angustum coactos, ego verò componam: sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quàm hæc quæ nunc vulgò Breuiarium dicitur, olim cum Latinè loqueremur, Summariū vocabatur. Illa res discenti magis necessaria est: hæc scienti. illa enim docet, hæc admonet. Sed vtriusque rei tibi copiam faciam. Tu à me, non est quòd illum aut illum exigas. qui notorem dar, ignotus est. Scribam ego quod vis, sed meo more. Interim multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum: hæc ipsa res expergisci te coget, si videris quàm multi tibi laborauerint; concupisces & ipse ex illis vnus esse. Habet enim hoc optimum in se generosus animus, quòd concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij virum humili

C

EPIST. XXXVIII. I. CLAMORE DAT.] Non malè Muretus: tamen Muretus. Nam libri omnes, clarè dat: quod esset, clarà & elatà voce. Sanè mox exponit, submissiora verba.

EPIST. XXXIX. I. COMMENTARIOS.] Philosophicos, vt conicio: sed breues, & summam continentes.

2. DILIGENTER ORNATOS.] Meliores libri, ordinatos: quos audio. Ordine & methodo scriptos, memoriæ & disciplina adiuuanda.

3. ORATIO ORDINARIA.] Longa & tractata, quæ differendi speciem habet: quæq; philosophis vulgò in vsu.

4. VULGÒ BREVIARIUM.] Fox bis ter in Suetonio, Plinio, alijs aut medijs.

5. ILLA RES.] Ordinaria oratio.

6. HÆC SCIENTI.] Breuiarium.

7. COPIAM FACIAM.] Fecissimè? vti nam D habeamus.

8. ILLVM AUT ILLVM.] Auctorem scilicet, quem laudem identidem atq; aduocem, fides causâ.

9. NOTOREM DAT.] Noster in ludo, de morte Claudij: Siquis à me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optimè nosti. Xenophon yvovsivæ dixit: & adhiberi solet, vbi de statu aut qualitate cuiuspiam dubitatur. Dicit igitur Seneca, Mibi fidere & credere debetis: alium notorem siue cognitorem (vt Cicero) non dabo.

10. SATIS ORDINENT.] Id est, ordinata sunt, & materiam disponant.

11. EXPERGISCI TE COGET.] Atte certè, cum vel Chryssippi tantum, vel Aristotelis librorum indices video.

12. ANIMVS

A lia delectant & sordida: magnarum rerum species ad se vocat & extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita noster ¹² animus in motu est, eò mobilior & actuosior, quò vehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit: ponet se extra ius ditionemque fortunæ. secunda temperabit, aduersa comminuet, & aliis admiranda despiciet. Magni animi est, magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Illa enim vitia ¹³ vitaliaque sunt: at hæc, eò quòd superfluum, nocent. Sic segetem nimia sternit vberitas: sic rami onere franguntur: sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit: quâ non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam vtuntur. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quàm in quosdam voluptates suæ sunt? quorum impotentia atque insanæ libidini ob hoc vnum possis ignoscere, quòd quæ fecere, patiuntur. Nec immeritò hic illos furor vexat. necesse est in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modum transiit. Illa enim habet

B suum finem: inania, & ex libidine orta, sine termino sunt. Necessaria meretur utilitas: superuacua quòd redigis? Voluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt: & ob hoc miserrimi sunt, quòd eò perueniunt, vt illis quæ superuacua fuerant, facta sint necessaria. *ferunt* itaque voluptatibus, non fruuntur: & mala sua, quod malorum vltimum est, amant. Tunc autem consummata est infelicitas, vbi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & definit esse remedio locus, vbi quæ fuerant ¹⁴ vitia, mores sunt.

EPIST. XL.

HORTATUR scribere, quia ibi imago mentis. tum de Serapione, prompti & profusi sermonis: quod negat Philosophum decere. Grauis & tarda oratio magis intrat & descendit.

C QVOD frequenter mihi scribis, gratias ago. nam quò vno modo potes, te mihi ostendis. Numquam epistolam tuam accipio, vt non protinus vnà simus. Si imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt, quæ memoriam renouant, & desiderium absentia, falso atque inani solatio leuant: quanto iucundiores sunt litteræ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt? Nam quod in conspectu ¹ dulcissimum est, id amici manus epistolæ impressa præstat, agnoscere. Audisse te scribis, ² Serapionem philosophum, ³ cum istuc applicuisset, solere magno cursu verba ⁴ conuoluere, quæ non effundit vnà, sed premit & vrget. plura enim veniunt, quàm quibus vox vnà sufficiat. Hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque, sicut vita, debet esse composita. nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Itaque oratio illa ⁵ apud Homerum concitata, & sine intermissione in morem niuis superueniens, oratori

D 12. ANIMVS IN MOTV EST.] Vide Consol. ad Heluiam, cap. VI.

13. VITALIAQUE SVNT.] Mansura, vitam & auum ferre possunt.

14. VITIA, MORES SVNT.] Tacitus in Germania: Nec corrumpere & corrumpi, Sæculum vocatur. Ita enim prætexunt vulgò, Mores sunt, Sic vitur, Sæculum est.

EPIST. XL. I. DVLCISSIMVM EST.] Nempe, Agnoscere. Itaque distinctione ego iuu. Sicut oculis præsentem agnoscimus, sic absentem ex impressa manu.

2. SERAPIONEM.] Quis philosophaster iste fuerit, nescio: nisi quòd illo & sequenti auro tales fuerit multi.

3. CVM ISTVC APPLIC.] In Siciliam, opinor. Itaque legam & distinguam: Audisse te scribis Serapionem philosophum, cum istuc applicuisset: & solere magno. Nunciat enim Seneca, & indicium quæsierat super homine, quem audierat. Quod si vulgata tenes, sententia esset, Audisse Lucilium, quòd Serapio Roma solitus esset verba ita facere.

4. CONVOLVERE.] Aptum est, quid tamen, quod libri consensu, conuelleret? An fortè conuertit? an, compellere?

5. APVD HOMERVM.] De Ulyssæ, cui donat — ἔρα νηὶ ἀδ' ἰσὶν ἑομότα χυμπίσιν: — sermonem niuibus hibernis adsimilantem. quod de copiâ benè interpretatur Seneca, & dense verba cecidisse, vt niues.

oratori data est: at lenis & melle dulcior ⁶ seni profluit. Sic itaque habe, istam vim di- A
 cendi rapidam atque abundantem, aptiorem esse ⁷ circulanti, quàm agenti rem ma-
 gnam ac feriam, docenti què. æquè stillare illam nolo, quàm currere. nec ⁸ extendat au-
 res, nec obruat. Nam illa quoque inopia & exilitas, minùs intentum auditorem habet,
 tædio interruptæ tarditatis: faciliùs tamen infidit quod expectatur, quàm quod prater-
 uolat. Denique tradere homines ⁹ discipulis præcepta dicuntur: non traditur, quod fu-
 git. Adhuc nunc, quòd quæ veritati operam dat oratio, incomposita debet esse & sim-
 plex. Hæc popularis nihil habet veri. mouere vult turbam, & inconsultas aures impetu
 rapere, tractandam se non præbet: aufertur. Quomodo autem regere potest, quæ regi
 non potest? Quid quòd hæc oratio, quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in
 nos debet? remedia non profunt, nisi immorentur. Multum præterea habet inanitatis, &
 vani: plus sonat quàm valet. Lenienda sunt quæ me exterrant, compescenda quæ irri-
 tant, discutienda quæ fallunt: inhibenda luxuria, corripienda auaricia. Quid horum
 raptim potest fieri? quis medicus ægros in transitu curat? Quid quòd ne voluptatem B
 quidem vllam habet, talis verborum sine delectu ruentium strepitus? sed vt pleraque
 quæ fieri posse non crederes, cognouisse satis est: sic istos qui verba exercuerunt, abundè
 est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari velit? quid de eorum animo iu-
 dicet, quorum oratio perturbata & ¹⁰ admissa est, nec potest reprimi? Quemadmodum
 per procliuè currentium, non vbi visum est, gradus sistitur, sed incitato corporis ponde-
 re se rapit, ac longiùs quàm voluit effertur: sic ista dicendi celeritas nec in suâ potestate
 est, nec satis decora philosophiæ. quæ ponere debet verba, non proicere, & pedetentim
 procedere. Quid ergo? non aliquando & infurget? Quid ni? sed saluâ dignitate morum:
 quam violenta ista ¹¹ & nimia vis exiit. Habeat vires magnas, moderatas tamen: per-
 enniss sit vnda, non torrens. Vix oratori permiserim talem dicendi velocitatem, irreu-
 cabilem, ac sine lege vadentem. Quemadmodum enim iudex subsequi poterit, aliquan-
 do etiam imperitus ac rudis: tum quoque cum illum aut ostentatio abstulerit, aut ¹² af-
 fectus impotens sui? tantum festinet atque ingerat, quantum aures ¹³ pati possunt. Re- C
 ctè ergo facies, si non videris istos, qui quantum dicant, non quemadmodum, querunt:
 & ipse malueris aliquando si necesse est, vel ¹⁴ iuxta P. Vinicium dicere. qui, cum qua-
 reretur, quomodo diceret, Afellius ait, *Tractim*. Nam ¹⁵ Geminus Varius ait: *Quomodo*
istum disertum dicatis, nescio: tria verba non potest innegere. Quid ni malis tu sic dicere, quo-
 modo Vinicius? Aliquis tam insulsus interuenerit, quàm qui illi singula verba vellent,
 tamquam dictaret, non diceret, ait: *Dic, vel numquam dicas*. ¹⁶ Nam Q. Haterij cursum
 suis temporibus oratoris celeberrimi, longè abesse ab homine sano volo. Numquam
 dubitauit, numquam intermisit: semel incipiebat, semel desinebat. quædam tamen &
 nationibus puto magis aut minùs conuenire. In Græcis hanc licentiam tuleris: nos
 etiam cum scribimus, ¹⁷ interpungere consueuimus. Cicero quoque noster, à quo Ro-
 mana

6. SENI PROFLUIT.] Nestori, apud eundem.

7. CIRCULANTI.] Circulos facienti, & captan-
 ti: circulatori. Epist. LXXXVIIII. Appion, qui tota
 circulus est Græciâ. Et epist. LII. Communes
 locos voluunt, & in priuato circulantur.

8. EXTENDAT AVRES.] Quæ pendunt & quasi
 trahuntur à diu tracto verbo, aut sensu.

9. DISCIPVLIS.] Meus, disciplinis: nec male.

10. ADMISSA EST.] Vt equi admitti solent. Ta-
 men scripti, immissa: pari sensu.

11. ET NIMIA VIS.] Quidam libri, inimica
 vis: postea, mimica.

12. AFFECTVS IMPOTENS.] Scripti ferè, ef-
 fectus impetus sui. quod esset, ablatu impetu suo,
 & calore insisto.

13. PATI POSSUNT.] Imò vero, pati non pos-
 sunt: quod meus etiam liber.

14. IUXTA P. VINICIUM.] Scriptis abest, iu-
 xta: & fatetur Erasmus addidisse. Legeim ergo ad li-
 bros: velut P. Vinicius dicere.

15. GEMINVS VARIVS.] Declamator etiam
 illo æuo notus.

16. NAM Q. HATERII.] Sic olim emendauim-
 mus. Canorus & profluens orator fuit, impetu non
 curâ valuit: ideòque eloquentia eius simul cum ipso
 extincta. Tacitus lib. IV. & Seneca pater in contro-
 uersis. Hieronymus aduers. errores Ioan. Hierosol.
 emendetur: Q. Atcius (imò Haterius) qui inge-
 nium in numero habebat, vt sine monitore ta-
 cere non posset: de quo egregie Casar Augustus,
 Quintus, inquit, noster sufflaminandus est. Quod
 dictum, rapidum cursum orationis eius bellè respexit.

17. INTERPUNGERE CONSVEMVS.] Notis
 post singula verba positis. Neque enim alia ad huc in-
 terpun-

Amana ¹⁸ eloquentia exstitit, ¹⁹ gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit, & æstimat, & præbet æstimandum. Fabianus vir egregius & vitâ & scientiâ, & quod post ista est, eloquentiâ quoque, disputabat expedire magis, quàm concitate: ut posses dicere, facilitatem esse illam, non celeritatem. Hanc ego in viro sapiente recipio. non exigo, ut oratio eius sine impedimento exeat: proferatur tamen malo, quàm profluat. Eò autem magis te deterreo ab isto morbo, quòd non potest tibi ista res contingere aliter, quàm ²⁰ si te pudere deserit. perfrices frontem oportet, & ipse te non audias. Multa enim inobseruatus ille cursus feret, quæ reprehendere velis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, saluâ verecundiâ. Præterea exercitatione opus est quotidianâ, & à rebus studium transferendum est ad verba. Hæc autem etiam si aderunt, & poterunt sine villo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit: ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum hæc erit: tardiloquum te esse iubeo.

B

EPIST. XLII.

O PVLCHRAM, altamque epistolam! Deum in nobis habitare, & bonum virum sine eo nullum esse. Colamus ipsum, & animum, qui ab illo descendit. In eo propria nostra bona sunt: alia omnia aliena. Bonum autem, recta Ratio.

FACIS rem optimam, & tibi salutarem, si, ut scribis, perseueras ire ad bonam mentem: quàm stultum est optare, cum possis ¹ à te impetrare. Non sunt ad cælum eleuandæ manus, nec exorandus ædituus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est à te Deus. tecum est. intus est. Ita dico, Lucili, ² sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ³ ita nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus, exurgere? ille dat consilia magnifica, & erecta. In vnoquoque virorum bonorum (⁴ Quis Deus incertum est) habitat Deus. Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis ⁵ frequens lucus, & conspectum cæli dēsitare ramorum aliorum alios protegentium submouens: illa proceritas siluæ, & secretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi numinis facit. Et ⁶ si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non manufactus, sed naturalibus caussis in tantam laxitatem excauatus: animum tuum quadam religionis suspitione percutit. Magnorum ⁷ fluminum capita veneramur: subita & ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. coluntur aquarum calentium fontes: & stagna quædam, vel opacitas vel immensa altitudo sacrauit. Si hominem videris inter-

ritum

terpunctio usurpata antiquis. Tractavi in epistolâ quadam ad Andecianum.

18. ELOQVENTIA EXSTITIT.] Libri, exiliit, vel, exiluit. Tenere possis, vel scribere, exiuit.

19. GRADARIUS FUIT.] Non cursor: gradu iuit. De equis etiam dicitur. Lucilius: Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector.

20. SI TE PVDERE DESERIT.] Mallem, si pudere deseris.

EPIST. XLII. I. A TE IMPETRARE.] A voluntate tuâ pendet. Velis esse bonus, eris: ut Stoici quidem censebant. Ita & Horatius:

Hæc satis est orare Iouem, quæ donat & aufert; Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse parabo.

2. SACER INTRA NOS.] Animus ille ab æthere auulsus, pars Anima mundi, id est Dei, & ipse Deus. Vide Manuduct. II. Diss. XIX. & Physiol. III.

3. ITA NOS IPSE TRACTAT.] Si bene honeste habuimus, habet: si æstimauimus, sustulimus, attollit. Negligit etiam, neglectus.

4. QVIS DEVS.] Ouidij in Metamorphosi versus.

5. FREQVENS LVCVS.] Plinius XII. cap. I. Lucos, atque in iis silentia ipsa, adoramus. Plura ipse ibi, & ego ad Germaniam Taciti.

6. SI QVIS SPECVS.] Tamquam & ibi sedes numinum. Apuleius I. Florid. inter adorat a viatoribus. Speluncam frondibus obumbratam.

7. FLVMINVM CAPITA.] Notavi & exemplis firmavi, ad Annalem Taciti XIV.

8. Ex

ritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ⁸ ex æquo deos: non subibit te veneratio eius? non dices: ista res maior est altiorque, quàm vt credi similis huic, in quo est, corpusculo possit? Vis istuc diuina descendit. animum excellentem, moderatum, omnia tamquam minora transeuntem, quidquid timemus optamusque ridentem, cælestis potentia agitat. non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Itaque maiore sui parte illic est, vnde descendit. Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur: sic animus magnus & facer, & in hoc demissus vt propius diuina nôsemus, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Illinc pendet: illuc spectat ac nititur: nostris tamquam melior interest. Quis est ergo hic? animus qui nullo bono nisi suo nititur. Quid enim est stultius, quàm in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur, quæ in alium protinus transferri possint? Non faciunt meliorem equum aurei fræni. Aliter leo auratâ iubâ demittitur, dum contractatur, & ad patientiam recipiendi ¹⁰ ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri spiritus. Hic scilicet impetu acer, qualem illum esse natura voluit, speciosus ex horrido, cuius hic deor est, non sine timore adspici, præfertur illi languido, & bracteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram, pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit. Num quis huic illam præferet vitem, cui aureæ vuæ, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite, fertilitas. In homine quoque id laudandum est, quod ipsius est. Familiam formosam habet, & domum pulchram: multum ferit, multum senerat. nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in ipso, quod nec eripi potest, nec dari: quod proprium est hominis. Quæris quid sit? Animus, & ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo. consummatur itaque eius bonum, si id adimpleuit cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio hæc exigit? rem facillimam, ¹¹ secundum naturam suam viuere: sed hanc difficilem facit communis infania. In vitia alter alterum trudemus. quomodo autem ad salutem reuocari possunt, quos nemo retinet, populus impellit?

EPIST. XLII.

NON citò credendum de viro bono: rem magnam esse. Quosdam præferre, aut simulare, malos futuros, si sit occasio. Exemplo cuiusdam docet. Tum non laborandum in externis, quæ incommoda, aut falsa commoda, habent.

IAM tibi iste persuasit, se virum bonum esse. Atqui vir bonus tam citò nec fieri potest, nec intelligi. Scis quem nunc virum bonum dicam? huius ¹ secundæ notæ. nam ille alter fortasse, ² tamquam phœnix, semel anno quingentesimo nascitur: nec est mirum, ³ ex interuallo magna generari. Mediocria & in turbam nascentia, sæpe fortuna producit: eximia verò, ipsâ raritate commendat. Sed iste multum adhuc abest ab eo, quod profiteretur: & si sciret quid esset vir bonus, nondum se esse crederet: fortasse etiam fieri posse desperaret. At malè existimat de malis. Hoc etiam mali faciunt. nec vlla maior pœna nequitæ est, quàm quòd sibi ac suis displicet. At odit eos qui subitâ & magnâ potentiâ impotenter vtuntur. Idem faciet, cum idem poterit. multorum, quia imbecilla sunt,

8. EX ÆQVO DEOS.] Id est, qui homines superat, Deos aequat. Gloriatio hæc Stoicorum crebra.

9. DEMITTITUR.] Meus & plures scripti ita referunt, & rectum habeo. Demittitur autem, quia subicit se & animos deprimis, mox ornandus.

10. ORNAMENTA.] Que illa? monilia, aurum iubis inspersum, & siquid tale.

11. SECUNDUM NATURAM.] Explicanti Manu-

duct. II. Dissert. XVII.

EPIST. XLII. I. SECUNDÆ NOTÆ.] Proficientem, & nondum in summo.

2. TAMQVAM PHOENIX.] Rara hæc auis veri Sapientis, aut nulla. Vide nos Manuduct. II. Dissert. VIII.

3. EX INTERVALLO.] De Constant. sap. cap. VII. Raro fortitan, magnisque aratum interuallis inuenitur ille Sapiens.

A sunt, latent vitia: non minus aures, cum illis vires suae placuerint, quam illa quae iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandae nequitiae defunt. Sicut o serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore, non defunt tunc illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunae fauore deficitur. eadem velle eos cognoscere: da posse, quantum volunt. Meministi, cum quemdam affirmares esse in tua potestate, dixisse me, volaticum esse ac leuem, & te non pedem eius tenere, sed pennam. Mentitus sum: ⁴ plumam tenebatur, quam remisit & fugit. Scis ⁵ quos postea exhibuerit tibi ludos, quam multa in caput suum casura tentauerit. Non videbat, se per aliorum pericula in suum ruere: non cogitabat, quam onerosa essent quae petebat, etiam si superuacua non essent. Hoc itaque in his quae affectamus, ad quae labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse, aut plus incommodi. Quaedam superuacua sunt, quaedam tanti non sunt. Sed haec non prouidemus: & gratuita nobis videntur, quae carissimè constant. Ex eo licet stupor noster appareat, **B** quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus: & gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus. Quae emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amicum aliquod fructuosumve praedium: ad ea paratissimi sumus peruenire cum solitudine, cum periculo, cum iactura pudoris, & libertatis, & temporis. Adeo nihil est cuique se vilius. Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus, quod solemus facere, quoties ad institorem alicuius mercis accessimus: videamus, hoc quod concupiscimus, quanti deferatur. Saepe ⁶ maximum pretium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quae acquisita acceptaque, libertatem nobis extorserunt. nostri essemus, si ista nostra non essent. Haec ergo tecum ipse versa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam ubi de iactura. Hoc perituum est? nempe aduentitium fuit, tam facile sine isto viues, quam vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es: si non diu, perdis antequam assuescas. Pecuniam minorem habebis? nempe & molestiam. gratiam minorem? nempe & inuidiam. Circumspice ista, quae **C** nos agunt in insaniam, quae cum plurimis lacrymis amittimus: scies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit, ⁷ sed cogitat. ⁸ Qui se habet, nihil perdidit. sed quoto cuique habere se contigit?

EPIST. XLIII.

NON latere, quae faciat: rumorem omnia perferre. Ergo viue, inquit, ut in publico. Quid si etiam lateas? animus tuus scit & videt.

QUOMODO hoc ad me peruenerit, quaeris: quis mihi id te cogitare narrauerit, quod tu nulli narraueras. Is qui scit plurimum, rumor. Quid ergo, inquis, tantus sum, ut possim excitare rumorem? non est quod te ¹ ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice, in quo moraris. Quidquid inter vicina eminet, magnum est illic, ubi **D** eminet. Nam magnitudo non habet certum modum: comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Nauis quae in flumine magna est, in mari paruula est: gubernaculum quod nauis alteri magnum, alteri exiguum est. Tu nunc in prouincia, licet contempnas ipse te, magnus es: quid agas, quemadmodum canes, quemadmodum dormias, quaeritur, scitur.

4. PLUMA TENEBATUR.] Argute. nam pluma etiam minus, quam penna. Haec in alis, & firmiter: illa in toto corpore sparsa, & leui nisi euellenda.

5. QUOS POSTEA EXHIBERIT.] Inimicus ille, opinor, de quo epist. XXIIV. qui iudicium intentauit.

6. MAXIMUM PRETIUM EST.] Nempe eius, quod affectamus. Tamen libri quidam, maximi pretij: apertius, meliusque.

7. SED COGITAT.] Re carere possumus, opinio molestiam adfert.

8. QUI SE HABET.] In potestate, qui non est affectuum, aut opinionum.

EPIST. XLIII. I. AD HUNC LOCUM.] Romam. ubi, fors aut in prouinciis magni, parui obsecrari, erant, in tanto lumine.

scitur. Eò ² tibi diligentius viuendum est. Tunc felicem te esse iudica, cum poteris in A publico viuere, cum te parietes tui regent, non abscondent: quos plerumque circumdatos nobis iudicamus, non vt tutius viuamus, sed vt peccemus occultius. Rem dicam, ex qua mores æstimes nostros, vix quemquam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Inuitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic viuimus, vt deprehendi sit, subito adspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam ³ in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis ⁴ hunc testem.

EPIST. XLIV.

PVL CRA epistola. Nemo se à stirpe contemnat, si ad Sapientiam, id est Virtutem, venit. B Hæc sola nobilitat.

ITERVM tu mihi te pusillum facis, & dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam? cum possis te eximere vulgo, & ad felicitatem omnium maximam emergere. Si quid aliud est in philosophiâ boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Omnes si ad primam originem reuocentur, ¹ à diis sunt. Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tua te ² perduxit industria: at mehercules multis ³ quattuordecim sunt claussi. Non omnes curia admittit: castra quoque, quos ad laborem & periculum recipiunt, ⁴ fastidiosè legunt. Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles. nec reicit quemquam philosophia, nec eligit: omnibus lucret. Patricius Socrates non fuit: Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locauit manus: Platonem ⁵ non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? omnes hi ⁶ maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris, à nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis toridem ante nos sunt. nullius non origo vltra memoriam iacet. ⁷ Plato ait: *Neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex regibus.* Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsum fortuna versauit. Quis ergo generosus? ad virtutem bene à naturâ compositus. Hoc vnum est intuendum. alioqui si ad vetera reuocas, nemo non inde est, ⁸ ante quod nihil est.

A pri-

2. TIBI DILIGENTIVS.] *Scripti vocem inferunt, tibi dic diligentius. Lego, tibi dein diligentius: aut, tibi, dico, diligentius.*

3. IN SOLITVDINE ANXIA.] *Tertullianus: Nullum maleficium sine formidine est, quia nec sine conscientia sui.*

4. HVNC TESTEM.] *Nam vt Polybius in fragmentis: Οὐδ' εἰς ἄλλο ἔτε μάρτυς ἐστὶ φοβερὸς, οὐτε κατὰ θεοὺς δειδὸς, ὡς ἢ συνέσις, ἢ κατοικοῦσα ταῖς ἐκείνων ψυχαῖς: Nullus neque TESTIS tam formidabilis, neque iudex tam grauis, quam Conscientia, quæ mentibus cuiusque infidet & inhabitat.*

EPIST. XLIV. I. A DIIS SVNT.] *Decerpti ab athere, sapius dictum & dicendum.*

2. PERDVXIT INDVSTRIA.] *Non natus es Eques, sed factus. Censum industriâ quæstisti, & ex eo dignitatem.*

3. QVATTVORDECIM.] *Gradus in theatris, proprii & lepositi Equitibus.*

4. FASTIDIOSÈ LEGVNT.] *Nam ætatem, genus, mores, censum etiam (olim quidem) inspiciebant. Nos in Militiâ, lib. 1.*

5. NON ACCEPIT NOBILEM.] *Alij contrâ, & assensu traditum, Platonem nobilem utrimque fuisse. Apuleius De Dogmate Plat. Aristo ei fuisse pater dictus est: ceterum Perictione Glauci filia mater fuit. Et de vtroque, nobilitas satis clara. Nam Aristo pater, per Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab Solone sapientissimo maternus deriuatus est sanguis. Hæc ipsa Laërtius, atque alij, tradiderunt: & puer adeo, aurum nobilitatis insignie in auriculâ gestauit, scriptum eidem Apuleio. Quomodo non ergo nobilem accepit? sed cape & adiuua, non sic nobilem celebremq̃.*

6. MAIORES TVI SVNT.] *At libris negatio additur, non sunt: rectè, si interrogando essent.*

7. PLATO AIT.] *Vbi, alius dicit. Ego contrâ in eo legi: Reges ex regibus oriundos, donec ad Iouem origo reuocetur: Alcibiade primo. Vera tamen illa dictio: & periodos aui fortunæq̃, si vides, eunt hac in orbem.*

8. ANTE QVOD NIHIL EST.] *An quia è calo & astris sumus, quæ prima in rebus? An verius, è primis principis omnes, Deo & Materia?*

9. ATRIVM

AA primo mundi ortu, vsque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis fordidisque alternata series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. nemo in nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. ¹⁰ Animus facit nobilem: cui ex quacumque conditione supra fortunam licet surgere. Puta itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum: potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo? inquis. si mala bonaque non populo auctore distinxeris. Intuendum est, non unde veniant, ¹¹ sed quò eant. Si quid est quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo iure: deprauari enim in malum non potest. Quid est ergo, in quo erratur? cum omnes beatam vitam optent, quòd instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cum summa beatæ vitæ sit solida securitas, & eius ¹² inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter vitæ non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper abscedunt, & quò plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retrò. Quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat.

EPIST. XLV.

NON multis libris, sed bonis, ad Sapienciam opus. Veteres superflua quaedam, aut arguta, frustra scripserunt. Tum contra cauillos, & vocam captiones. Res, res, & earum discrimina querenda: quis Beatus, & quod verè Bonum?

LIBRORVM istincinopiam esse quereris. Non refert quàm multos, sed quàm bonos habeas. lectio certa prodest, varia delectat. Qui quò destinavit peruenire vult, vnam sequatur viam, non per multas vagetur. non ire istud, sed errare est. Vellem, inquis, magis libros mihi quàm consilium dares. Ego verò ¹ quoscumque habeo mittere paratus sum, & totum horreum excutere: me quoque isto si possem, transferrem, & nisi mature te finem officij sperarem impetraturum, hanc senilem expeditionem indixissem mihi: nec me Charybdis, & Scylla, & ² fabulosum istud fretum deterrere potuisset. Transnatastem ista, non solum traicissem, dummodò te complecti possem, & praesens aestimare quantum animo creuisses. Ceterum quòd libros meos tibi mitti delideras, non magis ideo me disertum puto, quàm ³ formosum putarem, si imaginem meam peteres. Indulgentiæ scio istud esse, non iudicij: & si modò iudicij est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege, tamquam verum quæram adhuc, non sciam, & contumaciter quæram. Non enim me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero: multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid & meo vindico. Nam illi quoque non inuenta, sed querenda nobis reliquerunt: & inuenissent forsitan necessaria, nisi & ⁴ superflua quæsisent. Multum illis temporis verborum cauillatio eripuit, & captiosè dispu-

D 9. ATRIVM PLENVM.] Romanus proprie mos, collocandi in tabulariis per atria imagines maiorum: atque ex his nobilitas aestimata. Aperiunt & asserui i. Elect. cap. XXIX.

10. ANIMVS FACIT NOBILEM.] Ita verò, ille alius, bonus & hanc laudem & titulum habet: vel Euripide iudice.

τὸς ἰδὲ ἀνδρείος φῶς
καὶ τὸς δικάσιος, ἢ τὸς κωνὸν δόξασι ματρῶν,
καὶ ἰσοδελῶν, ἐν γένεσι ἑρῶς λέγω:

namque ab animo strenuos,
Iustosq; quamuis orti & e feruis sient,
Stirpe anteire vulgò nobiles puto.

11. SED QVÒ EANT.] Bonis hoc tale ad Antigonum: O rex, sagittaris si opus habes, non Unde sint interrogas, sed scopum proponis, & qui

tangunt, eligis: sic & alios explora, non Unde, sed Quales sint.

12. INCONCVSSA FIDVCTIA.] Inter alia Stoicorum. & nimis: Sapientem sibi fidere, se eorum sui esse.

EPIST. XLV. I. QVOSCVMQVE HABEO.] Meos praeserim, & illos Lucilius petebat.

2. FABVLOSVM.] Non falsum, sed fabulis auctum. Sic Hydaspes fabulosus, in Horatio: de quâ fama & fabula.

3. FORMOSVM PVTAREM.] Non ergo videtur fuisse, in corpore quidem, nam animo, quid pulchrius?

4. SVPERFLVA QVÆSISSENT.] Cacoiches philosophantium olim, nuper, hodie. Ipsi Stoici in hac culpa, ante omnes Chrysippus.

A bonum est, vti que necessarium est: quod autem necessarium est, non statim bonum est: quoniam quædam necessaria sunt, eadem vilissima. Nemo vsque eò dignitatem boni ignorat, vt illud ad hæc in diem vtilia demittat. Quid ergo: non eò potius curam transferes, vt ostendas omnibus, magno temporis impendio quæri superuacua: & multos transisse vitam, dum vitæ instrumenta conquirunt? *Recognosce singulos, considera vniuersos: nullius non vita spectat in crastinum.* Quid in hoc sit mali, quæris: infinitum. non enim viuunt, sed victuri sunt: omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos vita præcurreret: nunc verò cunctantes quasi aliena transcurrit, & vltimo die finitur, omni perit. Sed ne epistolæ modum excedam, quæ non debet sinistram manum legentis implere: in alium diem hanc litem cum dialecticis differam, nimium subtilibus, & hoc solum curantibus, ¹³ non & hoc.

EPIST. XLVI.

DE libro Lucilij iudicat, & laudat.

LIBRVM tuum quem mihi promiseras, accepi, & tamquam lecturus ¹ ex com- modo adapertui, ac tantum degustare volui. Deinde blanditus est ipse, vt procederem longius: qui quàm disertus fuerit, ex hoc intelligas licet. breuis mihi visus est, cum esset nec mei, nec ² tui temporis, sed qui primo ad spectu ³ aut T. Liuij, ⁴ aut Epicuri posset videri. tantà autem dulcedine me tenuit & traxit, vt illum sine vllâ dilatione perlegerem. ⁵ Sol me inuitabat, ⁶ fames admonebat, ⁷ nubes minabantur: tamen exhausti totum. Non tantum delectatus, sed gauisus sum. Quid ingenij iste habuit? quid animi? dicerem, quid impetus? si interquieuisset, si interuallo surrexisset. Nunc non fuit impetus, sed tenor, compositio ⁸ virilis & sancta. Nihilominus interueniebat dulce illud, & loco lenes. Grandis & rectus es. hoc te volo tenere, sic ire. Fecit aliquid & materia. ideo eligenda est fertilis, quæ capiat ingenium, quæ excitet. De libro tuo plura scribam, cum illum retractauero: nunc verò parum mihi sedet iudicium, tamquam audierim illa, non legetum. Sine me & inquirere. Non est quod verearis, verum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes, propter quod quisquam tibi ⁹ tam longè mentia- tur! nisi quod etiam vbi causa sublata est, mentimur & consuetudinis causa.

13. NON ET HOC.] Muretus accipit, Nihil aliud quàm spinosos Syllogismos ex repugnantibus curantes: qui ferè sic conformari solent: Non & hoc, & illud. Hoc autem est: non illud igitur. Ego verò aliter. Damnat, qui solam Dialecticam curant, non grauiora: & hanc vt ἔργον habent, non ἀπάγειον. Debebant, inquit, non hanc curare tantum, sed & hanc: id est, in adiumento, non in principali habere.

EPIST. XLVI. I. EX COMMODO.] Vbi commodum esset.

2. TVITEMPORIS.] Scripti ferè, corporis: sed illud teneam: Qui esset grandior, quàm aut iuueni aut meum tempus ferret scribere, siue legere.

3. AVT T. LIVIJ.] Multa enim scripsit abo-

lita, etiam philosophica. Et certè libri Historiarum nec ex quadrante exstant.

4. AVT EPICURI.] Qui omnes philosophos copiam librorum vicit, etiam Chryppum: Laetius.

5. SOL ME INVITABAT.] Vt postio libro inambularem, aut me insolare, vngeremque.

6. FAMES ADMONEBAT.] Item ponere, & cibum sumere.

7. NVBES MINABANTVR.] Postea inducta. & suadebant exercere corpus, ante pluuiam.

8. VIRILIS ET SANCTA.] An etiam, sana.

9. TAM LONGE.] In tuâ prouinciâ aliquid potes, hic Roma nihil.

EPIST. XLVII

FAMILIARITER cum seruis agendum, viuendumque. Peccatum in eo sui cui, ex festu & fastidio. Iudicio tamen, liberius aut seuerius, hos illosque (pro indole & virtute cuiusque) habendos.

LIBENTER ex his qui à te veniunt cognoui, familiariter te cum seruis tuis viuere. hoc prudentiam tuam, hoc ¹ eruditionem decet. Serui sunt? imò homines. Serui sunt? imò contubernales. Serui sunt? imò humiles amici. Serui sunt? imò conserui, si cogitaueris tantumdem in utrosque licere fortuna. Itaque rideo istos qui turpe existimant cum seruo suo cænare: quare? nisi quia superbissima consuetudo cænantis domino stantium seruorum turbam circumdedit. Est ille plus quàm capit, & ingenti auiditate onerat distentum ventrem, ac desuetum iam ventris officio, vt maiore operâ omnia egerat, quàm ingessit: ac infelicibus seruis ² mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet. ³ virgâ murmur omne compescitur: & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, ⁴ tussis, sternutamentum, singultus: magno malo vllâ voce ⁵ interpellatum silentium luitur: nocte totâ ieiuni, inuicque perstant. Sic fit, vt isti de domino loquantur, quibus corâm domino loqui non licet. At illi quibus non tantum corâm dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non confuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem, periculum imminens in caput suum auertere. In conuiujs loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantiae prouerbiu iactatur: ⁶ Totidem esse hostes, quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia & inhumana prætereo, quòd nec tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur: quòd cum ad cænandum discubimus, alius ⁷ sputa detergit, alius ⁸ reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aues scindit: ⁹ pectus & clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, ¹⁰ in frustra excutit. Infelix qui huic vni rei viuut, vt altitia decenter fecet. nisi quòd miserior est, qui hoc voluptatis causâ docet, quàm qui necessitatis, discit. Alius vini minister in ¹¹ muliebrem modum ornatus, cum ætate luctatur. Non potest effugere pueritiam, sed retrahitur. iamque ¹² militari habitu

EPIST. XLVII. 1. ERUDITIONEM DETEST.] Nam Eruditio Stoicis dicitur, Sapientia. Notantur Manud. 11. Dissert. 1.

2. MOVERE LABRA.] Idem notat, & carpit, De Irâ 111. cap. xxxv. Quid flagella mediâ cænâ petis, quòd serui loquuntur: quòd non eodem loco & turba concionis est, & silentium solitudinis? Apud Persas simile, Ammianus lib. xxiii. Nec ministranti apud eos famulo, mensæque adstanti, hiscere vel loqui licet, vel spueri. ita prostratis pellibus labra omnium vincuntur.

3. VIRGA MVRMVR.] Et videtur fuisse officij genus, qui intenderent, & loquentes coercerent. Quo exemplo postea apud Principes Silentiarj, qui hanc reuerentiam ei præstarent.

4. TVSSIS, STERNVTAMENTVM.] De Irâ 11. cap. xxv. Quid est cur tussis alicuius, aut sternutamentum, nos in rabiem agat?

5. INTERPELLATVM.] Quidam libri, interpellatum, item recte.

6. TOTIDEM HOSTES.] Ista sublegit Macrobius 1. Saturn. cap. x. De ipso autem adagio Festus, in Quot serui.

7. SPUTA DETERGIT. De Brevit. vit. cap. xii. Quàm curiosè infelices pueruli ebriorum sputa detergant.

8. RELIQUIAS TEMVLENTORVM.] Analecra & cibus.

9. PECTVS ET CLVNES.] Nam hæc due partes in ausibus expetite. Non displiceat tamen quorundam librorum lectio: Per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, frustra excutit.

10. IN FRVSTA EXCVTIT.] De Brevit. vit. cap. xii. Quanta arte scindantur aues in frustra non enorma. Atque hæc scilicet, ne manu tangeret, in orbem aut lancem subiectam excutiebant.

11. MVLEBREM MODVM.] Comatos, & in veste longâ: eisdemq; calamistratos & comptulos. Apuleius: Scitulæ ministrantes pueri calamistrati, pulchrè intusiati. Ambrosius lib. 1v. Epist. ad Ireneum: Torquatos & calamistratos habent in ministerio, ipsi promissâ barbâ, illos remisâ comâ. Atque isti ferè erant à cyathis.

12. MILITARI HABITV.] Formâ tali, & ætate robustâ: an & vestem notat? Nam isti pueri in rusâ esse solent, vt & milites, alibi à me notatum.

13. DESTRI-

A habitu glaber, ¹³ destrictis pilis, ¹⁴ aut penitus euulsis, totâ nocte peruigilat: quam ¹⁵ inter ebrietatem domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo vir, & in conuiuio puer est. Alius cui conuiuatarum ¹⁶ censura permisa est, perstat infelix, & expectat, quos adulatione, & intemperantia aut gula, aut linguæ, ¹⁷ reuocet in crastinum. Adice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est: qui sciunt, cuius rei illum sapor exciter, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsâ satietate fastidiat, quid illo die efuriat. Cum his cœnare non sustinet, & maiestatis suæ diminutionem putat, ad eandem mensam cum seruo suo accedere. Dij melius, quod ex istis dominos habent. ¹⁸ Stare ante limen ¹⁹ Callisti dominum suum vidi, & eum qui illi ²⁰ impegerat titulum, qui inter ²¹ reuicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus, ille ²² in primam decuriam coniectus, in quâ ²³ vocem præco experitur, & ipse illum inuicem ²⁴ apologauit, & ipse non iudicauit domo suâ dignum. Dominus Callistum vendidit: sed ²⁵ domino quàm multa Callistus? Vis tu cogitare **B** istum quem seruum tuum vocas, ²⁶ ex iisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè viuere, æquè mori? Tam tu illum ingenuum videre potes, quàm ille te seruum.

13. DE STRICTIS PILIS.] Psilothro aut resnâ, opinor. Tunc enim facile eos fricando, & manu admouit, destringere. At libris tamen nostris nulla ea vox est, sed retitit, aut tritit: quod ego teneam, aut certè, detritit: ac significat forcipe aut rasorio potius cultro pilos rectos minutòsque. Quod solent & adustione præstare. Confirmat quod sequitur.

14. AUT PENITVS EUVLIS.] Nonne enim & Psilothro destricti penitus euellantur? æquè sanè ac uolsellis, quas ipsas adhibebant. Ceterum radi aut uelli, mollibus istis in asiduo usu, ut laues semper essent. Suetonius de Othone, corpore uulso fuisse, & faciem cotidie rastasse. Lucily uersus:

C Rador, subuellor, desquamor, pumicor, omor: à me quidem sic legendus.

15. INTER EBRIETATEM.] Dicit totam noctem uigilare, sed paritis ministeris. Priorem partem in conuiuio esse, ebrio domino cyathisstantem: alteram in lecto, uirum illi agentem. Vah pudor, non ultrâ expleto. Et tales nempe grandes isti pueri, quos Achilles uocitabant, & in uiramque Venerem habebant.

16. CENSURA PERMISSA EST.] Vocator.

17. REVOCE IN CRASTINUM.] De Adulatione, liquet: ea causâ iusta reuocandi: sed idè in Lingua aut Gula intemperantiâ? contra dicas, tales non reuocatos. Nisi forte Vitiosos istos ipsa Vitia capiebant. Dubit aut legere: reuocet non reuocet in crastinum. Adulatio reuocet, non reuocet duo dicta.

18. STARE ANTE LIMEN.] Ut clientulum, egressus expectantem. Similimum de Felicione quodam sui aui Epictetus, i. Dissert. xix. Sutorum quemdam habuit Epaphroditus, quem ut nullius usus aut frugis vendidit. At istum, bono suo dæmone, Cæsarianus aliquis emit, & Cæsaris tutor est factus. Vidisses statim, ut eum coluerit Epaphroditus. Quid agit optimus Felicio? Amo re. Deinde si quis nostrum interrogaretur, Quid agit Epaphroditus? dicebatur, cum Felicione super te quapiam deliberare.

19. CALLISTI DOMINVM.] Hic præpotens liberus Claudianus fuit, & è Tacito, Suetonio, Dionotus.

20. IMPEGERAT TITVLVM.] Vanales serui cum titulo ad pectus, qui, quale sibi essent: ex Aedilicio edicto. Dicit autem Impactum titulum, quasi per contemptum, & notis fortasse insignem. Nam addit, inter reuicula mancipia productum: ut prauum, & titulo non allaudant.

21. REVICULA MANCIPIA.] Probanus: & libri tamen ridicula constanter scribunt. Nec male, quia risu & iocis excipi solent, ab ipsis etiam præconibus: ut in Apuleij VIII. discas.

22. IN PRIMAM DECURIAM.] Plures unâ vanales: & videntur serie, ac per decurias (quidam libri curias uellent) producti. Plurimi autem, optimi reseruati, uiliissimi in primo agmine expositi. Martialis idem ostendit, sed & casulis aut cellis à mangone distinctos. lib. ix.

Inspexit molles pueros, oculisq; comedit,
Non hos, quos primæ profutuere casæ,
Sed quos arcana seruant tabulata catasta:
Et quos non populus, nec mea turba uidet.

23. VOCEM PRÆCO EXPERITVR.] Identidem clamando, nec empirorem reperiendo. Quod Apuleius sibi euenisse, reuicula stem & subcisuo, memorat lib. VIII. Tunc præco diruptis faucibus & rauca uoce faucibus, in meas fortunas ridiculos construebat iocos.

24. APOLOGAVIT.] Displicet Henrico Stephano, & uellet, ablegauit. At libri omnes ingerunt: & quidam explicant, conuicio affectus uel notauit. Ego putem uulgi uerbum, sed Græcæ fontis esse, ἀπολογῶν: quod ualeat illis reuicere, repudiare. Ipsa uox uentia, sed aliter paullo flexa. Ita dixerunt Catamidiare, Aporiani, & id genus alia.

25. DOMINO QUAM MULTA.] Ipsi domino aliquid à Casare petens Callistus impetrauit, sed non sine preuo aut dono. Non displiceret etiam, domini quàm multa: ut notet uniuersè potentiam Callisti, & secordiam Claudij, sub quo mancipia ista omnia pro arbitrio ferebant, agebant.

26. EX HISDEM SEMINIBVS.] Ipsa hæc Epictetus i. Dissert. XIII. Non recordaberis, qui sis, & quibus imperes? nonne cognatis? nonne naturâ fratribus? nonne à Ioue oriundis?

seruum. ²⁷ Marianâ clade quàm multos splendidissimè natos, ²⁸ senatorium per militiam auspicientes gradum, fortuna depreffit? alium ex illis ²⁹ pastorem, alium custodem casæ fecit. Contemne nunc eius fortunæ hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum immittere, & de usu seruorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, & contumeliosissimi sumus. Hæc tamen præcepti mei summa est: Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum liceat: veniat in mentem, tantumdem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum. ³⁰ Bona ætas est: forsitan habebis. nescis quâ ætate Hecuba seruire cœperit, quâ Cræsus, quâ Darij mater, ³¹ quâ Plato, quâ Diogenes? Viue cum seruo clementer. ³² comiter quoque & in sermonem admitte, & in consilium, & in conuictum. Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum: Nihil hac re humilium, nihil turpius. Hos ego eosdem deprehendam, alienorum seruorum ³³ osculantes manum. Ne illud quidem videris, quàm omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint? Dominum, ³⁴ patremfamilie appellauerunt: seruos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. Instituerunt diem festum, ³⁵ quo non solum cum seruis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, ³⁶ ius dicere permiserunt, & domum pusillam rempublicam esse iudicauerunt. Quid ergo? omnes seruos admouebo mensa meâ? non magis quàm omnes liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi fordidioris operæ reiecturum, vt puta illum mulionem, & illum bubulcum: non ministeriis illos aestimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores: ministeria casus assignat. Quidam carent tecum, quia digni sunt; quidam, vt sint. Si quid enim in illis ex fordidâ conuersatione seruire est, honestiorum conuictus excutiet. Non est, mi Lucili, quòd amicum tantum in foro & in curiâ queras: si diligenter attenderis, & domi inuenies. Sæpe bona materia cessat sine artifice. tenta, & experire. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspiciat, sed stratum eius ac frænos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex condicione, quæ vestis modo nobis circumdata est, aestimat. Seruus est? sed fortasse liber animo. Seruus est? hoc illi nocebit? ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem, ³⁷ ancilæ serui-

27. MARIANA CLADE.] *Liquet mihi legendum, Variânâ. Nam neque Marius tulit cladem à barbaris, sed dedit. Nec ad ipsos Germanos referre potes, factos ab eo seruos: nam addit Senatorium gradum auspiciatos, quod certè Romanorum est, non Germanorum. Cape igitur de Quinctilij Vari clade, cum tribus legionibus ab Arminio cæsi: atque in eâ multi honesti aut nobiles facti serui.*

28. SENATORIVM PER MILITIAM.] *Dixi in Militiâ lib. II. cap. IX. Tribunos Laticlauios fuisse, & primum hunc velut aditum in curiam. Adde Epitæti locum lib. III. Dissert. XXVI. Si militauiero, inquit, liberabor malis omnibus. Militat igitur, fert ea quæ seruus aliquis verbero: ac nihilo secius alteram tertiamq; militiam postulat. Deinde cum ipsum Colophonem imposuerit, & factus fuerit Ordinis Senatorij, tunc incipit seruus esse: cum in curiam ingreditur, pulcherrimam seruitutem seruit. Discite tres militias sic militasse, id est ter Tribunos, siue per tres annos an semestria fuisse, & tum Senatores habitos, ex instituto Augusti.*

29. PASTOREM.] *Quis enim alius seruorum usus inter barbaros? & de us agit: spectatq; eodem de casâ, quod adiungit. Non enim Palatia illæ, nec mediastinis opus, aut atriensibus.*

30. BONA ÆTAS EST.] *Inuentus: vt Mala ætas, Senectus.*

31. QVA PLATO.] *Quem Dionysius, libertate eius offensus, Polidi Lacedæmonio vendendum tradidit. quod fecit, & adductum in Aeginam, Anniceri Cyrenæo viginti minis vendidit: qui illico tamen Athenas ad amicos liberum eum remisit.*

32. COMITER QVOQVE.] *Quidam libri, in iter quoque.*

33. OSCVLANTES MANVM.] *Quod ipsum seruorum erga dominos erat. Videbis in 11. Elect. cap. VI.*

34. PATREMFAMILIÆ.] *Tertullianus: Gratius est nomen pietatis, quàm potestatis: etiam familie magis patres, quàm domini vocantur.*

35. QVO NON SOLVM.] *Quidam libri, non quo solo: & ita sententia melior. Nam & alii cenabant cum Dominis; sed tunc de more, & ipsi velut Domini. Vide Saturnalia nostra I. cap. II.*

36. IVS DICERE.] *Quod etiam allas inter ipsos usurpabant. Certè Plutarchus de Catone Censorio scribit: Serui siquæ capitale fraudem admisisse videbantur, de iis, si in iudicio confertorum capitibus damnati fuissent, supplicium sumebat.*

37. ANCILÆ SERVIENTEM.] *Quam capiat, & hereditaria est.*

38. ANCIL-

A uientem, dabo³⁸ ancillulæ diuitem: ostendam nobilissimos iuuenes³⁹ mancipia Pantomimorum. Nulla seruis turpior est, quàm uoluntaria. Quare non est quòd fastidiosi te deterreant, quò minus seruis tuis hilarem te præstes, & non superbè superiorem.⁴⁰ Colant potiùs te, quàm timeant. Dicit nunc aliquis, me vocare⁴¹ ad pileum seruos, & dominos de fastigio suo deiicere: quod dixi, colant potiùs dominum, quàm timeant. Ita ne, inquit, profus colant tamquam clientes, tamquam salutatores? Hoc qui dixerit, obliuiscetur, id dominis parum esse, quod Deo satis est, qui colitur & amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissimè ergo te facere iudico, quòd timeri à seruis tuis non vis, quòd uerborum castigatione ueris. Verberibus⁴² multa admonentur. non quidquid nos offendit, & laedit. Sed ad rabiem cogunt venire deliciae, ut quidquid non ex uoluntate respondit, iram prouocet.⁴³ Regum nobis induimus animos. nam illi quoque oblitæ & uirium suarum, & imbecillitatis alienæ, sic excandescunt, sic fræuiunt, quasi iniuriam acceperint: à cuius rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos præstat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi⁴⁴ captant, querendo. acceperunt iniuriam, ut facerent. Diutius te morari nolo. non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, & permanent. leuis est malitia, sæpe mutatur: non in melius, sed in aliud.

EPIST. XLVIII.

AMICIS eadem expedire, & alterum alteri uitilem esse. Tum contra captiuiculas, & spinosas ineptias. Quid facitis? quid luditis? de uitâ agitur: succurre, & forma. De fortuna: contra eam da arma.

C AD epistolam quam mihi ex itinere misisti, tam longam, quàm ipsum iter fuit, postea rescribam. Seducere me debeo, & quid suadeam, circumspicere. Nam tu quoque qui consulis, diu an consuleres cogitasti: quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore morâ opus sit, ut soluas quæstionem, quàm ut proponas? Vtique cum aliud tibi expediat, aliud mihi: iterum ego¹ tamquam Epicurus loquor. Mihi uerò idem expedit, quod tibi: aut non sum amicus, nisi quidquid agitur² ad te pertinens, meum est. Consortium rerum omnium inter nos facit amicitia: nec secundi quidquam singulis est, nec aduersi.³ in commune uiuitur. Nec potest quisquam beatè degere, qui se tantum intueretur, qui omnia ad utilitates suas conuertit: alteri uitas oportet, si vis tibi uiuere. Hæc societas diligenter & sanctè obseruanda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & iudicat aliquod esse commune ius generis humani. plurimum ad illam quoque (de quâ loquebar) interiorē societatem amicitia colendam proficit. Omnia enim cum

amico

38. ANCILLULÆ DIUITEM.] Amore eius corruptum.

39. MANCIPIA PANTOMIMORVM.] Vide Quæst. Nat. vii. cap. vlt.

40. COLANT POTIUS TE.] Poeta uetus dixit: Malo uereri, quàm timeri me à meis.

41. AD PILEVM.] Ad libertatem.

42. MULTA ADMONENTVR.] Putæ, muta! & quæ sermonis uisum sensumq; non habent.

43. REGVM NORIS INDUIMVS.] De Ira ii. cap. xxxi. Regis quisque intra se habet animum, ut licentiam sibi dari in alterum uelit, in se nolit. *Musonius: Τι ωσβαλλόμεθα τυράννους, μάλλον χείροναι ἀπὸ τῆς ἀδελφείας, τὰς δὲ ὁμοίας αὐτοῖς ἐχόμεν ὁμοίας, ἐν ταῖς ἀχούοιαις τῶν καί: Cur tyrannos abiicimus & damnamus, ipsi longe us dete-*

riores: nam impetus affectusque eosdem habemus, et in dissimili fortunâ.

44. CAPTANT, QUERENDO.] Querelas struunt iacuntq; ut laesi: atque hoc ideo, ut ledant.

EPIST. XLVIII. I. ALIUD TIBI EXPEDIAT.] Videtur de mansione in provincia fuisse consultiō: at Seneca maluisse redire, & adesse.

2. TAMQVAM EPICVRVS.] Pro eius sensu & dogmate. qui utilitatibus amicitias metitur: atque ea alij alia: Ad epist. ix.

3. AD TE PERTINENS.] Quidam scripti, à te, protinus.

4. IN COMMUNE UIUITVR.] Quod pulebrè in Aristotele, interrogatus Quid esset Amicus? *μία ψυχή δὲ ὁ σῶμασιν ἐν μέσσοις: Vna anima duobus corporibus inhabitans.*

amico communia habebit, qui multa cum homine. Hoc, Lucili virorum optime, mihi A ab istis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare debeam, quid homini, quam quot modis Amicus dicatur, & Homo quam multa significet. In diuersum ecce sapientia & stultitia discedunt. cui accedo? in vitam ire partem iubet? ⁵ Illi homo pro amico est, ⁶ huic amicus non est pro homine: ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi verba distorques, & syllabas digeris. Scilicet nisi interrogationes vaferrimas struxero, & conclusionem falsâ à vero nascens mendacium adstrinxero, non potero à fugiendis perenda fecernere. Pudet me, in re tam seriâ senes ludimus. Mus syllaba est: mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit. Puta nunc me istud non posse soluere: quod mihi ⁷ ex ista sententiâ periculum imminet? quod incommodum? Sine dubio verendum est, ne quando in muscipulâ syllabas capiam, aut ne quando si negligentior fuero, caseum liber comedat. Nisi fortè acutior est illa collectio: Mus syllaba est: syllaba autem caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est quod tristes docemus & pallidi? Vis scire, quid B philosophia promittat generi humano? consilium. Alium mors vocat, alium paupertas vrit, alium diuitiæ ⁸ vel alienæ torquent, ⁹ vel suæ: ille malam fortunam horret, hic se felicitati suæ ¹⁰ subducere cupit: hunc ¹¹ homines male habent, ¹² illum dij. Quid mihi ¹³ lusoria ista proponis? non est iocandi locus. ad miseros aduocatus es. Opem te laturum naufragis, captis, ægris, egentibus, intentæ securi subiectum præstantibus caput, pollicitus es: quò diuertes? quid agis? hic cum quo ludis, timet. ¹⁴ Succurre, quisquis eloquentior es, pereuntium pœnis. Omnes vndique ad te manus tendunt, perditæ vitæ, perituræque auxilium aliquod implorant, in te ¹⁵ spes opesque sunt. Rogant vt ex tantâ illos volutatione extrahas, vt disiectis & errantibus clarum ¹⁶ veritatis lumen ostendas. Dic quid natura necessarium fecerit, quid superuacuum, quam faciles leges posuerit; quam iucunda sit vita, quam expedita, illas sequentibus; quam acerba & implicita eorum, qui opinioni plus quam naturæ crediderunt. Quid istorum cupiditates demit? quid temperat? Vtinam tantum non prodesse! nocent. Hoc tibi, cum voles, C manifestissimū faciam, & comminui & debilitari generosam indolem, in istas argutias coniectam. Pudet dicere contra fortunam militaturis, quæ porrigant tela, quæ admodum illos subornent. Hac ad summum bonum itur? per istud philosophiæ sunt nigrae, & turpes, infamesque etiam ¹⁷ ad album sedentibus, exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogaris, scientes in fraudem inducitis, quam vt ¹⁸ formulâ cecidisse videatur? Sed quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Quid disceditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti, affecturos vos, vt non magis auri

5. ILLI HOMO.] Stoico illi.

6. HVIC AMICVS.] Epicuréo. qui nec ius aliquod commune se habere censet, sed ad se vnum omnia refert.

7. EX ISTA SENTENTIA.] Meus liber, scientiâ. Putarem, inscientiâ.

8. VEL ALIENÆ TORQVENT.] Inuidiâ.

9. VEL SVÆ.] Quas non disponit bene, aut dispensat. Item torquent, metu amittendi.

10. SUBDUCERE CUPIT.] Ferendæ impar.

11. HOMINES MALE HABENT.] Irascitur iis, vt Lesus.

12. ILLVM DIJ.] Qui caelestes incusat.

13. LVSORIA ISTA.] Arma batuentium.

14. SUCCURRE, QVIS QVIS ELOQVENTIOR.] Fide Erasmi, ex vno codice recepta lectio: sed nec ipsi proba. Scripsi valde abeunt: è quibus nosster & plures: succurrere. Quidquid laqueati respondent in pœnis. Quidam, succurre. quid est quod laqueati. Concinnabam ego: hic cum quo lu-

dis, timet. succurre. Quidquid illaqueatorū pendet in pœnis, omnes vndique ad te manus tendunt. Ecce, tu laqueos verborum iocose necis: at isti miseri verè illaqueati pendunt in suis quisque pœnis. hi omnes te spectant auxiliarem, & liberatorem.

15. SPES OPESQUE SVNT.] Sallustianum est, D de Mario: Spes atque opes ciuitatis in illo sitæ.

16. VERITATIS LVMEN.] Hoc promittunt philosophi, & præstant. Lucretius:

— quique per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantisque tenebris,
In tam tranquillo, & tam clarâ luce locarunt.
Vtramque imaginem ibi habes, & Volutionis, & Luminis.

17. AD ALBUM SEDENTIBVS.] Leguleijs, circa album Prætoris, & formulas occupatis.

18. FORMVLA CECIDISSE.] Quod fit, cum actio aliter, apud alium, alio tempore, quam oportuit præscriptum, est, instituitur. Iurisperiti ista: & nos aliquid De Clem. 11. cap. 111.

19. OMNES

Auri fulgor, quam gladij perstringat oculos, ut ingenti constantia, & quod ¹⁹ omnes optant, & quod ²⁰ omnes timent, calcem, ad Grammaticorum elementa descenditis? Quid dicitis? sic itur ad astra? hoc enim est quod philosophia mihi promittit, ut me parem Deo faciat: ad hoc inuitatus sum, ad hoc veni. fidem praesta. Quantum potes ergo, mi Lucili, reduce te ab istis exceptionibus ²¹ & praescriptionibus philosophorum. Aperta decent & simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset aetatis, parca iam dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc quae dementia est, superuacua discedere in tanta temporis egestate?

EPIST. XLIX.

POMPEIORVM adspetu, memoriam sibi Lucilij renouatam. De breuitate & cursu temporis: nihil longum aut vetus in eo esse. Obiter contra Dialecticos: & totum id genus prospiciendos tantum.

EST quidem, mi Lucili, supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur: tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocant, nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem irritant. sicut dolorem lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut feruuli ¹ familiaris admissio, aut vestis, aut domus renouat. Ecce Campania, & maxime Neapolis, ad ² Pompeiorum tuorum conspectum, incredibile est, quam recens desiderium tui fecerit. Totus mihi in oculis es, cum maxime a te discedo: video lacrimas combibentem, & affectibus tuis inter ipsam coercionem exeuntibus non satis resistentem. ³ modò amisisse te videor. Quid enim non modò est, si recorderis? Modò ⁴ apud Sotionem philosophum puer fedi, modò caussas agere ceppi, modò desij velle agere, modò desij posse. Infinita est velocitas temporis, quae magis apparet respicientibus. Nam ad praesentia intentos fallit: adeò praecipitis fugae transitus leuis est. Caussam huius rei quaeris? quidquid temporis transit, eodem loco est: pariter aspicitur, vnà iacet: omnia inde in profundum cadunt. & alioquin non possunt longa interualla esse in ea re, quae tota breuis est. Punctum est quod viuimus, & adhuc puncto minus: sed hoc minimum specie quadam longioris spatij natura diuisit. Aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quamdam ab adolescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto, quot gradus posuit? Modò te profecutus sum: & tamen hoc modò, aetatis nostrae bona portio est: cuius breuitatem ⁵ aliquando futuram cogitemus. Non solebat mihi tam velox tempus videri. nunc incredibilis cursus apparet: siue quia ⁶ admoeri lineas sentio, siue quia attendere ceppi & computare damnum meum.

19. OMNES OPTANT.] Bona externa.

D 20. OMNES TIMENT.] Mala eadem.

21. ET PRÆSCRIPTIONIBVS.] Ita & exceptiones dicuntur, quibus reus agentem repellit. Talia autem in Sophismatis, & sita quadam legesq, ad reuocandum & soluendum.

EPIST. XLIX. 1. FAMILIARIS ADMISSIO.] Qui illius scilicet fuit, quem luges. Eo admissio & viso, recrudescit dolor. Alij tamen libri, admonitio.

2. POMPEIORVM TVORVM.] Villam, opinor, in Pompeiano habebat. Vide initio epist. LXX.

3. MODÒ AMISISSE TE.] Ex eo loco in Siciliam euntem, Seneca profecutante. Ita enim infra: Modò te profecutus sum.

4. APVD SOTIONEM.] Aliquoties Sotion qui-

dam citatur De successione philosophorum, à Laertio, Graecè Σοτρίων: non iste, opinor. Citatur & Agellio, lib. 1. cap. VIII. è Peripateticà disciplina: est male ibi libri quidam Phocion. Sed noster iste magis Pythagoricus fuisse videtur, ex epistola CVIII. De quo etiam Eusebius Chronico, extremis Augusti annis: Sotio philosophus Alexandrinus, praceptor Senecae, clarus habetur.

5. ALIQVANDO FVTVRAM.] In senio, & sub exitum.

6. ADMOVERI LINEAS.] Vt in stadio, ubi curritur ad lineam, & iam tangimus. Duplex enim ibi linea, & à qua, & ad quam currebant: τὰ ὄρα aut γεραιὸν Graeci dixerunt. Vary meminere: & Euripides allusit Antigona:

— ἴα' ἀρχὰν ἠνορέδῃ γεγαυμένην κατῶν: Deuenimus summam ad malorum lineam.

Iterumque

meum. Eò magis utique indignor, aliquos ex hoc tempore (quod sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit) in superuacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos. Tristiùs inepti sunt. illi ex professio lasciuunt: hi agere seipos aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda ista: sed prospicienda tantum, & à limine salutanda, in hoc vnum, ne verba nobis dentur, & aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in eâ quæstione, quam subtilius est contempsisse, quàm soluere? Securi est, & ex commodo migrantis, minuta conquirere. Cùm hostis instat à tergo, & 7 mouere iussus est miles, excutit necessitas 8 quidquid pax otiosa collegerat. Non vacat mihi verba dubiè cadentia consecrari, & vafritiam in illis meam experiri.

Adspice qui cœcant populi, quæ mania clausis

Ferrum acuant portis.

Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiendus est. Demens omnibus meritò videret, si cùm saxa in munimentum murorum fenestras feminaeque congererent, cùm iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut posceret, cùm hostilia in portis tela vibrarent, & ipsum solum suffossionibus & cuniculis tremere, sederem otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponens: Quod non perdidisti, habes: cornua autem non perdidisti: cornua ergo habes: aliaque ad exemplum huius acutæ delirationis concinnata. Atqui æquè licet demens tibi videar, si istis impendero operam, & nunc obsideor. Tunc tamen periculum mihi obsesso externum immineret, murus me ab hoste fecerneret: nunc mortifera mecum sunt. Non vaco ad istas ineptias. ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit vita: aduersus hæc me doce aliquid. effice ne ego mortem fugiam, vita 9 me non effugiat. Exhortare aduersus difficultia, de æquanimitate: aduersus ineuitabilia, angustias temporis mei laxa: doce non esse positum bonum vitæ in spatio eius, sed in vsu: posse fieri, imò saepe fieri, ut qui diu vixit, parùm vixerit. Dic mihi dormituro, Potes non expergisci: dic experrecto, Potes non dormire amplius. Dic exeunti, Potes non reueri: dic redeunti, Potes non exire. Erras, si in nauigatione tantum existimas minimum esse, quo à morte vita diducitur: in omni loco æquè tenuè interuallum est. Non vbiq; se mors tam propè ostendit: vbiq; tam propè est. Has tenebras discute: & facilius ea trades, ad quæ præparatus sum. Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset. De iustitiâ mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utrâque, & illâ cui alieni corporis abstinentia est, & hac cui sui cura. Si me nolueris per deuia ducere, facilius ad id quò tendo, perueniam. Nam (ut ille 11 ait Tragicus) *Veritatis simplex oratio est.* Idcoque illam implicare non oportet. nec enim quidquam minùs conuenit, quàm subdola ista calliditas, animis conantibus magna.

Iterumque in Electrâ:

Μή μοι, τὸ πρότερον εἶμι ἐὰν δράμη καλῆς,

Νικῶν δουρίτω τὴν δίκην, ἄρην ἐν ᾠδῆας

Γεμυῖνέ μοι τῆς, καὶ τέλος καὶ μὴ βίον:

Ne mihi, licet primum cucurrent bene

Cursum, æstimetur victor, ante lineam

Quam tangat, atque compleat vitæ modum.

Sed & Pindarus in Pythiis, γεμυῖνέ μοι τῆς, quod ante

teâ τέτρα. Hoc ipso adspicitur Horatius:

— mors vltima linea rerum est.

Alij (ut Muretus) ad ludum calculorum referunt, vbi

linea, & vltimam ἰσπῶν sive Sacram volunt dictam.

Eò cùm aliter calculos promouerat, ludus finiebatur.

Fuerunt & in Circo lineæ: sed ad illas Stadiâles mihi

verius referri. Quod autem est, Admoueri lineas:

uale epist. xxvi. Decrepitos, & extrema tangentes. Etiam in Valerio. lib. i. cap. vii. Propioribus lineis admoueri.

7. MOVERE IVSSVS.] Quidam libri, inducere: quod de armis capias.

8. QUIDQVID PAX.] Spolia & sarcinulas.

9. ME NON EFFUGIAT.] Si tempus aliud aut malè agens perdo, effugit vita: si bene & vultuer pono, nihil mihi perit.

10. MINIMUM ESSE.] Tabulam vnâ,

— digitis à morte remotam

Quattuor.

11. AIT TRAGICVS.] Euripides in Phœnissis:

Ἀπλὴς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐστίν:

Est veritati sermo simplex condecens.

EPIST.

A

EPIST. L.

CAECOS nos in vitiis esse, aut velamenta iis querere. Agnoscenda autem, & remedia querenda. Vnde aliqui animi sanitas? quæ etiam contingere vel inueteratis vitiis potest: quia ille facilis est flecti, & Natura ad bonum volat.

EPISTOLAM tuam accepi post multos menses, quàm miseram. superuacuum itaque putavi, ab eo qui afferebat, quid ageres, querere. Valdè enim bonæ memoriæ est, si meminit: & tamen spero te sic iam viuere, vt vbi cumque eris, sciam quid agas. Quid enim aliud agas, quàm vt meliorem te ipse quotidie facias, vt aliquid ex erroribus ponas, vt intelligas tua vitia esse, quæ putas rerum? Quædam enim locis & temporibus adscribimus: at illa, quocumque transferimus, secutura sunt. ¹ Harpasten, vxoris meæ fatuam, scis ² hereditarium onus in domo meâ remansisse. Ipse enim auersissimus ab istis prodigiis sum. si quando fatuo delectari volo, non est mihi longè querendus: me rideo. Hæc fatua subitò desinit videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram. nescit esse se cæcam: subinde pædagogum suum rogat, vt migret: ait domum tenebrosam esse. Hoc quod in illâ ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi. nemo se atarum esse intelligit, nemo cupidum. Cæci tamen ducent quærent: nos sine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romæ potest viuere. Non ego sumptuosus sum, sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium quod iracundus sum, quòd nondum constitui certum genus vitæ: adolescentia hæc facit. Quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. Si curari cœperimus, quando tot morbos, tantæve ægritudines discutimus? Nunc verò ne quærimus quidem medicum: qui minus negotij haberet, si adhiberetur ad recens vitium. sequerentur teneri & rudes animi, recta monstrantem. nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illâ defecit. Erubescimus discere bonam mentem. at mehercules, turpe est magistrum ³ huius rei quærere. Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere: laborandum est: & vt verum dicam, ne labor quidem magnus est; si modò, vt dixi, antè animum nostrum formare incipimus, & recorrige, quàm indurescat prauitas eius. Sed nec indurata despero. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Robora in rectum, quamuis flexa, reuocabis: curuatas trabes ⁴ calor explicat; & aliter natæ, in id finguntur, quod vsus noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & ⁵ omni humore obsequentior? ⁶ quid enim aliud est animus, quàm ⁷ quodammodo se habens spiritus? vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni aliâ materiâ, quanto tenuior est. Illud, mi Lucili, non est quod te impediatur, quò minus de nobis benè speres, quòd malitia iam nos tenet, quòd diu in possessione nostri est. Ad neminem antè bona mens venit, quàm mala. omnes præoccupati sumus, virtutes discere, vitia dediscere: sed eò maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quòd semel traditi boni perpetua possessio est.

* Non

EPIST. L. I. HARPASTEN.] Est ἀπρασὴν, benè ominatum nomen: quasi bellula futura, & rapiendâ ab omnibus. vt ἀπρασὸν, pilâ genus, eâ re dixerunt.

2. HEREDITARIUM ONUS.] Hereditate, cum reliquis famulis, transmissam.

3. HUIUS REI QUÆRERE.] Negatio excidit, atque ex sententiâ repono: huius rei non querere. Pudet discere: pudere debebat non discere. Nemo enim (ait epist. LII. per se satis valet, vt emergat: oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Doctrinâ enim queritur Virtus: illa sine magistro non est. Stoicam dogma: de quo nos Manud. 11. Dissert. x.

4. CALOR EXPLICAT.] Ligno scisso, & ponderibus altorsum ducto, subditus. Vasculary & nare cotidie faciunt.

5. OMNI HUMORE.] Non trabe aut robore tantum, sed aere aut aquâ, quibus nil flexibilis.

6. QUID ENIM ALIUD.] Quia de humore præmissi: ecce ipse Animus, inquit, est Aer: & ergo ductilis.

7. QUODAMMODO SE HABENS.] Spiritus nempe talis: & vt Stoici, πνεῦμα ἄπειρον, calidus spiritus. Vide me Physiol. 111. Dissert. IX.

8. NON

Non dediscitur virtus. Contraria enim mala in alieno hærent: ideo expelli & exturbari possunt: fideliter sedent, quæ in locum suum veniunt. Virtus secundum naturam est: vitia inimica & infesta sunt. Sed quemadmodum virtutes receptæ exire non possunt, facilisque earum tutela est: ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ est, formidare inexperta. Itaque cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est acerba medicina: protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remedium post sanitatem voluptas est: philosophia pariter & salutaris & dulcis est.

EPIST. LI.

DE ÆTNA aliquid, vberius de Baiis: & hac occasione, in molles & luxui deditos. Hunc pellendum, & militandum esse: in quos? in voluptatem, in dolorem, alia. Hoc agentem, bonum in locis seriis sanctisque agere, vitare lasciuia, aut per amena.

QVOMODO quisque potest, mi Lucili: tu istic habes Ætnam, illum nobilissimum Siciliæ montem: quem quare dixerit Messalla vnicum, siue Valgius (apud utrumque enim legi non reperio. cum plurima loca euomant ignem, non tantum edita, quod crebrius euenit, videlicet quia ignis in altissimum efferretur, sed etiam iacentia. Nos utrumque possumus, contenti sumus Baiis: quas postero die, quam attigeram, reliqui. locum ob hoc deuiandum, cum habeat quasdam naturales dotes, quia sibi illum celebrandum luxuria desumpsit. Quid ergo? vlli loco indicendum est odium? minimè. sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis conuenit quam alia, nec vllum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professio: sic regio quoque est, quam sapiens vir, aut ad sapientiam tendens, declinet, tamquam alienam bonis moribus. Itaque de secessu cogitans, numquam Canopum eligeret, quamuis neminem Canopus esse frugi veteret. Ne Baias quidem. diuersorium vitiorum esse ceperunt. Illic sibi plurimum luxuria permittit: illic tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis soluitur. Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic nec inter popinas quidem. Videre ebrios per littora errantes, & comestationes nauigantium, & symphoniarum cantibus perstreptentes lacus, & alia quæ velut soluta legibus luxuria, non tantum peccat, sed publicat, quid necesse est? Id agere debemus, ut irritamenta vitiorum quam longissimè profugiamus. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Vna Hannibalem hiberna soluerunt: & indomitum illum niuib. atque Alpibus virum enervauerunt foinenta Campaniæ. Armis vicit, vitii victus est. Nobis quoque militandum est: & quidem genere militia, quo numquam quies, numquam otium datur. Debellandæ sunt in primis voluptates: quæ (ut vides) læua quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit, quantum operis aggressus sit, sciet nihil delicatè, nihil molliter esse faciendum. Quid mihi cum istis calentibus stagnis?

8. NON DEDISCITVR.] Stoicum est, Sapientem summè & semper beatum esse. Stabile illud Bonum non vi, non casu excuti, aut minui: sed nec crescere. Videfis 111. Manuduct. Dissert. 111.

9. VIRTUS SECUNDVM NATVRAM.] Vide iterum Manuduct. 11. Dissert. x.

EPIST. LI. I. CANOPYM.] Duodecim miliaribus ab Alexandria distantem, impendio locum fanis, & lætis diuersoriis exstructum, ut Ammianus loquitur. Sed & æris ibi mira temperies & salubritas: Serapidis etiam celebre sanum. Ab his causis delicati, religionis etiam specie, celebrabant. & ut Strabo ait, super omnia memorabilis est tur-

ba eorum, qui ad festiuos illic dies, per fossam, Alexandria nauigant. Quæ fossa diebus ac noctibus nauicularum plena est, viros pariter ac mulieres vectantium, qui cantant ac tripudiant, cum extremâ lasciuia atque impudentiâ. Est & in pro- nertio Canopæa luxuria: neque iniuriâ inter infames Seneca habet.

2. VNA HANNIBALEM.] Sic legendum. Sola vna hiberna: adeo periculosum tale contubernium.

3. NOBIS QVOQVE MILITANDVM.] Epictetus 111. Dissertat. xxiv. εστὶν ἡ βίη ἡ δὲ βίος ἐνά- σθω, ἡγὰρ αὐτὴν παραστὰς τοῦ σώματος: Militia est vita cuiusque, atque ea longa ac varia.

4. VT VIDES.] In Annibale, iam dicto.

5. QUID

A' quid cum sudatoriis, in quæ siccus vapor ⁶ corpora exhausturus includitur? Omnis sudor per laborem exeat. Si faceremus, quod fecit Hannibal, ut interrupto cursu rerum, omissoque bello, fouendis corporibus operam daremus: nemo non intemptiuam deficiam, victori quoque, nedum vincenti periculosam, merito reprehenderet. Minus nobis, quam illis Punica signa sequentibus, licet: plus periculi restat cedentibus, plus operis etiam perseuerantibus. Fortuna mecum bella gerit: non sum imperata facturus. iugum non recipio, imò quod maiore virtute faciendum est, excutio: non est emolliendus animus. Si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum est paupertati: idem sibi in me iuris esse volet & ambitio, & ira? inter tot affectus distrahar, imò discerpar. ⁷ Libertas proposita est: ad hoc præmium laboratur. Quæ sit libertas, quæris? nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus: fortunam ⁸ in æquum deducere. quò die intellexero ⁹ illam plus posse, nil poterit. Ego illam feram, cum in manu mors sit? His cogitationibus intentum, loca seria sanctaque eligere oportet. Effeminat animos

B amœnitas nimia: nec dubiè aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aspero vngula est: in molli palustrique pasco saginata, citò subteruntur. Et fortior miles ¹⁰ ex confragoso venit: segnis est urbanus ¹¹ & verna. Nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur: in primo deficit puluere ille vinctus & nitidus. Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. Litrni honestius Scipio, quam Baiis exfulabat. ruina eius non est tam molliter collocanda. Illi quoque, ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit, C. Marius, & Cn. Pompeius, ¹² & Cæsar, exstruxerunt quidem villas in regione Baianâ, sed illas imposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculati latè longèque subiecta. Adspice quam positionem elegerunt, quibus ædificia excitauerunt locis, & qualia: scias non villas esse, sed castra. Habitarum tu putas vniquam fuisse ¹³ in Vtica Catonem, ut præternavigantes adulteras dinumeraret, & adspiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluitantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna conuitia? nonne manere ille intra vallum maluisset, quod in vnam noctem ¹⁴ manu suâ duxisset? Quid ni malit, quisquis vir est, somnum suum classico, quam symphoniâ rumpi? Sed

fatis

5. QUID CVM SVDATORIIS.] *Quæ Laconica vocant.*

6. CORPORA EXHAUSTVRVS.] *Epist. CVIII. Decoquere corpus, atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatumque credimus.*

7. LIBERTAS PROPOSITA.] *Is enim inter fines fructusq. philosophiæ. Et quæ libertas ea sit, Epictetus cum alibi, tum toto Capite I. libri IV. Adde Senecam, epist. LXXV. in fine.*

8. IN ÆQVVM DEDVCERE.] *Ne supra me distet, imperetque.*

9. ILLAM PLUS POSSE.] *Ineptè, aut falsò, si plus potest, quomodo nihil potest? Quin tu lege: illa me plus posse. Simul inquit, ut mihi sensus & mens, ut sciam me plus posse (velim modò) quam fortunam: tunc exarmata est, nihil potest.*

10. EX CONFRAGOSO.] *E saltibus & montanis, locis asperis.*

11. ET VERNA.] *Demi & in vrbe natus, educatusque.*

12. ET CÆSAR.] *De cuius villâ Baianâ Tacitus X I V. Annal. Viam Miseni propter & villam Cæsaris, quæ subiectos sinus EDITISSIMA prospectat.*

13. IN VTICA.] *Certum est hoc malè edi. Nam de Vtica delicias nec fama est, nec hic iis locus, ubi de Baiis*

sermo. Modius volebat, In Vitiæ nempe villâ, quæ in his sanè locis. Sed scripta lectio omnis inimica, aut in unica, aut mimica, aut deniq., in numma. at meus habet, in ijma. Quid sit, nescio: nisi locum aliquem delicatum Bays, & Laiciuè factum. Dubitavi, in micâ, legere: quod ceriè cum scripturâ conuenit: & videntur sic appellasse loca canationum minuta, sed elegantia & lauitia facta. Martialis:

Mica vocor. quid sim cernis, cænatio parua:
Ex me Cæsareum prospicis ecce tholum.

Frangere toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:

Ipse iubet mortis dememinisse Deus.

Mica aurea illa in Calimontio fuit, (ut P. Victor locat:) vnde prospectus in vicinum Diui Claudij templum. Itaque ait, viuendum genaliter esse: quoniam & Dy (Imperatores) moriantur: quidam homines? Si tamen Mica illa in Domitiani palatio, ut volunt (neque abnuo plures eo nomine fuisse:) tunc Flauia gentis templum magis accipiemus. Sed ait igitur cænationem parua esse: vnde & nomen à Græco μύχος, quod Dores ita pro μύχος. Nunc ad Senecam, talis famosa Mica Baiis fuerit: quo exemplo alie sic structæ, & dictæ. Sanè lectio Vtica, est ex ipsâ Mica formata: si diuidis litteram primorem.

14. MANV SVA.] *Non solus quidem: sed Imperatores & ipsi olim manum operi admouebant. quod hic adsignificat.*

r

15. QVOS

fatis diu cum Baïs litigauimus, numquam fatis cum vitiis: quæ oro te, mi Lucili, persequere sine modo, sine fine. nam illis quoque nec finis est, nec modus. Proiice quæcumque cor tuum laniant: quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reuellendum erat. Voluptates præcipuè exturba, & inuisissimas habe, latronum more, quos Philetas Ægyptij vocant. in hoc nos amplectuntur, vt strangulent.

EPIST. LII.

VACILLARE nos in rectis: opus esse adiutorio, & directione. Alios autem aliis facilius duci formarique, vt natura est. Sed vt formeris, elige è priscis, & è presentibus. fuge tamen verbosos, ambitiosos, plausum captantes.

QVID est hoc, Lucili, quod nos aliò tendentes, aliò trahit, & eò vnde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quidquam semel velle? Fluctuamus inter varia consilia: nihil liberè volumus, nihil absolute, nihil semper. Stulticia, inquis, est: cui nihil constat, nihil diu placet. Sed quomodo, aut quando nos ab illâ reuellemus? Nemo per se fatis valet, vt emergat: oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine vllius adiutorio contendere, ex iis se fecisse sibi ipsum viam. hos maxime laudat. quibus ex se impetus fuit, qui seipfos protulerunt. quosdam indigere ope alienâ, non ituros si nemo præcesserit, sed bene secuturos. ex his Metrodororum ait esse. Egregium hoc quoque, sed secundæ sortis ingenium. Nos ex illâ primâ notâ non sumus: bene nobiscum agitur, si in hanc secundam recipimur. Nec hunc quidem contempseris hominem, qui alieno beneficio esse saluus potest: & hoc multum est, velle seruari. Præter hæc adhuc inuenies aliud genus hominum, ne ipsum quidem fastidiendum, eorum qui cogi ad rectum compelli que possunt: quibus non duce tantum opus sit, sed adiutore, & vt ita dicam, coactore. Hic tertius color est. Si quæris huius exemplar, Hermachum ait Epicurus talem fuisse. Itaque alteri magis gratulatur, alterum magis suspicit. Quamuis enim ad eundem finem vterque peruenerit: tamen maior est laus, idem effecisse in difficiliore materiâ. Puta enim duo ædificia excitata esse, ambo paria, æquè excelsa, æquè magnifica: alterum dura area accepit, illic protinus opus creuit: alterius fundamenta lassarunt, in mollem ac fluidam demissâ humum: multumque laboris exhaustum est, dum peruenitur ad solidum. Apparet in altero, quidquid factum est: alterius, magna pars & difficilius latet. Quædam ingenia facilia & expedita: quædam manu (quod aiunt) facienda sunt, & in fundamentis suis occupanda. Itaque ego illum feliciorum dixerim, qui nihil negotij secum habuit: hunc quidem de se melius meruisse, qui malignitatem naturæ suæ vicit, & ad sapientiam se non perduxit, sed extraxit. Hoc durum & laborio-

15. QVOS PHILETAS ÆGYPTII.] Qui tunc Græcè loquebantur, & ceperunt ab imperio Macedonum. Nam talis sanè vox est, & priscis usurpata. vt Hesiodo in Operibus:

Ὅς δὲ γυναικὶ πιστοῖσι, πιστοῖσι δ' ὄρε φιλότησι:
Quisquis feminæ habet fidem, habet fidem
& ille latroni.

Archilocho:

Φιλότητιν ἔπειτα περὶ πόλιν πολεμῶντο:
Furi & latroni, qui per urbem in noctibus.
Hesychius: φιλότης, κλέπτης, ληστής: Philetas, fur, latro. Festus: Pilare & Compilare, sunt qui Græcæ originis putent. Græci enim fures, Philetas. Aëolice nempe πιλότης. Adde si vis, Eustathium in Odyss. γ. & Iliad. β.

16. NOS AMPECTVNTVR.] Alludit ad etymon

Græcæ vocis. nam φιλῆν etiam osculari est, & amplecti: quod quia latrones subdole faciunt, hinc nomen. Etsi alij ab ὑφελῆν deriuent, à sustollendo, quasi esset ὑφιλότης. Vide Eustathium.

EPIST. LII. I. EX HIS SE.] Est à Pinciano quidem, sed libri palam eò ducunt. Se autem Epicurus ponit inter ἀποδιδάκτους. Cicero I. De Nat. Deor. Gloriabatur, vt videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum. Idem ex Laetio: etsi quidam, audivisse Xenocratem.

2. ALTERI MAGIS GRATVLTVR.] Metrodoro, qui benignam naturam sortitus.

3. ALTERVM MAGIS.] Hermachum.

4. MANV FACIENDA.] Labore & opere. Vide Consol. ad Marc. cap. XIX.

5. CIRCV-

- A horiosum ingenium nobis datum, scias licet. imus per obstantia. Itaque pugnemus, aliquorum inuocemus auxilium. Quem, inquis, inuocabo, hunc, aut illum? Tu verò etiam ad priores reuertere, qui vacant. adiuuare nos possunt, non tantum qui sunt, sed & qui fuerunt. Ex iis autem qui sunt, eligamus non eos, qui verba magnâ celeritate præcipirant, & communes locos voluunt, & in priuato circulantur: sed eos qui vitâ docent, qui cum dixerint quid faciendum sit, probant faciendo: qui docent quid vitandum sit, nec vnumquam in eo, quod fugiendum dixerint, deprehenduntur. Eum elige adiutorem, quem magis admireris cum videris, quam cum audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire, quibus consuetudo est admittere populum, ac disserere: si modò hoc proposito in turbam prodeunt, vt meliores fiant faciantque meliores: si non ambitionis hoc causâ exercent. Quid enim turpius philosophiâ captante clamores? Numquid æger laudat ⁶ medicum secantem? tacete, fauete, & præbete vos curationi. etiam si exclamaueritis, non aliter audiam, quam si ad tactum vitiorum vestrorum ingemiscatis.
- B Testari vultis attendere vos, moueri que rerum magnitudine? sanè liceat. vt quidem iudicetis, & feratis de meliore suffragium, quid ni non permittam? Apud Pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat. numquid ergo existimas, statim illis & loqui & laudare licuisse? Quanta autem dementia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid lætatis, quòd hominibus iis laudaris, quos non potes ipse laudare? Disserebat populo Fabianus: sed audiebatur modeste. Erumpebat interdum magnus clamor laudantium: sed quem magnitudo rerum euocauerat, non sonus inoffensæ ac molliter lapsæ orationis. Interfit aliquid inter clamorem theatri, & scholæ. est aliqua & laudandi licentia. Omnia rerum omnium, si obseruentur, indicia sunt: & argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, & vnum inter dum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum risus, insanum vultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis quisque sit, scies, si quemadmodum lauderetur, adspexeris.
- C Hinc atque illinc philosopho manus auditor intentat, & super ipsum caput mirantium turba consistit. non laudatur ille nunc, si intelligas, sed conclamatur. Relinquantur istæ voces illis artibus, quæ propositum habent placere populo: philosophia adoretur.

5. CIRCULANTVR.] *Circulos faciunt, aut quarunt.*

6. MEDICVM SECANTEM.] *De totâ hac re Epictetus Dissert. III. cap. XXIII. Solitus est dicere Rufus (Musonius): Si tantum habetis otij vt me laudetis, ego verò non dico. Itaque sic dicebat, vt quisque nostrum qui assideret, putaret se ab aliquo illi delatum. Sic reprehendebat facta, sic ob oculos cuiusque mala ponebat. O viri, taberna modica est, philosophi schola. Non oportet gaudentes exire, sed mærentes. Ipsa hæc, paulo diffusius, in Agellio, sed eidem Musonio refert accepta.*

D Musonium, inquit, philosophum solitum dicere accepimus: Cum philosophus hortatur, monet, suadet, obiurgat; tum qui audiunt, si de summo & soluto pectore obuias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant etiam, si gestiunt, si vocem eius festiuitatibus, si modulis orationis mouentur, exagitantur, & gestiunt: tum scias, & qui dicit, & qui audit, frustra esse: neque illic philosophum loqui, sed tibicinem canere. Animus, inquit, audientis philosophum, si quæ dicuntur vitia ac salubria sunt, quæque errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium prolixè laudandi non habet. Plutarchus etiam talia, De audiendo: Voces, inquit, laudum non promiscuè vsurpanda: & Epicurus in amicorum epistolis dum plausus & fauores fieri sibi prædicat,

stomachum nobis facit. Sicut & illi, qui genere laudum offendunt: cum philosopho acclamant, Acute, seni Scite vel Floride. Hi enim theatrales aut declamatorias voces ad philosophos transferunt, & orationi caste accommodant laudationem ineretricis. Itaque qui foris sunt ambigunt, tibicinis, an citharædi, an saltatoris alicuius ea sit laudatio. Hæc vberius restuli, quia sequentibus sedem aut lucem addunt.

7. MANVS MOTA.] *In obscenam figuram, aut nimis alioqui molliter.*

8. RELATVS AD CAPVT DIGITVS.] *Quo argumento Caluus Pompeium, vt mollem, perstrinxit: Fasciola qui crura ligat, digito caput vno Scalpit, quid credas hunc sibi velle? virum. Sumpsit ex eo Iuuenalis Sat. IX. Qui digito scalpunt vno caput. Pompeium autem hoc genuino quodam more fecisse, Ammianus excusat, libro XVII. Lucianus etiam effeminati hominis notam ponit, τὸ δ' ἀκρότερον αἰχρὸν τὴν κεφαλὴν κινᾶν: summo digitulo caput scabere.*

9. MANVS AVDITOR INTENTAT.] *Quas admirans tollit, & plaudit.*

10. SUPER IPSVM CAPVT.] *Surgunt enim, vt sui impotes, & manus super eum sedentem efferunt.*

oretur. Permittendum erit aliquando iuuenibus, sequi impetum animi. tunc autem A hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus, & animos adolescentium exstimulat. Ad rem commoucantur, non ad verba composita. alioqui nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui. Differam hoc in presenti. desiderat enim propriam & longam executionem, quemadmodum populo disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam, non erit dubium, postquam ¹¹ prostituta est: sed potest ¹² in penetralibus suis ostendi, si modo non ¹³ institorem, sed antistitem nacta est.

EPIST. LIII.

NAVIGATIONEM suam describit, & iactationem in mari. Per occasionem, in vita nos B iactari, sed vitia sua paucos scire, aut fateri. Philosophia docebit, excitabit: demus nos, patres Deo faciet.

QVID non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut nauigarem? Solui mari languido. erat sine dubio caelum graue sordidis nubibus, quae ferè aut in aquam, aut in ventum resoluuntur: sed putavi tam pauca millia à ¹ Parthenope tuâ usque Puteolos surripi posse, quamuis dubio & impendente caelo. Itaque quò celerius euaderem, protinus per altum ² ad Nesida direxi, ³ praecifurus omnes sinus. Cum iam eò processissem, ut meâ nihil interesset, utrum irem, an redirem: primum ⁴ aequalitas illa, quae ⁵ me corruerat, perit. nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Cæpi gubernatorem rogare, ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille, aspera esse & importuosa, nec quidquam se æquè in tempestate timere, quam terram. Peius autem vexabar, quàm ut periculum mihi succurreret. Nausea enim me, segnis hæc & ⁶ sine exitu, torquebat: quae bilem mouet, nec effundit. Institi itaque gubernatori, & illum vellet nollet coegi ut peteret littus. Cuius ut viciniam attingimus, non exspecto ut quidquam ex præceptis Virgilij fiat, *Obuertant pelago proras*, — aut anchora de prorâ iaciatur: sed memor ⁷ artificij mei veteris, mitto me in mare, quomodo ⁸ psychrolutam decet, ⁹ gausapatus. Quæ putas me passum, dum ¹⁰ per aspera erepo, dum viam quæro, dum facio? Intellexi, non immeritò nautis terram timeri. Incredibilia sunt, quæ tulerim: cum ¹¹ me ferre non possem. Illud scito, Vlixem non fuisse tam ¹² irato

11. PROSTITUTA EST.] *In publicam sic producta. cum omnibus locis, vis, foris, philosophi differant.*

12. IN PENETRALIBVS.] *Scholis, aut & demibus.*

13. INSTITOREM.] *Qui vanalem eam habet.*

EPIST. LIII. I. PARTHENOPE TUA.] *Dicas ergo illinc oriundum Luciliam.*

2. AD NESIDA.] *Qua insula est Campanie à Plinio adscripta, inter Pausilypum & Puteolos. Meminit Cicero ad Atticum, Statius, aliij.*

3. PRÆCISVRVS.] *Compendium nauigandi facturus, & rectè à Puteolos petiturus, curuaturâ omnium sinuum omisâ. Itaque procul à terrâ, magis alto me commisi.*

4. ÆQUALITAS ILLA.] *Dubij celi, neutro ad huc inclinati.*

5. ME CORRUERAT.] *Induxerat nauigare. deiecerat de veteri proposito: quod commune mihi cum M. Catone erat, Mari non ire, quò terrâ possem.*

6. SINE EXITU.] *Quam vomitus non releuaret.*

7. ARTIFICII MEI VETERIS.] *Ita epist. LXXXIII. Ille tantus Psychrolutes, qui Kalendis Ianuariis in Euripum saltabam. Ibi vide.*

8. PSYCHROLUTAM DE CET.] *Lauatorem D in frigidâ.*

9. GAUSAPATUS.] *Qui in gymnasijs exercebantur, itemq; balneis, q; serè lodiculâ, aut gausapinâ leuiter obuoluti erant, & circa verendas maxime partes. Sic Petronij Trimalchio, post balneum lectica imponitur, coccineâ gausapâ inuolutus. Sic Augustus, Suetonij cap. LXXXIII. deambulabat segestrio vel lodiculâ inuolutus. Gausapa autem hic ad manum, quia & nauis eorum vsus.*

10. PER ASPERA EREPO.] *Scripti, cripor: & potest ad seruos nautasq; referri, qui senem adiutabant, & exportabant.*

11. ME FERRE NON POSSEM.] *Refer quò iam dixi, dum exportatur: vel ad nauseam, causam huius incommodi. quàm si ferre potuisset, hæc vitabat.*

12. IRATO

A¹⁰ irato mari natum, ut ubique naufragia faceret. naufeator erat. at ego quocumque nauigare debuero, ¹¹ vicesimo anno perueniam. Ut primum stomachum (¹⁴ scis non cum mari nauream effugere) collegi, ut corpus ¹⁵ vnctione recreauit, occupi mecum cogitare, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur obliuio, etiam corporalium, quæ subinde admonent sui, nedum illorum quæ eò magis latent, quò maiora sunt. Leuis aliquem motiuncula decipit: sed cum creuerit, & vera febris exarferit, etiam duro & ¹⁶ perpessio ¹⁷ confessionem accepit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: ¹⁸ adhuc dissimulamus, & aut talum extorxisse nos dicimus, aut in exercitatione aliquà laborasse. Dubio & incipiente morbo, queritur nomen: qui ¹⁹ talaria cepit intendere, ²⁰ & utroque pedes dextros fecit, necesse est podagram fateri. Contra euenit in iis morbis, quibus afficiuntur animi: quò quis peius se habet, minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime. Nam qui leuiter dormit, & species secundum quietem capit, aliquando dormire se dormiens cogitat: grauis somnus etiam somnia extinguit, animumque alius mergit, quam ut vi illo intellectu sinat. Quare vitia sua nemo confitetur: quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare, vigilantis est: & vitia sua confiteri, sanitate indicium est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. sola autem nos philosophia excitabit, sola somnum excutiet grauem. Illi te totum dedica: dignus illa es, illa te digna est. ite in complexum alter alterius: omnibus aliis rebus te nega, fortiter, aperte. Non est quòd precariò philosopheris. Si ager esses, curam intermississes rei familiaris, & forensia tibi negotia excidissent: nec quemquam tanti putares, cui ²¹ aduocatus in causam descenderes: toto animo id ageres, ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? non & nunc idem facies? Omnia impedimenta dimitte, & vaca bonæ mentis. nemo ad illam peruenit occupatus. Exercet philosophia regnum suum: dat tempus, non accipit. ²² Non est res subsiciua: ordinaria est, domina est: adest, & iubet. Alexander ²³ cuidam ciuitati, partem agrorum, & dimidium rerum omnium, promittenti: *Eo*, inquit,

C¹² IRATO MARI.] *Bene. ubique habuit Neptunum in sensum, inter omnes Deos. Quid ita? Homeri figmentum commodum, quia Prudentia omnibus fere, excepto mari, moderatur aut imperat. Illic Phylfes impar.*

13. VICESIMO ANNO.] *Tanto ergo infelicior, nam ille non nisi Decennium iactatus.*

14. SCIS NON CVM MARI.] *Crutero ad sententiam, delendam negationem: aut quod malum, mutandam: scis enim cum mari. Res ita habet. mari relicto, illa deserit.*

15. VNCTIONE RECREAVI.] *In sole.*

16. PERPESITIO.] *παθησις, πολυτλήμων. Epist. c. i. v. Socratem perpessitum senem, per omnia aspera iactatum.*

D¹⁷ CONFESIONEM ACCEPIT.] *Libri plerique, excipit: nullus, extorquet: quod licenter Muretus ingesserat. Legam cum Agricola, exprimit: aut potius in prioribus additã litterulã, etiam à duro & perp. confessionem accipit. Ludit in uoculis Decipit, quod praxinit, & Accipit.*

18. ADHVC DISSIMVLAMVS.] *Vera sunt, & in amicis quibusdam uidi. Lucianus eadẽ in Ocypode: Απας δ̄ αυτον βουκολει ψαδουσιων, Ως εσοσεικως, η̄ περσεας τοι βδων, Αγει φιλοισι, μη̄ περσεας την̄ αιριαν. Nam quisque sese pascit his mendaciis, Quasi alibi laesus aut curuatus sit gradus: Et sic amicis dicitans, causam premit.*

19. TALARIA COEPIT INTENDERE.] *Tu moribus augere, quos sollemniter podagra gignit. Talaria autem, partes circa talos.*

20. ET VTROSQVE PEDES.] *In lectione perplexitas, non in sensu. Nam iste quidem est: At simul uterque iam pes intumuit, abeunt mendacia, & podagram fatemur esse. Lucianus hoc ipsum:*

Εσων δ̄ η̄ η̄ τον̄ ετιεστ̄ αληθης̄ ποδ̄ α, Στενων̄ δ̄ ακρυς̄ εν̄ δ̄ σοῑ φρασ̄αῑ δ̄ ελεω, Τουτ̄ ε̄ς̄ αῡνω, κ̄ αν̄ δ̄ ελεω, κ̄ αν̄ ῡ δ̄ ελεω:

Vbi verò & alterum dolebis iam pedem, Flens ingemiscis. at ego hoc unum dixero, Hoc illud est, hoc podagra, nolis an velis.

Sensus igitur liquet, de utroque pede: sed quomodo uterque pes dexter fit? Quidam libri, dextros: & quidam transpositis uerbis, utrosque pedes fecit dextros. Equidem nihil extrico, nisi placet distinetas male uoces, & concinnari: utrosque pedes dextorferit: uel, detorferit.

21. ADVOCATVS IN CAUSSAM.] *Libri scripti, aduocatus in remissione descenderes. Quid? in remissione ubi? imò tunc possit. Legam, aduocatus in rem ipsa descenderes. Aduocati uel absentes scripto aderant, uel in ipsa re presentes. Hoc, inquit, istud ager non feceris.*

22. NON EST RES SVBSICIVA.] *Non in secundis curis habenda: est res ordinaria, prima & sollemniter facienda. Sicut Ordinarius Consul, opponitur ac preponitur secundo illi, & Suffecto.*

23. CUIDAM CIVITATI.] *Ipsi Dario hoc responsum lego, in Curtij libro iv. Qui cum obtulisset Lydiam, Ioniam, Æolidem: respondit, Se cum transiret mare, nõ tanti belli exiguam hanc mercedem, sed Persepolim caput regni, ultimisque Orientis oram imperio destinasse.*

inquit, proposito veni in *Asiam*, non ut id acciperem quod dedissetis, sed ut id haberetis, quod reliquissim. Idem philosophia rebus omnibus: Non sum id tempus acceptura, quod vobis superfluit: sed id habebitis, ²⁴ quod ipsa erogauero. Totam huc conuertere mentem, huic affide, hanc cole: ingens intervallum inter te & ceteros fiat. Omnes mortales multo antecedes, non multo te diu antecedit. ²⁵ Quid inter te & illos interfuturum sit, quæris? diutius erunt. At mehercule magni artificis est, clausisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum Deo omnis ætas patet. Est aliquid, quo sapiens antecedit Deum. ille ²⁶ naturæ beneficio, non suo sapiens est: ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Incredibilis vis philosophiæ est, ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore eius fedet: munita est solidaque, quædam defatigat, & velut leuia tela laxo ²⁷ sinu eludit, quædam discutit, & in eum usque qui miserat respuit.

EPIST. LIV.

SUSPIRIO se laborasse: atque ita de morte cogitasse. Non emendam, quia idem post eam, quod antequam eramus, erit. Preparemur.

LONGVM mihi ¹ commeatum dederat mala valetudo: repente me inuasit. Quo genere? inquis, prorsus merito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est. Vni tamen morbo quasi assignatus sum: quem quare? Græco nomine appellem, nescio. satis enim aptè dici suspirium potest. Breuis autem valde, & procelle similis, impetus est: intra horam ferè definit. Quis enim diu expirat? Omnia corporis aut incommoda, aut pericula, per me transierunt: nullum mihi videtur molestius. Quid ni? aliud enim quidquid est, ægotare est: hoc, est animam agere. Itaque medici, hanc meditationem mortis vocant. ² Facit aliquando spiritus ille, quod sæpe conatus est. Hilarem me putas hæc tibi scribere, quia effugi? si hoc sine, quasi bonâ valetudine delector: tam ridiculè facio, quàm ille, quisquis se vicisse putat, cum vadimonium distulit. Ego verò & in ipsâ suffocatione non desij cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est? inquam, tam sæpe mors experitur me? faciat, at ego illam diu expertus sum. Quando, inquis? antequam nascerer. Mors est, non esse id quod antè fuit, sed quale sit, iam scio: ⁴ hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est, & fuisse antequam prodiremus in lucem: atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo non stultissimum dicas, si quis existimet lucernæ peius esse cum extincta est, quàm antequam accenderetur? nos quoque & accendimur, & extinguimur: medio illo tempore aliquid patimur. Vtrinque verò alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quòd mortè iudicamus sequi: cum illa & præcesserit, & secutura sit. Quidquid ante

24. QVOD IPSA EROGAVERO.] *Erasmi editio*, quod ipsa redegero, erogauero. *Quidam scripserunt*, quod ipsa re egero, id est erogauero. *Non displiceat*, quod ipsa reiecero. *reliquis deletis.*

25. QUID INTER TE ET ILLOS.] *Tales vaniloquentias Stoicorum notamus, & verè notamus, Manuduct. III. Dissert. XIV.*

26. NATURÆ BENEFICIO, NON SVO.] *A se sapiens, in ab industria.*

27. SINU ELVDIT.] *De lenibus telis pronerbiale fuit, Veste repelli. Catullus:*

Quare nos tela ista tua cuitamus amictu,
At fixus nostris tu dabis supplicium.

EPIST. LIV. I. COMMEATVM DEDERAT.] *Olim sic emendati, cum libri, comitatum. Dicitur, in-*

quit, dimiserat me morbus, repente est adortus & retraxit. Est sumptum à re militari, in quâ commeatus datur militi, id est venia commeandi, privata rei, aut valetudinis causâ. *Noſter de Ira I. cap. XVI. Duci iussit eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat.*

2. GRÆCO NOMINE.] *Vtrum R. S. p. an Op. vovovav vult dici an? Nam plus aliquid quàm Asthma, sine spirandi difficultas, in hoc impetu est: & minus quàm Orthopnea, in breuitate. Vide apud veterem amicum nostrum, doctissimum Mercurialem, Variar. VI. cap. XVI.*

3. FACIT ENIM.] *Malim, faciet.*

4. HOC ERIT POST ME.] *Aliquoties hæc sententia in Seneca, quasi mors omnia tollat. Quo autem sensu, vide me Physiol. III. Diss. XI.*

A ante nos fuit, mors est. Quid enim refert, utrum non incipias, an desinas? utriusque rei hic est effectus, non esse. His & huiusmodi exhortationibus tacitis (nam verbis locus non erat) alloqui me non desij: deinde paulatim suspirium illud, quod esse iam anheli- tus ceperat, interualla maiora fecit, & retardatum est, ac remansit. Nec adhuc, quam- vis desierit, ex natura fluit spiritus. sentio hæsitacionem quandam eius, & moram. Quo- modo volet, dum modo non ex animo suspirem. hoc tibi de me recipe: non trepida- bo ad extrema: iam præparatus sum: nihil cogito de die. illum lauda & imitare, quem non piget mori, cum iuuat viuere. Quæ enim virtus est, cum euicaris, exire: tamen est & hic virtus. Eijcior quidem, sed tamquam exeam. Et ideo numquam euicitur sa- piens: quia euici, est inde expelli, unde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens. ne- cessitatem effugit: quia vult quod ipsa coactura est.

B EPIST. LV.

DE Vatiæ villâ, & de ipso Vatiâ: tum de bono maloque otio. Item amicos animo adesse posse, & debere.

A GESTATIONE cum maxime venio, non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. labor est enim, & diu ferri: ac nescio an eò maior, quia contra naturam est: quæ pedes dedit, ut per nos ambulemus; oculos, ut per nos vide- remus. Debilitatem nobis indixere delicia: & quod diu noluimus, posse desuimus. Mihi tamen necessarium erat concutere corpus, ut siue bilis infiderat faucibus, discute- retur, siue ipse ex aliquâ causâ spiritus densior erat, extenuaret illum iactatio, quam pro- fuisse mihi sensi. Ideo diutius vehi perseueraui, inuitante ipso litore, quod inter Cumas & Seruilij Vatiæ villam curuatur, & hinc mari, illinc lacu, velut angustum iter claudi- tur. Erat enim a recenti tempestate spissius. Fluctus autem illud (ut scis) frequens & concitatus exæquat: longior tranquillitas soluit, cum arenis, quæ humore alligantur, succus abscellit. Ex consuetudine tamen meâ circumspicere cœpi, an aliquid illic inue- nirem, quod mihi bono posset esse: & direxi oculos in villam, quæ aliquando Vatiæ fuit. In hac ille prætorius diues, nulla aliâ re quam otio notus, consenuit, & ob hoc vnum felix habebatur. Nam quoties aliquos amicitia Asinij Galli, quoties Seiani odium, deinde amor merferat, (æquæ enim offendisse illum, quam amasse, periculosum fuit) exclamabant homines: O Vatiâ? solus scis viuere. At ille latere sciebat, non viuere. mul- tum autem interest, utrum vita tua otiosa sit, an ignaua. Numquam aliter hanc villam Vatiâ viuo præteribam, quam ut dicerem: Vatiâ hic situs est. Sed adeo, mi Lucili, phi- losophia sacrum quiddam est, & venerabile, ut etiam si quid illi simile est, mendacio placeat. Otiosum enim hominem, seductum existimat vulgus, & securunt, & se conten- tum, sibi que viuentem: quorum nihil vlli contingere, nisi sapienti, potest. Ille quidem D nullâ re sollicitus scit sibi viuere. ille enim (quod est primum) scit viuere. Nam qui res & homines fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegauit, qui alios feliciores vi- dere non potuit, qui velut timidum atque iners animal, metu oblituit, ille sibi non vi- uit,

5. CVM IUVAT VIVERE.] In iuuentute, aut bo- nâ etate: at ego iam senex sum.

EPIST. LV. I. A GESTATIONE.] Quâ in effedo vbi moris: & explicari in epistola quadam ad Ortelium, Centur. Miscell. epist. xi.

2. ILLINC LACV.] Lucrino.

3. A RECENTI TEMPESTATE SPISSIVS.] Ita ex melioribus libris. Firmius autem spissius, a tem- pestate: quia recentior aqua arenas ligauerant, quod aliter in siccis, & diffluunt.

4. ASINI GALLI.] Cui Tiberius offensus, & diu in custodiâ habitum inopiâ cibi interemit. Tacitus vi. Annalium.

5. SEIANI ODIVM.] Qui omnia apud Tibe- rium aliquamdiu potuit: enexu, deprestit, opprestit, quos voluit.

6. DEINDE AMOR.] Quia illo iam inuiso & occiso, quoscumque amicos habuerat Tiberius scire sustulit.

7. SOLVS SCIS VIVERE.] Procul scilicet à Ioue & fulmine.

uit, sed (quod est turpissimum) ventri, fomno, libidini. Non continuo sibi vivit, qui A nemini. Adeo tamen magna res est constantia, & in proposito suo perseverantia, ut habeat auctoritatem inertia quoque pertinax. De ipsa villa nihil possum tibi certi scribere: frontem enim eius tantum novi, & exposita: quae ostendit etiam transeuntibus. Spluncae sunt duae magni operis, laxo atrio ⁸ pares, manufactae: quarum altera solem non recipit, altera usque in occidentem tenet. ⁹ Platanona medius ritus, & a mari & ab Acherusio lacu receptus, ¹⁰ Euripi modo diuidit, alendis piscibus (etiam si assiduo exhauritur) sufficiens. Sed illi, cum mare patet, parcitur: cum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen est commodissimum in villa, quod Baijas ¹¹ trans parietem habet: incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse novi: esse villam totius anni credo. Occurrit enim Fauonio, & illum adeo excipit, ut Baijs neget. Non stulte videtur elegisse huc locum Vatia, in quem otium suum pigrum iam & senile conferret. Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui commendat omnia. Vidi ego in villa hilari & amena maestos, vidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes, ideo parum bene compositum esse te, quod in Campania non es. quare autem non es? hucusque cogitationes tuas mitte. Conuersari cum amicis absentibus licet: & quidem quoties velis, quamdiu velis. magis hac voluptate, quae maxima est, fruimur, dum absumus. Praesentia enim nos delicatos facit: & quia aliquando vna loquimur, ambulamus, cum confidemus, cum diducti sumus, nihil de his quos modo vidimus, cogitamus. & ideo aequo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam praesentibus abest. Pone hic primum noctes separatas: deinde occupationes utrinque diuersas, deinde studia secreta, suburbanas profectioes: videbis non multum esse, quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est. hic autem numquam abest: quemcumque vult, quotidie videt. Itaque mecum stude, mecum caena, mecum ambula. In angusto viueremus, si quidquam esset cogitationibus clausum. Video te, mi Lucili, cum maxime audio: adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas, ¹² sed codicillos tibi scribere. C

EPIST. LVI.

MENTEM compositam, vacare sibi & studiis, etiam in turbâ. Suo exemplo docet. Magis optandum internum silentium, & pacem. Inertia porro mala, & ea cupidinum mater.

PEREAM, si est tam necessarium, quam videtur, silentium in studia seposito. Ecce varius clamor undique me circumsonat: ¹ supra ipsum balneum habito. Proponere nunc tibi omnia genera vocum, quae in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur, & ² manus plumbo graues iactant, cum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio: quoties retentum spiritum remiserunt, sibilos, & acerbissimas D

8. PARES, MANUFACTÆ.] Ita Muretus. At libri scripti: magni operis, cuius laxo atrio paries manufactus. Legam, cuius laxo atrio pares, manufactae. Sunt, inquit, magni operis: ergo non natae, ut olim censui: deinde in modum magni atrij factae, & cuius illi pares, etsi sic manu cauata & factae.

9. PLATANONA.] Solent enim siluae id genus arborum habere, umbrae tantum causa. Martialis: Daphnonas, Platanonas, & aërias cyparissos.

10. EURIPI MODO.] Quos ipsos in hortis & villis habebant manufactos.

11. TRANS PARIETEM.] Qui villam cingit.

12. SED CODICILLOS.] Mitti solitos ad praesentes. Dixi in Epistolicâ institutione.

EPIST. LVI. I. SUPRA IPSVM BALNEVM.] Baijs, non Rome. Nam hic ei laxior & aptior domus. Ibi, in diuersorio.

2. MANVS PLUMBO GRAVES.] Halteres notat, quibus & ad saltandum vsi, seg, velut librandum, & isdem, sed grauioribus ad exercendum, & sine magno motu sudorem euocandum, sublatis depressisq; manibus, aut huc illuc iactatis. Erant autem istae massae plumbeae, in circuli dimidiati, aut & aliam formam: ἀκτύπες Graecis, à primo vsu dicti, ἀκτύπε τὸ ἀλλοεῖν, à saltando. Iuuenalis, Sat. vi.

Cum lassata graui ceciderunt brachia massâ. Scho-

A mas respiraciones: cum in ³ aliptem inertem, & hac plebeia vnctione contentum incidi, audio crepitum illius manus humeris: quæ prout plana peruenit, aut concaua, ita sonum mutat. Si verò ⁴ pilicrepus superuenerit, & ⁵ numerare cœperit ⁶ pilas, actum est. Adhuc nunc ⁷ scordalum, & furem deprehensum, & illum cui ⁸ vox sua in balneo placet. Adhuc nunc eos, qui in piscinam cum ingenti impulsæ aquæ sono saluunt. Præter istos, quorum si nihil aliud, ⁹ rectæ voces sunt, ¹⁰ alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quò sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi dum vellit alas, & ¹¹ alium pro se clamare cogit. Iam ¹² libarij varias exclamaciones, & ¹³ botularium, & ¹⁴ crustularium, & omnes popinarum institores, mercem suâ quadam & insignitâ modulatione vendentes. O te, inquis, ferreum, aut furdum, cui mens

inter

Scholias tes ibi: Halteras dicit, quibus vtuntur athleteæ cum exercent. quasi plumbeis ponderibus exerceatur. *Martialis:*

B Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?
Exercent melius vinea fossa viros.

3. ALIPTEN.] *Vnctorem.*

4. PILICREPVS.] *Glossa Isidori:* Pilicrepus, qui pilâ ludit. *In veteri lapide:* Ego sum, ouantes conuenite pilicrepi. *Et mox:* Vrsumque canite voce concordi senem, Hilarem, iocolum, pilicrepum, scholasticum. *Ergo ad pilas lusorias hoc referendum: non cum Celio, aliusq., ad pilas fornacarias, id est glomos quosdam pice illtos, quos in hypocaula conuictebant, igni alendo. Certum autem, pilas crepare ac sonitum edere, cum das atim luditur, & decidunt: maxime in tabularis, quibus tunc ludebant. Sratius:*

C Quid nunc sfrata solo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas? ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem voluunt hypocaula vaporem.

Neque enim ad Pilas illas fornacarias hæc eunt: sed tantum ostendit, ubi Tabulata illa fuerint, nempe ad sita Hypocaulo. *Plinius lib. v. in sua villa, Apodyterio superponit sphaeristerium. At bella etiam interpretatio (quid aliter ab optimo, & doctissimo, elegantissimo viro quæ ego inter amicos vnicè amo estimog.) Marci Velsari, qui ex lapide iam dicto obseruat, pilâ vitreâ Romanos lusitasse: quæ certè lapsa crepabant, & distilliebant. Innum lapidis:*

VRVSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS
PILA

LVSI DECENTER CVM MEIS LYSORIBVS
LAVDANTE POPVLO MAXIMIS CLAMORIBVS
THERMIS TRAIANI THERMIS AGRIPPÆ

ET TITI.

D Sed an ad Senecam nunc ista, hæreo: quia Vrsus primum se lusisse dicit: & quidem in thermis Traiani. Ergo post Seneca æuam hæc inuentio, & inter nouitias fuit. Obserua tamen inibi, thermis & balneis (vt hic) lusisse.

5. NUMERARE COEPERIT.] *Id est, tot pilarum, sine casu, iactus: quod & hodie fit in pilâ, vt Petronius appellat, sparsiua. Etsi Petronius ostendit, etiam decidas numerasse adstantes, sed id nouo more & per delicias Trimalconis. De illo enim: Notauimus etiam res nouas. nam duo spadones in diuersâ parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non has quidem, quæ inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quæ in terram decide-*

bant. *Viri ibi docti putant, hunc numeratorem Pilicrepum dictum: quod non tam Seneca, quam lapis & Isidorus resellunt.*

6. PILAS.] *Explicanti. sed Turnebus, plus mallet, cum quibusdam libris: & tunc scilicet, cum plures, quam essent, manus aut vices numeraret, magnos excitatos clamores. Non audio, nec nostrum quidem Hadrianum Iunium, qui Pilos legit, item cum suffragio aliquot librorum: & explicat Pilicrepum, qui pilos cum forsicularum crepitu (quod & hodie) truncat, & adnumerat.*

7. SCORDALVM.] *Plures libri, Scordalum. sed illa vox in Isidoro, & explicatur: Scordalus, ferox: est & in Petronio, Redditaque scordalo vice. Noster iterum vtitur epist. LXXXIII. Tillius Cimber & nimius erat in vino, & scordalus. Quod asidet interpretationi Isidori, significatq., hominem in vino feroculum & liberioris lingue fuisse. Plebeia vox, & inter vulgi conuicia: cui originem à Græco σκώπ (quod oletum aut merdam notat) aliqui petunt, alij à σκωπὸς q sine alio, quasi fatidum dicat.*

8. VOX SVA IN BALNEO.] *Canitabant illic, recitabant etiam. Nam, vt Horatius:*
Suaue locus voci resonat conclusus.

9. RECTÆ VOCES.] *Non factæ, aut fractæ.*

10. ALIPILVM.] *Inscriptio vetus: M. OCTAVIVS. PRIMIGENIVS. ALIPILVS. A. TRITONE. Glossa: Alipilarius sportaxus hic. Nempe ille, qui aut dropace (unguento è pice) pilos alarum euellit, aut & volfellis. Inuenalis, de puero verè puero:
— nec vellendas iam præbuit alas.*

11. ALIVM PRO SE CLAMARE.] *Eum, cui alas immodeste vellit: ideoq., dolorem excitat. Hoc ad Volfellas magis spectat.*

12. LIBARII.] *Qui liba veniui proclamat.*

13. BOTVLARIVM.] *Qui botulos aut botellos, quorum duo genera: vel ex ouis, & nucleis, cepa ac porro, & pluribus apud Apicium lib. II. cap. v. vel ex sanguinis viscerumq., infarctis, in Tertulliano & Festo. Græcis à distentione, id genus est φούκος.*

14. CRVSTVLARIVM.] *Seneca epist. XCIX. Scilicet lamur crustulo pueros. Horatius:
— pueris dant crustula blandi
Doctores.*

Frustum panis bene cocti, leniter melliti. Video testamentis aliquoties iussu dari. vt in lapide prisco quidam: NATALI. SVO. PERPETVO. DARI. MVNICIPIB. ET. INCOL. ET. MYLIERIB. NVPTIS. CRVSTVL.

inter clamores tam varios, tam dissonos, constat: cum¹⁵ Chrysippum nostrum assidua A salutatio perducatur ad mortem. At mercurius, ego istum fremittum non magis curo, quam fluctum aut deiectum aquæ. Quamuis audiam¹⁶ cuidam genti hanc unamuisse causam, urbem suam transferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi vox auocare videtur, quam crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantum attres implet, ac verberat. In iis quæ me sine auocatione circumstrepunt,¹⁷ essedas transcurrentes pono, & fabrum inquinum, & ferrarium vicinum, aut hunc qui¹⁸ ad metam sudantem¹⁹ tabulas experitur & tibias, nec cantat, sed exclamat. Etiam molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde, quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duravi, ut audire²⁰ vel pausarium possim, voce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse, nec auocari ad externa. omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas & timor, dum auaritia luxuriaque non dissident, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt?

²¹ *Omnia noctis erant, placida composita quiete.*

Falsum est, nulla placida quies est, nisi quam ratio composuit. nox exhibet molestiam, non tollit, & solitudines mutat. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt, quam dies.²² Illa tranquillitas vera est, in quam bona mens explicatur. Adspice illum, cui somnus laxæ domus silentio quæritur: cuius aures ne quis agitet sonus, omnis feruorum turba conticuit, & suspensum, accedentium propius, vestigium ponitur. Huc nempe versatur atque illuc, somnum inter ægritudines leuem captans: quæ non audit, audisse se queritur. Quid in causâ putas esse? animus illi obstrepit: hic placandus est, huius compescenda est seditio: quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus. Interdum quies inquieta est. Et ideo ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties nos malè habet inertia sui impatiens. Magni imperatores cum malè parere militem vident, aliquo labore compescunt, & expeditionibus detinent. numquam vacat lasciuire districtis: nihilque tam certum est quam otij vitia C negotio discuti. Sæpe videmur tædio rerum ciuiliu, & infelicis atque ingratae²³ stationis pan-

CRVSTVL. P. I. MVLSI. HEMIN. id est, crustuli pondo vnum, multo heminam. In alio: VT. EX. EO. VECTIGALE. QVOTANNIS. COLONIS. MVLSVM. E T. CRVSTVM. NATALI. CÆSARIS. AVGVSTI. DARETVR.

15. CHRYSIPPVM NOSTRVM.] *Quem? illum nobilem Græcum? atqui salutationum ille mos non sic sollemnis Græcis. Neque nostrum dixisset sic familiariter, præsertim cum Lucilius in aliis castris. Atque liber, Crispum: neque dubito legere Crispum, magnum Seneca amicū: ad quem & Epigramma scriptū.*

16. CVIDAM GENTI.] *Vide Quest. Nat. III. cap. 11.*

17. ESSEDAS.] *Nam & sic efferebant. Iordanes: Curribus falcatis, quos more vulgari Essedas vocant. Glossa: Esseda, baltarna. Si dissidet, possis, essedis, legere.*

18. AD METAM SVDANTEM.] *Fuit quidem hoc cognomen in regione Urbis quariæ, apud Victorem & Nouitiam imperij: sed & Baiis fuisse oportet, ubi hæc scripta. Dio tradidit lib. XLVIII. simulacrum Calypsi sibi sudasse, cum portus ab Agrippa strueretur: an id Metæ tali impostum, & inde cognomen?*

19. TABVLAS EXPERITVR.] *Sic scripti libri: quid tamen velis ea vox, nescio: neque aptè cum Tibibus dicas iungi. An fortasse, fabulæ se experitur & tibiæ? id esset, experimentum sui capsi in fabulæ agenda ad tibiæ. Itaque sequitur, non cantat, sed ex-*

clamat: quod sanè ad ipsum virum, non instrumenta illa referas. At Muretus edidit, tubas experitur: sed è merâ Pinciani coniecturâ, quam etiam lectionem verba ea dicta damnant. Quod si tamen de Tubâ fuit, legam ὑποχορδιστικῶς: tubulæ se experitur. Nam & nobiles viri tubæ & tibiæ operam dabant, atque etiam, ut apparet, cum cantu. Vidè adnotatum, in vetere codice legi, scapulas: tum conarer, scabillo se experitur: quod genus instrumenti cum Tibiâ etiam Suetonius iungit, Calig. cap. LV.

20. VEL PAVSARIVM.] *Portifculus Vel Hortator (Græcis κελδοτής) dictus: quia & pergendi, & pausandi, modos remigibus daret. Ouidius:*

— & qui REQUIEMQVE, modumque Voce dabat nautis, animorum HORTATOR Epopeus.

21. OMNIA NOCTIS.] *Versus Varronis. quem cum alio habes apud Senecam patrem, lib. VII. Controv. I.*

22. ILLA TRANQVILLITAS.] *Zeno (apud Plutarchum, Quomodo cognoscas te profecisse) ait, ex insomniis suum quemque processum posse sentire: si videlicet non turbida aut turpia ea sint, sed altâ tranquillitate composita, imagines & animi motus hilariores habeant. Sunt ipsa hæc, & priora, Seneca.*

23. STATIONIS.] *Officij & muneris. à militia ductum.*

A penitentiâ, secessisse: tamen in illâ latebrâ, in quam nos timor & lassitudo coniecit, interdum recrudescit ambitio. Non enim excisa defuit, sed fatigata, aut etiam abiecta, rebus parùm sibi cedentibus. Idem de luxuriâ dico, quæ videtur aliquando cessisse: deinde frugalitatem professos sollicitat, atque in mediâ parsimoniâ voluptates non damnatas, sed relictas petit: & quidem eò vehementiùs, quò occultiùs. Omnia enim vitia in aperto leuiora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac vim suam proferunt. Et auaritiâ itaque, & ambitionem, & cetera mala mentis humanæ, tunc perniciosissima scias esse, cum simulatâ sanitate subsidunt. Otiosi videmur, & non sumus. Nam si bonâ fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contempnimus, vt paulò antè dicebam, nulla res nos auocabit, nullus hominum auiumque concentus interrumpet cogitationes bonas, solidasque & iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem ²⁴ ex accidenti erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, & concepti pauoris, quod illum curiosum facit, vt

B ait Virgilius nolter:

*Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent aura, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq̄ue oneriq̄ue timentem.*

Prior ille sapiens est, quem non tela vibrantia, non arietata inter se arma agminis densi, non vrbis impulsæ fragor territat: hic alter imperitus est, rebus suis timet, ad omnem crepitu expauescens, quem vna quælibet vox pro fremitu accepta deiecit, quem motus leuissimi exanimant. Timidum illum sarcinæ faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum *comitiq̄ue oneriq̄ue timentem*. Tunc ergo te scito esse compositum, cum ad te nullus clamor pertinebit: cum te nulla vox tibi excutiet: non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono ²⁵ varia circumstrepet. Quid ergo? non aliquando commodius est, carere conuicio? fateor. C Itaque ego ex hoc loco migrabo: experiri & exercere me volui. Quid necesse est diutiùs torqueri: cum tam facile remedium Vlixes sociis etiam aduersus Sirenas dederit, & inuenerit?

EPIST. LVII.

DE cryptâ Neapolitanâ, & ibi horrore. tum primos motus in potestate non esse. Aliquid de animi tenuitate, & celeritate.

C V M Baiis deberem Neapolim repetere, facilè credidi tempestatem esse, ne iterum nauem experirer. sed tantum luti totâ viâ fuit, vt possem videri nihilominus nauigasse. Totum ³ athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit. aceromate nos haphe excepit, in ⁴ Cryptâ Neapolitanâ. Nihil illo carcere longius, ⁵ nihil illis faucibus

24. EX ACCIDENTI.] Plures libri, & accidentia.

25. VARIA CIRCUMSTREPET.] Aliàs, vana.

EPIST. LVII. I. ITERVM NAVEM EXPERIRER.] Tam infeliciter, quam supra, epist. LIII.

2. NIHILOMINVS NAVIGASSE.] In effedo videlicet: viâ madidâ & inæquali, mutante identidem illo, ac quasi narante. Simili metaphorâ, de hac ipsâ viâ, Statius Siluarum IV.

Nutabat cruce pendulâ viator,
Rodebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis
Horrebat mala NAVIGATIONIS.
Emendâ ibidem ex meo libro, Sorbebatq; rotas.

3. ATHLETARVM FATVM.] Quorum est ceromate perfundi, & haphe deinde inspergi. Mihi simile: qui in viâ primâ luto & liquore, velut crasso ceromate, delibutus sum: deinde in cryptâ, arenis & puluere, vt haphe perspersus.

4. CRYPTA NEAPOLITANA.] Qua perfosso monte Pausilypo (incertum, quo magni operis auctore) rectâ Neapolim ducit: multorum stadiorum longitudine, ait Strabo, atque vt hodie dimensio est, passuum circiter mille. Alioqui super ipsum montem eundum sit, ambitu magno, & viâ arduâ.

5. NIHIL FAUCIBVS OBSCVRIVS.] Fances, angustii transitus etiam vocabantur: nequis de aditu capiat.

cibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem, pulvis auferet, in aperto quoque res grauis & molesta: quid illuc, ubi in se volutatur, & cum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos à quibus excitatus est recidit? Duo incommoda inter se contraria simul pertulimus. eadem viâ, eodem die, & luto & puluere laborauimus. Aliquid tamen mihi illa obscuritas, quod cogitarem dedit. sensi quemdam ictum animi, & sine metu mutationem, quam insolitæ rei nouitas simul ac fœditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine tolerabili, ne dum à perfecto absum, sed de illo in quem ius fortuna perdidit: huius quoque ferietur animus, & mutabitur color. Quædam enim, mi Lucili, nulla virtus effugere potest: admonet illam natura mortalitatis suæ. Itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem in crepidine eius constitutus despexerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam, & paratissimi fundere suum sanguinem, alienum videre non possunt: quidam ad vulneris noui, quidam ad veteris & purulenti tractationem B inspectationemq; concidunt, & linquuntur animo: alij gladium facilius recipiunt, quam vident. Sensi ergo (ut dicebam) quamdam non quidem perturbationem, sed mutationem: rursus, ad primum conspectum redditæ lucis, alacritas incogitata rediit & iniussa. Illud deinde mecum loqui cœpi, quam ineptè quædam magis ac minus timeremus, cum omnium idem finis esset. Quid enim interest, utrum supra aliquem 7 vigiliarium ruat, an mons? nil inuenies. Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quamuis vtraque mortifera æquè sit. Ad eò non effectus, sed efficiëntia timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere, qui existimant 8 animam hominis magno pondere extriti 9 permeare non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber: ego verò non facio. qui hoc dicunt, videntur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, quo vrgetur: quemadmodum aër verberare aut ictu non læditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui cessit refunditur: sic animus qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec 10 intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis suæ, per ipsa C quibus premitur, erumpit. Quomodo fulmini, etiam cum latissimè percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus: sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaque de illo querendum est, an possit immortalis esse? hoc quidem certum habe, si superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse perire, 11 propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quidquam noxium æterno est.

capiat, qui certè illustris. Obscuritas autem hic, tempore Seneca, & dense tenebra, ut ostendit: non æquè Strabonis: id est Tiberij, qui disertim scribit, τὰ φῶτα ἐκ τῆς ἑπιφανείας τῶ ὄρους, ἀλλὰ γίνεσθαι ἐκ τοῦ σισαῦν θυρίδων, διὰ τὰς θύρας πολλοῦ καταγέσθαι: lumen è superficie montis, plurifariam fenestellis incisis, per multam altitudinem demitti. Oportuit hæc luminaria obstructa æuo aut neglecta fuisse, si tam dense tunc tenebra. Quod idem fuit ad tempora Alphonsi primi Aragonum regis: qui prouinciâ eâ subditâ, viam istam & sauces aperuit, complanauit, duas fenestras incidit, quæ lumen in mediam speluncam obliquum funderent: ut hodieq; comparent.

6. MUTABITUR COLOR.] De totâ hac re, pulchre Stoiculus quispiam apud Agellium lib. XIX. ca. I. & nos Manuduct. 111. Diff. VII.

7. VIGILIARIUM RVAT.] Locus & specula, in quâ Vigiles; ut Valerianarium, Spoliarium, Vinarium. Sed super lectione ambigo, & meus liber, Iugularium præfert. Suspiciabar aliquando, Tigillarium an, vigilem atrium.

8. ANIMAM HOMINIS.] De hoc Stoico sensu scripsi Physiol. 111. Diff. XI.

9. PERMEARE NON POSSE.] Est Pinciani coniectura, sed bella & blandiens. Libris scribitur, permanere: neque damnes. aut si; in permanare, aptissimè mutes.

10. INTRA CORPVS AFFLIGI.] Velim, effligi.

11. PROPTER QVOD NON PERIT.] Vni meorum abest vox, propter: & relègem libenter, aut mutem in propterea. Non displiceat etiam: per quod hoc perit. Hoc, id est corpus.

EPIST.

A

EPIST. LVIII.

VERBA quedam nupera, desita nunc esse. transit ad Physica, & quotuplex rō ē, ex Platone. Aptat ad Ethica, & nihil hic idem, aut firmum, esse. Tum subtilitates quem usum habere possint? & hunc ex omni re captandum. Adrexit de senectute, & morte: neutram optandam, aut recusandam.

QVANTA verborum nobis ¹ paupertas, imò egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, cum fortè de Platone loqueremur, quæ nomina desiderarent, nec haberent: quædam verò cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium? Hunc quem Græci cestrum vocant, pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem, asilum nostri vocabant. hoc B Virgilio licet credas:

Et lucum Silari iuxta ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo
Romanum est, æstrum Græci vertere vocantes,
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta.

² Puto intelligi istud verbum interisse. Ne te longè differam, quædam simplicia in vsu erant, sicut *cernere ferro* inter se dicebant. Idem Virgilius hoc probabit tibi:

— Stupet ipse Latinus,
Ingentis, genitos diversis partibus orbis,
Inter se couisse viros, & cernere ferro.

quod nunc decernere dicimus: simplicis illius verbi vsus amissus est. Dicebant antiqui, *si iussu*, id est, si iussero. Hoc nolo mihi credas: ³ sed fide Virgilio:

Cetera quæ iussu, *mecum manus inferat arma*.
Non id ego nunc hac diligentia, vt ostendam quantum tempus apud grammaticum perdiderim: sed vt ex hoc intelligas, quantum apud Ennium & Attium, verborum situs occupauerit: cum apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint. Quid, inquis, sibi ista vult præparatio? quò spectat? Non celabo te. cupio, si fieri potest propitiis auribus tuis, ⁴ Essentiam dicere: sin minùs, dicam & iratis. ⁵ Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem. si recentiore queris; ⁶ Fabianum, disertum & elegantem, orationis, etiam ad nostrum fastidium, nitidæ. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur *stōia* res necessaria, ⁷ naturam continens, fundamentum omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc verbo vti. nihilominus dabo operam, vt ius à te datum parcissimè exerceam: fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, cum ecce id nullo modo Latine exprimere possim, propter quod linguæ nostræ conuicium feci? Magis damnabis angustias Romanas, si scieris vnâ syllabam esse, quam mutare non possim. Quæ hæc sit, quæris? rō ē. Duri tibi videbor ingenij: in medio positum, posse sic transferri, vt dicam, *Quod est*. Sed multum interesse video. cogor verbum pro vocabulo ponere: sed id si necesse est, ponam. *Quod est*, Sex modis hoc à Platone dici, amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat. Omnes tibi expo-

EPIST. LVIII. I. PAUPER TAS, IMÒ EGESTAS.] Plus igitur hoc est: & Pauperies esse rei potest, quàm non egeas. Plinius lib. iv. epist. Inopiâ, ac potius vt Lucretius ait, hac egestate patrij sermonis. Noster epist. xvii. Non est quod paupertas nos à philosophiâ reuocet, nec egestas quidem.

2. PVTO INTELLIGI.] Siue, intelligis.

3. SED FIDE.] Alij, fideli: fortasse, fido.

4. ESSENTIAM DICERE.] Optime ita Muretus,

cum in libris esset, quid sentiam.

5. CICERONEM AVCTOREM.] Sidonius: Lecturus es hic nouum verbum Essentiam: sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem.

6. FABIANVM.] Quem intelligis Fabius: Viam, quam Flavius Essentiam vocat. Nomen ei fuit, Ser. Flavius Papirius Fabianus.

7. NATVRAM CONTINENS.] Omnia enim ex Vsiâ: qua est proprie Stoicis, Deus & Materia.

s

6. HOMO

exponam, si antè indicauero, esse aliquod genus, esse & speciem. Nunc enim primum **A** illud genus quaerimus, ex quo ceteræ species suspensæ sunt, à quo nascitur omnis diuisio, quo vniuersa comprehensa sunt. Inuenietur autem, si cœperimus singula retrò legere. sic enim perducemur ad primum. Homo species est, vt Aristoteles ait: equus species est, canis species. ergo commune aliquod quaerendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo genus esse cepit omnium horum quæ modò retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quædam, quæ animam habent, nec sunt animalia. placet enim satis & arbutis animam inesse. itaque & viuere illa, & mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia animalia in hac formâ sunt, & fata. Quædam animâ carent, vt saxa. itaque aliquid erit animantibus antiquius, scilicet corpus. hoc sic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata esse, aut inanimantia. Etiamnum est aliquid superius, quàm corpus. Dicimus enim quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Quid ergo erit ex quo hæc diducantur? illud cui nomen modò parum proprium imposuimus, Quod est. Sic enim in species **B** secebitur, vt dicamus: Quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, &, vt ita dicam, generale: cetera genera quidem sunt, sed specialia, tamquam homo genus est. Habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos, Parthos; colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quæ multa continet, in genus cadit: quæ sub alio est, in speciem. Illud genus, Quod est, generale, supra se nihil habet. Initium rerum est. omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic etiam aliud genus magis principale: de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, meritò primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuido, vt sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? vt dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia. Rursus animantia quemadmodum diuido? vt dicam, quædam animum habent, quædam tantum animam: aut sic: quædam impetum habent, incedunt, transeunt: quædam solo affixa, radicibus aluntur & crescunt. Rursus animalia in quas species **C** sece feco? aut mortalia sunt, aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam videtur, Quid: sed quare videatur, subiiciam. In rerum (inquiunt) naturâ quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt, tamquam Centauri, Gigantes, & quidquid aliud falsâ cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promisi, reuertor, quomodo quæcumque sunt, ¹⁰ in sex modos Plato partitur. Primum illud Quod est, nec visu, nec tactu, nec vlllo sensu comprehenditur: cogitabile est. quod generaliter est: tamquam homo generalis sub oculis non venit, sed specialis venit, vt Cicero & Cato. Animal non videtur, sed cogitatur: videtur autem species eius, equus & canis. Secundum ex his quæ sunt, ponit Plato, quod eminent & exsuperat omnia. Hoc ait per excellentiam esse. vt poëta communiter dicitur. omnibus enim versus facientibus hoc nomen est. sed iam apud Græcos in vnius notam cessit. Homerum

intel- **D**
 8. HOMO GENVS EST.] Atqui supra Species erat, sed ex Aristotele: hic Lovicam Chryssippi sequi cum probabile est, hodie videndam.

9. VIDETVR, QVID.] Ita lego, cum libris sit ambiguè Quid, vel Quod: sed illud præfero. Mutetis in vno etiam repperisse ait, Quiddam. Græcè dixerunt indubie, τὸ τί. Pincianus sententiam loci primus peruidit, & breuiter posuit: Stoicis aliud ali-quod genus Ente superius esse, nempe Quod: ita enim ipse legit. Id igitur is diuiditur, in verè Ens, & Non ens. Verè, vt omnia quæ in rerum naturâ sunt: Non ens, vt sunt Centauri, Chimera, & quæ in mente solâ subsistunt.

10. IN SEX MODOS PLATO.] Primò quidem in duos: atque ita in Timæo, & Sophistâ τὸ δὲ diuidit.

Apuleius ex illo: τὰς εἰδίας, quas Essentias dicimus, duas esse ait: per quas cuncta gignantur, Mundusque ipse. Quarum vna cogitatione solâ concipitur, altera sensibus subiici potest. Prior illa verè esse memoratur: hanc verò non esse possumus dicere. Et primæ quidè Essentiæ primum Deum esse, & Mentem, Formasque rerum & Animam: secundæ, omnia quæ informantur, quæque gignantur, & quæ ab Substantiæ superioris exemplo originem ducunt. Hæc ita vniuersè in Platone: sed distinctius noster in sex modos partitur. Primum est, Ens verè, intelligibile: vt Animal. Secundum, excellentissimum Ens, & causa Entium, Deus. Tertium, Idea. Quartum ipsa Eide sua Species. Quintum, quæ sensibus subiecta, id est corpora. Sextum, quæ quali sunt, vt Inane, Tempus.

A intelligas, cum audieris poetam. Quid ergo hoc est? Deus, scilicet maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum, quæ propriè sunt: innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sunt, interrogas? propria Platonis supellex est. 11. Ideas vocat, ex quibus omnia, quæcumque videmus, fiunt: & ad quas cuncta formantur. Hæc immortales, immutabiles, inuiolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quæ naturâ sunt, exemplar æternum. Adiciam definitioni interpretationem, quò tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere. exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens, quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies, à quâ petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum: ad quæ, quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum locum habet *ἰδος*. Quid sit hoc *ἰδος*, attendas oportet: & Platoni imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem. nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paullò antè pictoris imagine utebar. ille cum reddere

B Virgilium coloribus veller, ipsum intuebatur: Idea erat Virgilij facies, futuri operis exemplar: ex hac quod artifex trahit, & operi suo imposuit, *ἰδος* est. Quid interfit, quaeris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta, & operi imposita. alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: hæc est Idos. habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex, statuam figurauit: hæc Idea est. Etiamnum aliam desideras distinctionem? Idos in opere est: Idea extra opus: nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum, quæ communiter sunt. hæc incipiunt ad nos pertinere: hæc sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum est, quæ quasi sunt, tamquam inane, tamquam tempus. Quæcumque videmus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quæ esse propriè putat. Fluunt enim, & assiduâ diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. nemo est manè, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. quidquid vides, currit cum tempore. nihil ex his quæ videmus, manet. Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est 12. quod ait Heraclitus: *In idem flumen bis non descendimus*. Manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine. sed nos quoque non minus velox cursus præteruehit: & ideò admiror dementia nostram, quòd tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur: cum omne momentum, mors prioris habitus sit. Vis tu timere, ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi, fluidâ materiâ & caducâ, & omnibus obnoxia casibus: mundus quoque, æterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet. Quamuis enim omnia in se habeat quæ habuit, aliter habet quam habuit, ordinem mutat. Quid, inquis, ista subtilitas mihi proderit? si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque auocat, &, vt dici solet, pascit: sic nos animum aliquando debemus relaxare, & quibusdam oblectamentis reficere. sed ipsa oblectamenta opera sint: ex his quoque, si obseruaueris, sumes quod possit fieri salutare. Hoc ego, mi Lucili, soleo facere: 13. ex omni natione, etiam si à philosophiâ longissimè auersa est, eruere aliquid conor, & vtile efficere. Quid de istis capiam, quæ modò tractauimus, remotis à reformatione morum? quomodo meliorem me facere Ideæ Plotonicæ possunt? quid ex istis traham, quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipsum, quòd omnia ista quæ sensibus seruiunt, quæ nos accendunt & irritant, negat Plato ex iis esse quæ verè sint. Igitur ista imaginaria sunt, & ad tempus aliquam faciem ferunt: nihil horum stabile, nec solidum est. & nos tamen cupimus tamquam

11. IDEAS VOCAT.] *De his ego aliquid Physiol. Dissert. 111.*

12. QVOD AIT HERACLITVS.] *Plato in Cratyllo: λέγει ποιοιράλειτος, ὅτι πάντα ῥεῖ, καὶ οὐδὲν μένει. καὶ ποταμοῦ ῥοῆ ἀπειράλλων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὲ εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν ἐκ ἀνέμβαίνε: Ait Heraclitus, omnia fluere, nec quidquam manere. &*

cum fluuij cursu ista quæ sunt comparans, addit, quòd nec in idem flumen bis possis ingredi. *Idem in Empirica legas, 111. Hypotheseon.*

13. EX OMNI NATIONE.] *Sic libri, & interpretis, ex omni genere hominum aut sectâ. Muretus mallet, tractatione: est in orâ quorundam librorum, oratione, quod mihi præplaceat.*

quam aut semper futura, aut semper habituri. Imbecilli fluidique per intervalla confestim: mittamus animum ad illa, quæ æterna sunt. miremur in sublimi volitantes rerum omnium formas: Deumque inter illa versantem, & providentem, quemadmodum quæ immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat à morte, ac ratione vitium corporis vincat. Manent enim cuncta, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur curâ regentis. Immortalia tutore non egent: hæc conseruat artifex, fragilitatem materiæ vi suâ vincens. Contemnamus omnia, quæ adeo pretiosa non sunt, ut an sint omnino, dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundum ipsum non minus mortalem, quam nos sumus, providentia periculis eximit, posse tamen aliquatenus nostrâ quoque providentiâ longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars maior perit, potuerimus regere & coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentiam pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, & illi nomen ¹⁴ latitudo pectoris fecerat: sed navigationes ac pericula multum detraxerunt viribus: parsimonia tamen, & eorum quæ aviditatem evocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentia suæ beneficio contigisse, quod ¹⁵ natali suo decessit, & ¹⁶ annum vnum atque octogesimum implevit, ¹⁷ sine vllâ deductione. Ideo Magi, qui fortè Athenis erant, immolauerunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanæ rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. Non dubito, quin paratus esset paucos dies ex istâ summâ, & sacrificium, remittere. Potest frugalitas producere senectutem: quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem. Iucundum est esse secum quam diutissimè, cum quis se dignum quo frueretur, effecit. Itaque de isto ¹⁸ feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non opperiri, sed manu facere. Propè est à timente, qui fatum segniter expectat: sicut ille vitra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat, & faciem quoque exforbet. De hoc tamen quæremus, pars summa vitæ, ¹⁹ vtrum fax vitæ hæc sit, an liquidissimum ac purissimum quiddam: si modò mens sine iniuriâ est, & integri sensus animum iuvant, nec defectum & præmortuum corpus est. Plurimum enim refert, vitam aliquis extendat, ²⁰ an mortem. At si inutile ministeris est corpus, quid ni oporteat educere animum laborantem? & fortasse paullo antè quam debet, faciendum est, ne cum fieri debeat, facere non possis: & cum maius periculum sit malè viuendi, quam citò moriendi, stultus est qui non exigui temporis mercede, magnæ rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuriâ pertulit. multis iners vita sine vsu iacuit sui. ²¹ Quanto deinde crudelius iudicas, aliquid ex vitâ perdidisse, quamvis finiri? Noli me inuitus audire, tamquam ad te iam pertineat ista sententia: sed quid dicam æstima. Non relinquam senectutem, si me totum mihi referuabit: totum autem ab illâ parte meliore. At si cæperit concutere mentem, si partes eius conuellere, si mihi non vitam reliquerit, sed ani-

14. LATITUDO PECTORIS.] *Apuleius: Platoni habitudo corporis cognomentum dedit. namque Aristocles prius nominatus. πλωτος Græcis, latus.*

15. NATALI SVO.] *Qui fuit mensis Thargelionis septimus dies, Plutarcho auctore Quest. Coniuv. VIII. Quest. I. & Laertio.*

16. ANNUM VNVM ATQVE OCTOGESIMVM IMPLEVIT.] *Conuenit cum Athenæo, qui ad annum LXXXII. peruenisse prodidit, libro V. Item Censorino, qui ait Magnos viros non prius vitâ excessisse, quam ad annum illum octogesimum & vnum peruenerint: in quo Plato finem vitæ & legitimum esse existimauit, & habuit. Idem Suidas: at Neanthes apud Laertium annos LXXXIII. adscribit.*

17. SINE VLLA DEDUCTIONE.] *Iusto calculo.*

quippe obiit ipso natali suo: ergo expleuit, nec plus minus fuit. Formularis sermo est in ratiociniis. Vide *De Benef. 11. cap. 14.*

18. FEREMVS SENTENTIAM.] *Quid hic Stoici aut Seneca, edisserui Manuduct. III. Dissert. XXI.*

19. VTRVM FAX VITÆ HÆC SIT.] *Ita poeta ille Comicus apud Stobæum:*

Σφόδρα τ' ἐστὶν ὁ βίος ἡμῶν ὡς οὐροσφῆρης,
Ὅταν ἢ τὸ λοιπὸν μῆρον ἔξοχ' ἴνεται:
Hæc vita vino similis admodum cluet,
Cum paullulum superfit, est fax atque acor.

20. AN MORTEM.] *Quia vita scilicet non est, in miseris malisq; sine spe, agere.*

21. QVANTO DEINDE CRVDELIVS.] *Verba aduersa sententia, non debere siniri.*

Animam: profiliam ²² ex ædificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem. sic mori, vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuò mihi esse patiendum: exhibo non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne, propter quod viuitur. Imbecillus est & ignauus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris causâ vituit. Sed in longum exeo. est præterea materia ²³ quæ ducere diem possit. Et quomodo finem vitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo: quod libentius quam ²⁴ mortes meras lecturus es.

EPIST. LIX.

VOLUPTATIS & Gaudij discrimen: atque hoc honestum verbum esse. Laudat deinde de stilum Lucilij, & philosopho verba item non negligenda; amandas etiam parabolas atque imagines. Serio autem, non obiter philosophandum esse: nec nobis ipsis citò placendum. quæ adulationis nos perdit.

MAGNAM ex epistolâ tuâ percepi voluptatem. permittite enim mihi uti verbis publicis; nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Vitium esse voluptatem credimus. Sit sanè: ponere tamen illam solemus, ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio, inquam, & voluptatem (si ¹ ad nostrum album verba dirigimus) rem infamem esse, & gaudium ² nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, ³ suis bonis viribusque fidentis. vulgò tamen sic loquimur, ut dicamus, magnum gaudium nos ex illius consulatione, aut ex nuptiis, aut ex partu vxoris percepisse: quæ ad eò non sunt gaudia, ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint. Gaudio autem iunctum est, non desinere, nec in contraria verti. Itaque cum dicit Virgilius noster: *Et mala mentis Gaudia*, disertè quidem dicit, sed parùm propriè: nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen imposuit, & quod voluit, expressit: significauit enim homines, ⁴ malo suo lætos. tamen ego non immeritò dixeram, cepisse me magnam ex epistolâ tuâ voluptatem. Quamuis enim ⁵ ex iustâ causâ imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius impotentem, & in diuersa statim inclinaturum, voluptatem voco, opinione falsi boni motam, immoderatam & immodicam. Sed ut ad propositum reuertar, audi quid me in epistolâ tuâ delectauerit. habes verba in potestate: non effert te oratio, ne longius quam destinasti, trahit. Multi sunt, qui ad id quod non proposuerant scribere, alicuius verbi decore placentis vocentur; quod tibi non euenit. pressa sunt omnia, & rei aptata. Loqueris quantum vis, & plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est. apparet ani-

22. EX ÆDIFICIO PUTRIDO.] *Stobæus Serm. CXVIII. Gorgia Leontino hoc adscribit. qui senex interrogatus, ecquid libens moreretur? μάλισα, δ' ἵπτεν. ὡς περὶ δὲ ἐκ σαφροῦ καὶ πρῶτος οὐδὲν ἰού ἀσ μένος ἀπαλλάττομαι:* Maxime, inquit. nam, ut ex putri & disfluente domunculâ, non inuitus abeo.

23. QUÆ DUCERE DIEM.] *Id est, vber hæc materies & disputatio, & vel diem traxerit. Alij explicant, materiam in nobis esse, quæ mortem differre possit: subtiliter magis, quam verè.*

24. MORTES MERAS.] *Quas epistola hæc vltima habet, & sonat. Ingratum verbum desino, & in illud Valetudinis muto. Olim sic ego: mutant quidam, & mortis moras probant. mihi improbè.*

EPIST. LIX. I. AD NOSTRUM ALBUM.] *Stoicum. ut in nostro foro & tribunali super iis arbitramur.*

2. NISI SAPIENTI.] *Super totâ hac re ego*

uertim Manuduct. III. Dissert. v.

3. SVIS BONIS VIRIBVSQVE.] *In vno libro repperi, suis bonis verisq; & valdè placeat. Nam Gaudium omne Stoicis ex solâ virtute oritur, & consequitur summum illud bonum, etsi boni pars non est. Si tamen vires retines, ad firmam fundatumq; in virtute animi statum referes.*

4. MALO SVO LÆTOS.] *Nam & lætitia inter mala, & apud malos est. Cicero Tuscul. I. v. Stoicè: Atque ut confidere decet, lætari non decet; sic quidem gaudere decet, lætari non decet: quoniam docendi causâ à Gaudio Lætitiâ distinguimus. Muretus appositum Afranij versum adducit, Gaudebit sapiens, lætabuntur ceteri: Afranij, an suum?*

5. EX IYSTA CAVSSA.] *Turbent aliquem scripti, qui, ex homine istâ causâ. Sed fuit scilicet, ex honestâ causâ.*

animum quoque nihil habere superuacui, nihil tumidi. Inuenio tamen translationes A
 verborum, vt non temerarias, ita quæ periculum sui fecerint. Inuenio imagines: qui-
 bus si quis non vti vetat, & poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi videtur
 ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter,
 & demonstrandæ rei causâ eloquebantur, parabolis referti sunt: quas existimò necessa-
 rias, non ex eadem causâ quâ poetis, sed vt imbecillitatis nostræ adminicula sint, & vt
 discentem & audientem in rem præsentem adducant. ⁶ Sextium ecce cum maxime le-
 go, virum acrem, ⁷ Græcis verbis, Romanis moribus philosophantem. mouit me ima-
 go ab illo posita: ire ⁸ quadrato agmine exercitum, vbi hostis ab omni parte suspectus
 est, pugnae paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet: omnes virtutes suas vndique
 expandat, vt vbi cumque infesti aliquid oritur, illic parata præsidia sint, & ad nutum re-
 gentis sine tumultu respondeant. Quod in exercitibus his quos imperatores magni ordi-
 nant, fieri videmus, vt imperium ducis simul omnes copiae sentiant, sic dispositæ, vt
⁹ signum ab vno datum, peditem simul equitemque percurrat: hoc aliquanto magis ne- B
 cessarium esse nobis, Sextius ait. Illi enim sæpe hostem timere sine causâ, tutissimum-
 que illis iter, quod suspectissimum fuit: nil stultitia pacatum habet. tam supernè illi
 metus est, quàm infra. vtrumque trepidat latus. Sequuntur pericula & occurrunt, ad
 omnia pauet: imparata est, & ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem, ad omnem incursum
 munitus & intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor im-
 petum faciat, pedem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa. Nos multa alligant,
 multa debilitant: diu in istis vitiis iacimus. elui difficile est. non enim inquinati
 sumus, sed infecti. ¹⁰ Ne ab aliâ imagine ad aliam transcamus, hoc quarâ, quod necum
 sæpe dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primò quia non fortiter il-
 lam repellimus, nec toto ad salutem impetu nitimur: deinde, quia illa quæ à sapienti-
 bus viris reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus, leuiterque
 tam magnæ rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis, quantum satis sit,
 aduersus vitia discere, qui ¹¹ quantum à vitiis vacat, discit? Nemo nostrum in altum de- C
 scendit. summa tantum decerpimus: & exiguum temporis impendisse philosophiæ,
 satis abundeque occupatis fuit. Illud præcipue impedit, quod citò nobis placemus: si
 inuenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Nec su-
 mus modicâ laudatione contenti: quidquid in nos adulatio sine pudore concessit, tam-
 quam debitum prendimus: optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur,
 cum sciamus ¹² illos sæpe mentiri. Adeoque indulgemus nobis, vt laudari velimus in
 id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis supplicis audit, in
 rapinis

6. SEXTIUM ECCE.] *Sextius fuisse pater & filius, vterq. philosophia studiis scriptusq. notus. Nominat & laudat sæpe nosse: itemq. Suetonius in vitâ Crassii: Dimissa repente scholâ transiit ad Q. Sexti sectâ. Sectam enim & ipse fecit, aut potius illam Pythagora renouauit: atque inter affectus etiam Flavianum illum habuit (Seneca pater lib. III. Controu. in Præfat.) de quo supra dixi. Meminit eius Plinius, laudabili factis, & quale olim Democriti, in prenis à olei caritate omne illud præstantis. Hoc postea (inquit Plinius lib. XVIII. cap. XXVIII.) Sextius è Romanis sapientiæ affectatoribus Athenis fecit, eadem ratione. Plutarchus de illo aliud memorabile habet, libello Quomodo sentias te proficere. Quidam, inquit, relicta republicâ & negotiis, in medio philosophiæ cursu hærent, aut corruunt, vt Romanus ille Sextius, quem memorant relictis honoribus & magistratibus, causâ philosophiæ, cum rursus angeretur & in principio ipsa doctrina offenderet, pænè ex nauis in mare se præcipitasse desperandum. Ad honores natum vides: quod nosse item Seneca, epist. XCVIII. Honores reppulit*

pater Sextius, qui ita natus vt temp. deberet capessere, latum clauum, Diuo Iulio dante, non recepit. Vide etiam Manud. I. Dissert. VI.

7. GRÆCIS VERBIS.] *Nam vides Athenis multum egisse: sed mores, inquit, Romanos habuit, graues, constantes. Citat tamen Latina quædam Claudianus Mamertus II. De Animâ, cap. IX. sed ab ipso fortasse versa.*

8. QUADRATO AGMINE.] *Explicauit De Militiâ, libro V.*

9. SIGNVM AB VNO.] *In tessera, aut verbo. Hac quoque explicata in Militiâ.*

10. NE AB ALIA IMAGINE.] *Manet in illâ militari, vbi capti alligantur, tenentur.*

11. QUANTVM A VITIIS VACAT.] *Sapientiæ studium inter subsiciua habet.*

12. ILLOS SÆPE MENTIRI.] *Dilatatum est, & velim, illos spei mentiri. quod esset, cum sciamus hæc dari spei, quâ à nobis aliquid captant.*

13. OBSI-

A rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India vagaretur, & gentes, ne finitimis quidem satis notas, bello vastaret, in ¹³ obsidione cuiusdam urbis dum circuit muros, & dum imbecillissima incensum quaerit, sagittâ ictus, ¹⁴ diu perferere, & incepta agere perseveravit. Deinde cum, represso sanguine, fici vulneris dolor crederet, & crus equo suspensum paullatim obtorpuisset, coactus absterere, ¹⁵ Omnes, inquit, iurant me Iouis esse filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. Idem nos faciamus: cum pro sua quemque portione adulatio infatuat, dicamus: Vos quidem me dicitis prudentem esse: ego autem video quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem. ne hoc quidem intelligo, quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus: quantum capiam, adhuc nescio. Iam docebo, quemadmodum intelligas te non esse sapientem? Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcussus, ¹⁶ cum diis ex pari vivit. Nunc ipse te consule: si numquam maestus es, nulla spes animum tuum futuri expectatione sollicitat, si per dies noctesque par & aequalis animi tenor erecti & placentis sibi est: peruenisti ad humani boni summam. Sed si appetis voluptates, & undique, & omnes: seito tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio, deesse. Ad hoc cupis peruenire, sed erras, qui inter diuitias illuc venturum esse te speras. Inter honores gaudium, id est, inter sollicitudines quaeris? ista quae sic petis, tamquam datura latitiam ac voluptatem, causa dolorum sunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium: sed vnde stabile magnumque consequantur, ignorant. Ille ex conuiuio & luxuria: ille ex ambitione, & circumfusâ clientium turba: ille ex amica: alius ex studiorum liberalium vanâ ostentatione, & nihil sanantibus litteris. Omnes istos oblectamenta fallacia & breuia decipiunt: sicut ebrietas, quae vnius horae hilaritatem insaniam, longi temporis tædio pensat. sicut plausus & acclamationis secundae fauor, qui magnâ sollicitudine & partus est, & expiandus. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientiae effectum, gaudij aequalitatem. Talis est sapientis animus, ¹⁷ qualis mundi status super Lunam, semper illic serenum est. Habes ergo, quare velis sapiens esse: quia numquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo, inquis? stulti ac mali non gaudent? non magis, quam praedam nacti leones. Cum fatigauerunt se vino & libidinibus, cum illos nox ¹⁸ inter vina defecit, cum voluptates angusto corpori ultra quam capiebat ingestae suppurare coeperunt, tunc exclamant miseri Virgilianum illum versum: *Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus, nostri.*

Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidem tamquam supremam, agunt. Illud gaudium, quod deos deorumque aemulos sequitur, non interrumpitur, non definit: desineret, si sumptum esset aliunde. Sed quia non est alieni muneris, nec arbitrij quidem alieni Quod non dedit fortuna, non eripit.

13. OBSIDIONE CUIUSDAM VRBIS.] *Urbis Mazagarum, ut Curtius lib. viii. appellat, & factum hoc denarrat. Idem lib. iv. Arrianus, qui Masagas dicit, & leuiter Alexandrum in malleolo pedis percussum. At Curtius in surâ, & grauius vulnus facit.*

14. DIV PERSEDERE.] *Sic ferè scripti: sed meus, diu perdere: ex quo ego, pergere, velim. Nam perfodere vix conuenit, quia pedes ibat, ut narrat Curtius, & lesus demum iussit equum admoueri. Alij quidam, diu perstitit ire: sed ex interpolatione.*

15. OMNES, INQUIT, IURANT.] *Curtius effert: Se quidem Iouis filium dici, sed corporis aegri vitia sentire.*

16. CVM DIIS EX PARI.] *Id est, pariter & aequaliter vivit. Stoicum γαυρία, de quo saepe iam monui, & reieci in Manud. iii. Dissert. xiv.*

17. QVALIS MVNDI STATUS.] *Meliores libri, qualis mundus super Lunam: & credo interpolatum ab iis, qui nesciebant Calum ipsum Mundum dici. De re, vide De Ira iii. cap. vi. Scripsit & poeta, de sapiente: Perpetuum nullâ temeratus nube serenum.*

18. INTER VINA DEFECIT.] *Alius, inter vitia: & praeseram.*

EPIST. LX.

VOTA vulgi spernenda: Naturam audiendam esse.

QVEROR, litigo, irascor. Etiamnum optas quod tibi optavit nutrix tua, aut paedagogus, aut mater? Nondum intelligis, quantum mali optauerint? O quam inimica nobis sunt vota nostrorum! eò quidem inimiciora, quò cessere felicius. Iam non admiror, si omnia nos à primâ pueritiâ mala sequuntur: inter execrationes parentum creuimus. Exaudiant quoque dij nostram pro votis ¹ vocem gratuitam. Quousque poscemus aliquid deos, quasi nondum ipsi alere nos possimus? Quàm diu satiationibus implebimus ² magnarum vrbium campos? quàm diu nobis ³ populus metet? quàm diu ⁴ vnus mensè frumentum multa nauigia, & quidem non ex vno mari, subuehent? Taurus paucissimorum iugerum pascuis impletur: vna silua elephantis pluribus sufficit: B homo & terrâ pascitur, & mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura aluum dedit, cum tam modica corpora dedisset, vt vastissimorum edacissimorumque animalium auiditatem vinceremus? minimè. Quantulum est enim quod naturæ datur? paruo illa diimititur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaque (vt ait Sallustius) *ventri obedientes* animalium loco numeremus, non hominum: quosdam verò ne animalium quidem, sed mortuorum. Viuit is, qui se vitur: qui verò latitant & torpent, sic in domo sunt, tamquam ⁵ in conditiuo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas, mortem suam antecesserunt.

EPIST. LXI.

EMENDARI & immutari studeamus: mortem cogitemus, vt semper imminentem, & ^C vtique venturam.

DESINAMVS quod voluimus velle. Ego certè id ago senex, non eadem velle, quæ puer volui. In hoc vnum eunt dies, in hoc noctes: hoc opus meum est, hæc cogitatio, imponere veteribus malis finem. Id ago, vt mihi instar totius vite, sit dies. Nec mehercules ¹ tamquam vltimum rapio, sed sic illum adspicio, tamquam esse vel vltimus possit. Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tamquam cum maximè scribentem mors euocatura sit. Paratus exire sum, & idè ² fruor vitâ: quia quàm diu futurum hoc sit, ³ non nimis pendeo. Ante senectutem curavi, vt benè viuerem: in senectute, vt benè moriar. Benè autem mori, est libenter mori. Da operam, ne quid vniquam inuitus facias.

EPIST. LX. 1. VOCEM GRATUITAM.]

Quæ mercedem non trahat, externa non poscat.

2. MAGNARVM VRBIUM CAMPOS.] Notat latifundia, quæ priuati illi diuites tenebant, vel vrbibus suffectura.

3. POPVLVS METET.] Tota natio aut prouincia aliqua messem nobis faciet.

4. VNVS MENSÆ FRUMENTVM.] Interpretor, vnus domini & domus, quæ familiam tantam habet. Legiones enim illa seruorum, vt Plinius appellat, multum frumentum requirebant: & adde cotidiana hospitalem mensam. Hæc autem frumenta non ex vno mari (supero, inferoq;) aduehebantur, nec ex vna regione. Seneca epist. XXXIX. Amnes, magnarum gentium termini, vsque ad ostium à fonte, vestri sunt. Latifundijs vestris maria cingi-

stis, trans Hadrianum, & Ionium, Ægeumque vester villicus regnat. Qui autem hic instrumentum, aut strumentum eodem sensu, pro frumento substitunt, & ad mensæ apparatus referunt; salantur, veteris moris opumq; ignari.

5. IN CONDITIVO.] Sepulchro, vbi condimur: quod Conditorium Suetonio, & vtrique Plinio.

6. NOMEN MARMORI.] Ritum sepulchrorum, Talis hic situs est.

EPIST. LXI. 1. TAMQVAM VLTIMUM RAPIO.] Et more vulgi voluptatibus me perfundo.

2. FRVOR VITA.] Securus & latus.

3. NON NIMIS PENDEO.] Sic veteres ferè, nec muto. Non anxius sum, neque animi pendeo.

4. SEP

A cias. quidquid necesse est, futurum est. Repugnanti, non volenti necessitas est: in volente necessitas non est. Ita dico, qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est: sed qui inuitus facit. Itaque sic animum componamus, ut quidquid res exiget, id velimus: & in primis finem nostri sine tristitia cogitemus. ante ad mortem, quam ad vitam, preparandi sumus. Satis instructa vita est: * sed nos instrumentorum eius auidi sumus. Deesse nobis aliquid videtur, & semper videbitur. Ut satis vixerimus, nec anni nec dies facient, sed animus. Vixi, Lucili carissime, quantum satis erat: mortem plenus exspecto.

EPIST. LXII.

HOMINES aut negotia non obflare Bona menti. Laus Demetrii.

B MENTIVNTUR, qui sibi obflare ad studia liberalia turbam negotiorum videri volunt: simulant occupationes, & augent, & ipsi se occupant. Vaco, mi Lucili, vaco: & ubicumque sum, meus sum. Rebus enim non me trado, * sed commodo: nec confector perdendi temporis causas: & quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas tracto, & aliquid in animo salutare verso. Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco: nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregavit, aut causa * ex officio nata civili, sed cum optimo quoque sum: ad illos, in quocumque loco, in quocumque saeculo fuerint, animum meum mitto. Demetrium, virorum optimum, * mecum circumfero, & relictis * conchyliatis, cum illo seminudo loquor, illum admirror. Quid ni admiror? vidi nihil ei deesse. Contemnere omnia aliquis potest: omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias, per contemptum diuitiarum, via est. Demetrius autem noster sic vivit, non tamquam contempserit omnia, sed tamquam C aliis * habenda permiserit.

EPIST. LXIII.

CONSOLATORIA super morte amici, sapiens & perpulchra.

GRAVITER fers decessisse Flaccum, amicum tuum: plus tamen aequo dolere te nolo. Illud, ut non doleas, vix audebo exigere: & esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget, nisi iam multum supra fortunam elato? Illum quoque ista res vellicabit, sed tantum vellicabit. Nobis autem ignosci potest, prolapsis ad lacrimas: si non nimia decurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant. lacrimandum est, non plorandum. Duram tibi legem videor ponere: cum poetarum Graecorum maximus, ius flendi dederit * in vnum dumtaxat diem: * cum dixerit, etiam

D

4. SED NOS INSTRUMENTORVM EIVS.] Scripti, instrumento eius. Vellam, instruendę eius.

EPIST. LXII. I. Breuicula & hac est, ut priores: nec tamen, cum Mureto, habeo pro laciniis aut fragmentis. Sunt cogitationes & μελετήματα Seneca, qua voluit EPISTOLARVM titulo venire in lucem.

2. SED COMMODO.] Vsum mei, non mancipium, dono.

3. EX OFFICIO NATA CIVILI.] Quod inter cives, de more, usurpatur. ut ire ad Nuptias, ad Togam virilem, ad Funera, ad Salutationes.

4. MECVM CIRCUMFERO.] Pectore gesto.

5. CONCHYLIIATIS.] Qui in lacernis purpureis, aut togis purpuratis.

6. HABENDA PERMISERIT.] Ipse rex, & eorum dominus: sed vsum aliis indulget.

EPIST. LXIII. I. IN VNVM DVMTAXAT DIEM.] Homerum intelligi certum est, & huc aduocari. Vbi autem hoc ille? ut puto in Iliad. τ. vbi Vlysses Achillem à nimio luctu absterret: atque inter alia dicit,

Αλλὰ χρὴ τὸν μὲν κατὰ δάμνην ὅς κε θάγησι,
Νήλεα θυμὸν ἔχοντα, ἐπὶ ἡματι δακρύσαντα:
Sed sepelire decet defunctum, pectore forti
Constantes, vnamq; diem fletu indulgentes.

2. CVM DIXERIT, ETIAM NIOBEN.] Hoc non indidem, sed ex Iliade vltimã est. in qua Achilles ita Priamo lugenti:

etiam Nioben de cibo cogitasse. Quæris unde sint lamentationes, unde immodici fletus? per lacrimas argumenta desiderij quærimus: & dolorem non sequimur, sed ostendimus. ³ Nemo tristis sibi est. O infelicem stultitiam! est aliqua & doloris ambitio. Quid ergo? inquis. obliuiscat amici? Breuem illi apud te memoriam promittis, si cum dolore mansura est. Iam istam frontem ad risum quælibet fortuita res transferet. Non differo in longius tempus, quo desiderium omne mulcet, quo etiam acerrimi luctus residunt: cum primùm te obseruare desieris, imago ista tristitiæ discedet. Nunc ipse ⁴ custodis dolorem tuum, sed custodienti quoque elabitur: eoque citiùs, quò est acrior, desinit. Id agamus, vt iucunda fiat nobis amissorum recordatio. nemo libenter ad id redit, quod non sine tormento cogitaturus est. Si tamen illud fieri necesse est, vt cum aliquo nobis mortu, amissorum quos amauimus nomen occurrat: hic quoque mortuus habet suam voluptatem. Nam, vt dicere solebat ⁵ Attalus noster; Sic amicorum defunctorum memoria iucunda est, quomodo poma quædam sunt suauiter aspera: quomodo in vino nimis veteri ⁶ ipsa nos amaritudo delectat: cum verò interuenit spatium, B omne quod angebat extinguitur, & pura ad nos voluptas venit. Si illi credimus, amicos incolumes cogitare, melle ac placentâ frui est: eorum qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quadam iuuat. Quis autem negauerit, hæc acria quoque, & habentia austeritatis aliquid, stomachum excitare? Ego non idem sentio. mihi amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blanda est. habui enim illos, tamquam amissurus: anisi, ⁷ tamquam habeam. Fac ergo mi Lucili, quod tuam æquitatem decet. Desine ⁸ beneficium Fortunæ malè interpretari. abstulit, sed dedit. Ideò amicis auidè fruamur, quia quamdiu contingere hoc possit, incertum est. Cogitemus quàm sæpe illos reliquerimus, in aliquam peregrinationem longinquam exituri: quàm sæpe eodem morantes loco, non viderimus: intelligemus, plus nos temporis perdidisse in viuis. Feras autem hos, qui cum negligentissimè amicos habeant, miserrimè lugent: nec amant quemquam, nisi cum perdididerunt? Ideoque tunc effusius mærent, quia verentur, ne dubium sit an amaue- C rint: sera indicia ⁹ affectus sui quærent. Si alios habemus amicos, malè de his & mere- mur, & existimamus: quia parùm valent in vnus elati solatium: si non habemus, ma- iorem ipsi nobis iniuriam fecimus, quàm à fortunâ accepimus. Illa vnum abstulit: nos quemquam non fecimus. Deinde ¹⁰ ne vnum quidem amauit, qui plus quàm vnum amare non potuit. Si quis despoliatus, amissâ vnicâ tunicâ, complorare se malit, quàm circumspicere quomodo frigus effugiat, & aliquid inueniat quo regat scapulas, nonne tibi videatur stultissimus? Quem amabas, extulisti: quære, quem ames. Satius est ami- cum

— ὅτι δὲ μνησάμεθα δόρατα.

Καὶ γὰρ τὸ ἠόχομας Νίβην ἐμνήσαστο σίτην,
Τῆς αἰσῆς δ' αἰδέεσθαι πάλαι ἐν μνησέσειαν ἔδωκετο:

— nunc cænæ nos quoque demus.

Namque & pulchricomam Nioben cænasse putandum est,

Esti bis fenos, lugeret funera, natos.

3. NEMO TRISTIS SIBI.] Tale, quod Martialis de Gellia:

Amisum nõ flet, cum sola est Gellia, patrem:

Siquis adest, iussæ profiliunt lacrimæ.

Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, querit,

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Sed ipsa hæc verba noster iterat, epist. XCIX. Plus ostentatio doloris exigit, quàm dolor. Quotusquisque sibi tristis est? & plura addit in hunc scenicum dolorem.

4. CUSTODIS DOLOREM TVVM.] Idem ad Marciam, cap. VIII. Quoties aliud egeris, animus relaxabitur: nunc te ipsa custodis.

5. ATTALVS NOSTER.] Sæpe nominat, laudatque: & audisse eum alibi fateatur. Sed & hoc tribuit, quòd Etruscorum doctrinam Græcâ subtilitate

miscuerit: II. Quæst. Nat. cap. I. Quid Seneca patet? magis virum notificat: Attalus, inquit, Stoicus, qui solum vertit à Sciano circumscriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra ætas vidit, longè & subtilissimus, & facundissimus: Suasoria II.

6. IPSA NOS AMARITVDO.] Catullus: Ingere mi calices amariore. Et est primò in vino veterascens spiritus, quædam, vt Galenus appellat, id est acritudo; denique postremò temporis, amaritudo.

7. TAMQVAM HABEAM.] Cogitatione enim fruor, & mihi represento.

8. BENEFICIVM FORTVNÆ.] Nam & amici inter res externas sunt: etsi non amicitia. Fortuna in illos ius habet: Itaque malè hic Naturæ substituunt, præter libros.

9. AFFECTVS SVI QUÆRVNT.] Ita & meus: tamen aliquot scripti auctiùs, affectus sui relinquunt, & quærent. Vacare alterum verbi videtur: nisi rescribas, relinquere quærent.

10. NE VNVM QVIDEM AMAVIT.] Quare? quia amicitia sociabilis virtus est: nec, vt lascivus ille amor, in vnum fertur.

A cum reparare, quàm flere. Scio pertritum iam hoc esse, quod adiecturus sum: non tamen ideo prætermittam, quia ab omnibus dictum est. Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore inuenit: turpissimum autem est in homine prudente remedium mæroris, lassitudo mærendi. Malo relinquo dolorem, quàm ab illo relinquo: quàm primum id facere desiste, quod, etiamsi voles, diu facere non poteris. ¹¹ Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutiùs: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, vix retractis à rogo, vix à cadauere reuulsis, cui lacrimæ in totum mensum durauerint? Nulla res citiùs in odium venit, quàm dolor: qui recens, consolatorem inuenit, & aliquos ad se adducit: inueteratus verò deridetur. nec immeritò: aut enim simulatus, aut stultus est. Hæc tibi scribo, is qui ¹² Annam Serenum, carissimum mihi, tam immodicè fleui, ut (quod minimè velim) inter exempla sim eorum quos dolor vicit. hodie tamen factum meum damno, & intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quòd numquam cogitaueram, mori eum ante me posse. Hoc vnum mihi occurrebat, minorem esse, & multo minorem: tamquam ordinem fata seruant. Itaque assiduè cogitemus, tam de nostrâ quàm omnium quos diligimus, mortalitate. Tunc ego dicere debui: Minor est Serenus meus: quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest, quia non feci, imparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incertâ lege mortalia. Hodie fieri potest, quidquid vnumquam potest. Cogitemus ergo, Lucili carissime, citò nos eò peruenturos, quò illum peruenisse mæremus. Et fortasse (¹³ si modò sapientum vera fama est, recipitq; nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est.

EPIST. LXIV.

C Q. SEXTII laudatio, & ipsius deinde Sapientie. Veteres eius auctores venerandos, & nos tamen posse adicere.

FVISTI heri nobiscum. Potes queri, si heri tantum: ideo adieci, nobiscum: mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret: non hic qui erumpere ex lautorum culinis, & ¹ terre vigiles solet: sed hic modicus, qui hospites venisse significaret. Varius nobis sermo fuit, ut in conuiuio, nullam rem vsque ad exitum adducens, sed aliunde aliò transiliens. lectus est deinde liber Q. Sextij patris, magni, si quid mihi credis, viri, & ² licet negent, Stoici. ³ Quantum in illo, dii boni, vigoris est, quantum animi? hoc non in omnibus philosophis inuenies. Quorumdam scripta clarum habent tantum nomen: cetera exanguia sunt. Instituunt, disputant, cauillantur: non faciunt animum, quia non habent. Cùm legeris Sextium, dicet: Viuit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducia. In quacumque positione mentis sim, cùm lego hunc (fatebor tibi) libet omnes casus prouocare, libet exclamare: Quid cessas fortuna? congregere, paratum vides. Illius animum

11. ANNUM FEMINIS.] Ita. annum in quocumque alio luctu, annum, dico, communem: at illum Romuli decem mensium, in luctu viri. Dixi aliquid Consol. ad Helu. cap. xv.

12. ANNAM SERENVM.] Cui de Tranquillitate inscripsit. Obiit autem præcipiti fato, de quo Plinius lib. xxii. Fungi familias nuper interemere, & conuiuia tota. Annam Serenum, Præfectum Neronis Vigilum, & Tribunus, & Centuriones.

13. SI MODÒ SAPIENTVM.] Dubie & irèpidè super immortalitate, ut alias. Vide me Physiol. lxx. Dissert. xi. & xiv.

EPIST. LXIV. I. TERRERE VIGILES.] Tertullianus Apolog. cap. xxxviii. Ad fumum cænæ Serapicæ sparteoli excitabuntur: id est Vigiles, qui scilicet incendiis curabant.

2. LICET NEGENT, STOICI.] Quidam libri, neget. Ipse aut alij negabant, & Pythagoricum inscribebant: sed sententiis decretisq; Stoicus erat. Vide Manuduct. i. Dissert. vi.

3. QVANTVM IN ILLO.] Hac omnia de nostro se accipis, eleganter & iuste facis: nec potuit verius se descripsisse.

num induo, qui quærit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat:

Spumantemque dari pecora inter inertia votis

Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Libet aliquid habere quod vincam, cuius patientiâ exerceat. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod & ostendet tibi beatæ vitæ magnitudinem, & desperationem eius non faciet. Scies illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem. hoc quidem virtus tibi ipsa præstabit, ut illam admireris, & tamen speres. Mihi certè temporis multum auferre solet contemplatio ipsa sapientiæ. non aliter illam intueor obstupefactus, quam ipsum interim mundum, quem sæpe tamquam spectator nouus video. Veneror itaque inuenta sapientiæ, inventoresque: adire tamquam multorum hereditatem iuuat. Mihi ista acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familiæ: faciamus ampliora, quæ accepimus. maior ista hereditas à me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumque restabit: nec vlli nato post mille sæcula præcludetur occasio, aliquid adhuc adiiciendi. Sed etiam si omnia à veteribus inuenta sunt: hoc semper nouum erit, vsus, & inuentorum ab aliis scientia & dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. non opus est mihi alia quærere: hæc tantum morbis & temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuatur. hoc palpebrarum crassitudo tenuatur. hoc vis subita & humor auertitur. hoc acuitur visus. Teras ista oportet, & eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis: quomodo autem admoueantur, aut quando, nostri operis est quærere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt: suspiciendi tamen sunt, & ritu deorum colendi. Quid ni ego magnorum virorum & imagines habeam, incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honoris causâ semper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semitâ cedam. Quid ergo? Marcum Catonem vtrumque, & Lælium Sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleanthemque, in animum meum sine dignatione summâ recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo.

EPIST. LXV.

PHYSIOLOGICA tractat, de Causâ & Materiâ. Quatenus vtilia, docet: si cum modo tractentur, & bono fine, id est vitæ. Attolli per hæc animum ad Deum, & Honestum.

HESTERNVM diem diuisi cum malâ valetudine. antemeridianum illa sibi vindicauit: postmeridiano mihi cessit. Itaque lectione primùm tentauimus animum. deinde cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, imò permittere. Aliquid scripsi, & quidem intentius, quam soleo, dum cum materiâ difficili contendo, & vinci nolo: donec interuenerunt amici, qui mihi vim afferrent, & tamquam ægrum intemperantem coërcerent. In locum stili sermo successit: ex quo eam partem ad te perferam, quæ in lite est. te arbitrum adegimus: plus negotij habes quam existimas. Triplex causa est. Dicunt, ut scis, Stoici nostri, duo esse in rerum naturâ, ex quibus omnia fiant:

4. RITV DEORVM COLENDI.] *Lucretius:*

— nōne decebit

Hos homines numero diuū dignari esse?

5. EQVO DESILIAM.] *De hoc ritu dixi Elektor. 1. cap. XXI.*

6. CAPVT ADAPERIAM.] *Petaso detracto, si habeant: vel veitis laciniâ, ut solent caput etiam*

tegere. Nam in vrbe pillos non gestabant. Fusè dixi in libello extremo, De Amphitheatro.

EPIST. LXV. I. ARBITRVM ADEGIMVS.] *Prisci libri, adduximus. vnde verius fortasse, adduximus. Brissonium in Formulâ vide.*

2. TRIPLEX CAUSSA EST.] *Lis triplex est: siue in triplici causâ captus es additūq. index.*

3. CAUSSAM

A fiant: 3 causam & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem, 4 id est ratio, materiam format, & quocumque vult versat: ex illâ varia opera producit. Esse debet ergo vnde aliquid fiat, deinde à quo fiat: hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturæ: itaque quod de vniuerso dicebamus, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit, quæ pateretur artificium: & artificem, qui materiæ daret faciem. Ergo in statuâ materia æs fuit, causa artifex. Eadem condicio rerum omnium est, ex eo constant quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet 5 vnam causam esse, id quod facit. 6 Causam Aristoteles putat tribus modis dici. Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine quâ nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia forma, quæ vnicuique operi imponitur, tamquam statuæ. nam hanc Aristoteles Idos vocat. Quarta quoque, inquit, his accedit, propositum totius operis. Quid sit hoc aperiam. Æs prima statuæ causa est: numquam enim facta esset, nisi fuisset id ex quo ea funderetur, ducereturve. Secunda causa artifex est: non potuisset enim æs illud in habitum statuæ figurari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est forma: neque enim statua ista Doryphoros aut Diadumenos vocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est, faciendi propositum: nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc, si venditurus fabricauit: vel gloria, si laborauit in nomen: vel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est, propter quam fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato adicit exemplar, quam 7 ipse Ideam vocat: hoc est enim ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, efficit. Nihil autem ad rem pertinet, vtrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos; an intus, quod sibi ipse concepit & posuit. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerosque vniuersorum quæ agenda sunt, & modis mente complexus est. plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt: ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur, permanet; & hominibus laborantibus, intereuntibus, illa nil patitur. 8 Quinque ergo causæ sunt, vt Plato dicit: Id ex quo, id à quo, id quo, id ad quod, id propter quod. nouissimè id quod ex his est. Tamquam in statuâ (quia de hac loqui cœpimus) Id ex quo, æs est: Id à quo, artifex est: Id quo, forma est, quæ aptatur illi: Id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit: Id propter quod, faciendi propositum est. Id quod ex istis est, ipsa statua. Hæc omnia mundus quoque (vt ait Plato) habet. Faciens, hic Deus est: Ex quo fit, hæc materia est: Forma, hæc est habitus, & ordo mundi quem videmus: Exemplar, scilicet ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit: Propositum, propter quod fecit. Quæris, quid sit propositum Deo? Bonitas, ita certè Plato ait. Quæ Deo faciendi mundum causa fuit: bonus est, bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaque quàm optimum potuit. Fer ergo iudex sententiam, & pronuncia, quis tibi verisimillimum videatur dicere, non quis verum dicat, id enim tam supra nos est, quàm ipsa veritas. Hæc quæ ab Aristotele & Platone ponitur turba causarum, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendit. Nam si quocumque remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt.

3. CAUSAM ET MATERIAM.] *Explicauit partim Physiol. I. Diss. IV. partim lib. II. Diss. 11.*

7. IPSE IDEAM VOCAT.] *Dixi Physiol. II. Dissert. 111.*

4. ID EST RATIO.] *Sic Stoici loqui amant: quia velut Ratione Deus per Materiam discurret, & operatur. Vide Consol. ad Helu. cap. VIII. De Vit. beat. cap. XXXII.*

5. VNAM CAUSAM ESSE.] *Deum, qui efficit: nam Materia patitur.*

6. CAUSAM ARISTOTELES.] *Quattuor genera facit I. Postphysic. cap. 111. & II. Physic. cap. 111. Efficientem, Formalem, Materialem, Finale.*

8. QVINOVE ERGO CAUSÆ, VT PLATO.] *Plutarchus tamen breuius ex eius mente diuidit: Platoni, inquit, Τριχῶς τὸ αἰτίον λέγεται: ἓξ ἂν, ἕξ ἂν, ἅπλοσ ἢ. ἀνελάττωσ δὲ ἰγάρ ται τὸ ἓξ ἂν. τὸ δὲ ἕξ τὸ ποιοῦν, ὁ ἕξ ἂν νοῦσ: tripliciter causa dicitur, A quo, Ex quo, Ad quod. Proprie verò dici maxime censet eam, A quo: quæ est Efficiens, id est Mens. Cùm sic diuidit, intelligit Efficientem, Materialem, Finale. Tum autem Exemplaris, & Formalis, in Efficiente intelliguntur incluse.*

†

9. NEGA

A itaque oppono fortunæ, in quo resistat; nec per illud ad me vllum transire vultus sino. Quidquid in me potest iniuriam pati, hoc est in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat. numquam me caro ista compellet ad metum, numquam ad indignam bono simulationem, numquam in honorem huius corpusculi mentiar. Cum visum fuerit, distraham cum illo societatem: & nunc tamen dum hæremus, non erimus æquis partibus focij: animus ad se omne ius ducet. Contemptus corporis sui, certa libertas est. Ut ad propositum reuertat, huic libertati multum conferet & illa, de quâ modò loquebamur, inspectio. Nempe vniuersa ¹⁷ ex materiâ & ex Deo constant: Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur, & ducem. Potentius autem est quod facit, quod est Deus, quàm materia sequenti Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est. Seruiant ergo deteriora melioribus: fortes simus aduersus fortuita: non contremiscamus iniurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis est, aut transitus. nec
B desinere timeo; idem est enim quod non cœpisse: nec transire, quia nusquam tam angustè ero.

EPIST. LXVI.

CLARANVM senem, sed alacrem esse: eundem corpore deformem, animo honestum. Non refert de casâ, in quâ is habitat. Discrimen Bonorum Stoicis: & omnia paria esse. Quid ergo? idem Gaudium, & Patientia? idem, quod ad Virtutem: non ad Materiam. Externa etiam, non dare Boni augmentum. Hæc diffusè, distinctè, pulchrè. O legamus, & aptemus!

CLARANVM condiscipulum meum vidi, post multos annos ¹ non puto expectas, ut adiciam senem: sed mehercules viridem animo ac vigentem, & cum corpusculo suo colluctantem. Iniquè enim se natura gessit, & talem animum ² malè collocavit: aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vicit tamen omnia impedimenta: & ad cetera contemnenda à contemptu sui venit. Errare mihi visus est qui dixit:

Gratior est pulchro veniens è corpore, virtus.

nullo enim honestamento eget: ipsa & magnum sui decus est, & ³ corpus suum consecrat. Certè Claranum nostrum cœpi intueri: ⁴ formosus mihi videtur, & tam rectus corpore, quàm est animo. Potest ex casâ vir magnus exire: potest & ex deformi humilique corpusculo, formosus animus ac magnus. Quosdam itaque videtur mihi in hoc natura tales generare, ut approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset. nunc quod amplius est, facit: quosdam enim edit corporibus impeditos, sed nihilominus petruentes obstantia. Claranus mihi videtur in exemplar editus: ut scire possemus, non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine
D animi corpus ornari. Quamuis autem paucissimos vnâ egerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, & ad te mittam. Hoc primo die quaesitum est, quomodo possint paria bona esse, si ⁵ triplex eorum conditio est. Quædam (ut nostris videtur) primâ bona sunt: tamquam gaudium, pax, salus patriæ. Quædam secunda, in materiâ infelici expressa: tamquam tormentorum patientia, & in morbo graui
tempe-

17. EX MATERIA ET EX DEO.] Non solum à Deo, sed ex Deo: & sæpe sic loquuntur. Quid ita? quia omnibus caloribus & ignis aliquid insitum, qui est ipse Stoicis Deus, & omnia permanat.

EPIST. LXVI. I. NON PUTO EXPECTAS.] Vel quia ipse scis, vel quia præmisi, condiscipulum. Ergo senis senem.

2. MALE COLLOCAVIT.] Simile illi, Ingenium Galbæ malè habitat.

3. CORPVS SVVM CONSECRAT.] Quod est velut parvi eius Dei templum.

4. FORMOSVS MIHI VIDETVR.] Itaque Platonici tales animo pulchros amabant. Nec enim, ait Apuleius, deformitas corporis talem poterit abigere appetitum: sed cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur.

5. TRIPLEX EORVM CONDITIO.] Vide si lubet, Manuduct. IIII. Dissert. VI.

temperantia. Illa bona directò optamus nobis: hæc, si necesse erit. Sunt adhuc tertia: A
tamquam modestus incessus, & compositus, ac probus vultus, & conueniens prudenti
viro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia auer-
sanda? Si volumus ista distinguere, ad primum reuertamur, & consideremus id quale
sit. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, ⁶ sed
ex naturâ pretia rebus imponens, toti se inferens mundo, & in omnes eius actus con-
templationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex æquo magnus
ac vehemens, asperis blandisque pariter inuictus, neutri se fortunæ submittens, supra
omnia quæ contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus cum decore, cum viribus
sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollant
fortuita, nec deprimant. Talis animi virtus est, hæc eius facies, si sub vnum veniat ad-
spectum, & semel tota se ostendat. Ceterum multæ eius species sunt, quæ pro vitæ va-
rietate & pro actionibus explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. ⁷ Decrescere enim
summum bonum non potest, nec virtuti ire retrò licet: sed in alias atque alias qualitates B
conuertitur, ad rerum quas actura est habitum figurata. Quidquid attingit, in similitudi-
nem sui adducit & tingit: actiones, amicitias, interdum domos totas, quas intrauit dis-
posuitque, condecorat: quidquid tractauit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Ita-
que vis eius & magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non
est. Nihil inuenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato tempe-
ratus. omnis in modo est virtus: modus certa mensura est. Constantia non habet quò
procedat, non magis quam fiducia, aut veritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest?
nihil. aut perfectum non erat, cui accessit: ergo ne virtuti quidem, cui si quid adiici po-
test, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit: honestum est enim propter
illa quæ retuli. Quid porro decorum & iustum, & legitimum? non eiusdem esse forme
putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse, imperfectæ rei signum est: bonum
omne in easdem cadit leges: iuncta est priuata & publica vtilitas, tam mehercules, quam
inseparabile est, laudandum petendumque. Ergo virtutes inter se pares sunt, & opera C
virtutum, & omnes homines quibus illa contingere. Satorum verò animaliumque vir-
tutes, cum mortales sint, fragiles, caducæque, & incertæ, exsiliunt residuntque: & ideo
non eodem pretio æstimantur. Vna inducitur humanis virtutibus regula: vna enim est
ratio recta, simplexque. Nihil est diuino diuinius, caelesti caelestius. Mortalia eminent,
cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implentur: itaque illis in tam incertâ sorte
inæqualitas est: diuinorum vna natura est. Ratio autem nihil aliud est, quam in corpus
humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio diuina est, nullum autem bonum sine ra-
tione est, bonum omne diuinum est: nullum porro inter diuina discrimen est, ergo nec
inter bona. Paria itaque sunt gaudium, & fortis atque obstinata tormentorum perpes-
sio. in vtroque enim eadem est animi magnitudo: sed in altero remissa, & laxa; in
altero pugnax, & intenta. Quid? tu non putas, parem esse virtutem eius qui fortiter ho-
stium mœnia expugnat, & eius qui obsidionem patientissimè sustinet? Et magnus Sci-
pio, qui Numantiam claudit & comprimit, cogitque inuictas manus in exitium ipsas D
sui verti: & magnus ille obsessorum animus, qui scit nihil esse clausum, cui mors aperta
est, & in complexu libertatis expirat. Æquè reliqua quoque inter se paria sunt, tran-
quillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, æquanimitas, tolerantia: omnibus enim
istis vna virtus subest, quæ animum rectum & indeclinabilem præstat. Quid ergo? ni-
hil interest inter gaudium, & dolorum inflexibilem patientiam? nihil, quantum ad ipsas
virtutes: plurimum, quantum ad illa, in quibus virtus vtraque ostenditur. In altero
namque naturalis animi remissio ac laxitas: in altero, contra naturam dolor. Itaq; me-
dia sunt hæc, quæ plurimum interualli recipiunt. Virtus in vtraque par est: virtutem
materia non mutat: nec peiorem facit dura & difficilis, nec meliorem hilaris & læta.

Neces-

6. SED EX NATURA.] *Id est, recta ra-*

7. DECRESERE SYMMVM BONVM NON

POTEST.] *Nos aliquid Manuduct. III. Dissert.*
IV. itemque III: *Et quod sequitur, de paritate vir-*
tutum, ibi ex professo.

A Necessè est ergo æqualia sint bona vtraque: quia nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in illis cruciatibus. duo verò, quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam si quæ extra virtutem posita sunt, aut minuere illam, aut augere possunt, desinit vnum bonum esse, quod honestum est. Si hoc concesseris, omne honestum perit. Quare? dicam: quia nihil honestum est, quod ab inuito, quod à coacto fit. omne honestum voluntarium est. Admisce illi pigritiam, querelam, tergiuersationem, metum: quod habet in se optimum, perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse, quod non est liberum. nam quod timet, seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est. si recusat aliquid, si complorat, si malum iudicat, perturbationem recipit, & in magnâ discordiâ volutatur. Hinc enim species recti vocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honestè aliquid facturus est, quidquid opponitur, id etiam si incommodum putat, malum non putat: velut libens faciet. Omne honestum iniussum, incoactumque est, sincerum, & nullo malo mixtum. Scio quid mihi hoc loco responderi possit. Hoc nobis **B** persuadere conaris, nihil interesse, vtrum aliquis in gaudio sit, an ⁸ in equuleo iaceat, & tortorem suum lasset. Poteram respondere ⁹ quod Epicurus ait, *Sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: Dulce est, & ad me nil pertinet.* Quid miraris, si ego paria bona dico, vnus in conuiuio iacentis, alterius inter tormenta fortissimè stantis: cum (quod incredibilius est) dicat Epicurus, dulce esse torqueri? Et hinc respondeo, plurimum interesse inter gaudium & dolorem. Si quaeratur electio, ¹⁰ alterum petam, alterum vitabo. illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic æstimantur, magno inter se dissi dent spatio: cum verò ad virtutem ventum est, vtraque par est, & quæ per lata procedit, & quæ per tristitia. Nullum habent momentum vexatio & dolor, & quidquid aliud incommodi est: virtute enim obruitur. Quemadmodum minora lumina claritas solis obscurat: sic dolores, molestias, iniurias, virtus magnitudine suâ elidit atque opprimit; & quocumque affulsit, ibi quidquid sine illâ apparet, exstinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus. Hoc vt scias ita esse, ad omne pulchrum vir bonus sine vllâ cunctatione **C** procurret. stet illic licet carnifex, stet tortor atque ignis, perseverabit: nec quid passurus, sed quid facturus sit, adspiciet: & se honestæ rei tamquam bono viro credit. vtilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem ergo locum habebit apud illum honesta res, sed tristis atque aspera, quem vir bonus, pauper, aut exsul, ac pallidus. Agedum pone ex aliâ parte virum bonum, diuitiis abundantem, ex alterâ nihil habentem, sed in se omnia: vterque æquè bonus vir erit, etiam si fortunâ dispari vtetur. Idem (vt dixi) in rebus iudicium est, quod in hominibus. æquè laudabilis est virtus in corpore valido ac libero posita, quàm in morbo ac vincto. Ergo tua quoque virtus non magis laudabilis, si corpus illæsum tibi & integrum fortuna præstiterit, quàm si ex aliquâ parte mutilatum. alioqui hoc erit, ex seruorum habitu dominum æstimare. Omnia enim ista, in quæ dominium casus exercet, seruilis sunt, pecunia, & corpus, & honores: imbecilla, fluida, mortalia, possessionis incertæ. Illa rursus libera & inuicta opera virtutis, quæ non **D** ideò magis appetenda sunt, si benigniùs à fortunâ tractantur, nec minùs, si aliquâ rerum iniquitate premuntur. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio est. Non, putò, magis amares virum bonum locupletem, quàm pauperem: nec robustum & lacertosum, quàm gracilem, & languidi corporis: ergo ne rem quidem magis appetes hilarem ac pacatam, quàm distractam & operosam. Et si hoc est, magis diliges ex duobus æquè bonis viris, nitidum & vinctum, quàm puluerulentum & horrentem. deinde huc usque

8. IN EQUULEO IACEAT.] Cicero v. De Finibus: Sit vir bonus cæcus, debilis, morbo gravissimo affectus, exsul, orbis, torqueatur in eculeo: quem hunc appellas Zeno? Beatum, inquit. Etiam beatissimum? Quippe, inquiet, cum tam docuerim gradus istam rem non habere, quàm virtutem, in quâ sit ipsum Beatum.

9. QVOD EPICVRVS AIT.] Cicero v. Tuscul.

Epicuro dicere licebit. Nullum sapienti esse tempus, etsi vratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare. Quàm pro nihilo puto? *denique etiam, Beatam vitam in Phalaridis tauro descenduram.*

10. ALTERVM PETAM.] Quod Stoicum in verbis discrimen est, inter adiaphora. Vide me Manduct. 11. Dissert. XXII.

usque peruenies, vt magis diligas integrum omnibus membris & illaefum, quam debilem aut lufcum. Paullatim fastidium tuum illò vsque procedet, vt ex duobus aequè iustis ac prudentibus, comatum & crispulum malis, quam recaluastrum. Vbi par est in vtroque virtus, non comparat aliarum rerum inaequalitas: omnia enim alia non partes, sed accessiones sunt. Nam quis tam iniquam censuram inter suos agit, vt filium sanum quam aegrum magis diligat? procerumve & excelsum, quam breuem & modicum? Fetus suos non distinguunt feræ, & se in alimentum pariter omniù sternunt. aues ex aequo partiuntur cibos. Vlixes ad Ithacæ suæ saxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. Quorsum hæc pertinent? vt scias, virtutem omnia opera sua, velut fetus suos, iisdem oculis intueri, aequè indulgere omnibus: & quidem impensius, laborantibus. Quoniam quidem etiam parentum amor, magis ¹¹ in ea quorum miseretur, inclinatur. Virtus quoque opera sua quæ videt affici & premi, non magis amat, sed parentum bonorum more, magis complectitur ac fouet. Quare non est vllum bonum altero maius? quia non est quidquam apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere, Hoc magis par est alicui quam illud: ergo nec honesto honestius quidquam est. Quòd si par omnium virtutum natura est, tria genera bonorum in aequo sunt. Ita dico, in aequo est moderatè gaudere, & moderatè dolere: Lætitia illa non vincit hanc animi firmitatem, sub tortore gemitus deuorantem. Illa bona optabilia sunt, hæc mirabilia. vtraque nihilominus paria: quia quidquid incommodi est, velamento maioris boni tegitur. Quisquis hæc imparia iudicat, ab ipsis virtutibus auertit oculos, & exteriora circumspicit. Bona vera idem pendunt, idem patent: falsa multum habent vani. Itaque speciosa & magna contra visentibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est, mi Lucili, quidquid vera ratio commendat, solidum & æternum est, firmat animum, attollitque, semper futurum in excelso: illa quæ temerè laudantur, & vulgi sententiâ bona sunt, inflant inanibus lætos. Rursus ea quæ timentur tamquam mala, iniiciunt formidinem mentibus, & illas non aliter, quam animalia species periculi, agitant. Vtraque res ergo sine causâ animum & diffundit, & mordet: nec illa gaudio, nec hæc metu digna est: sola ratio immutabilis & iudicij tenax est. non enim seruit, sed, imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto: ergo & virtus, quæ non aliud est quam recta ratio. Omnes virtutes rationes rectæ sunt: si rectæ sunt, & pares sunt. Qualis ratio est, tales & actiones sunt: ergo omnes pares sunt. Nam cum similes rationi sint, similes & inter se sunt: pares autem actiones inter se esse dico, quæ rectæ sunt, & honestæ. Ceterum magna habebunt discrimina, variante materiâ: quæ modò latior est, modò angustior, modò illustis, modò ignobilis; modò ad multos pertinens, modò ad paucos. In omnibus tamen istis, id quod optimum est, par est: tamquam ¹² viri boni, omnes pares sunt, quæ boni sunt: sed habent differentias ætatis: alius senior, alius iunior. habent corporis: alius formosus, alius deformis est. habent fortunæ: ille diues, hic pauper est; ille gratiosus, potens, vrbibus notus & populis, ignotus hic plerisque, & obscurus. Sed per illud quod boni sunt, pares sunt. De bonis ac malis sensus non iudicat: quid vtile, scit, quid inutile, ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem præsentem perductus est: nec futuri prouidus est, nec præteriti memor: quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo seriesque contextitur, & vnitas vitæ in perfectum itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum: aliena & externa pro vilibus habet: & ea quæ neque bona sunt, neque mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat. omne illi bonum in animo est. Ceterum quædam prima existit-

11. IN EA QUORVM MISERETVR.] *Auctor Thebaidis:*

Quòd causa melior, forsque deterior trahit,
Inclinat animus, semper infirmo fauens.
Miseros magis Fortuna conciliat suis.

Hæc ibi ipsa locasta mater, inclinata in miserum Polylicem. *Noster Consol. ad Helu. cap. vlt.* Necessè est, cum omnia feceris, mater, cogitationes tuas

subinde ad me recurrere, nec quemquam ex liberis frequentius tibi obuersari: non quia alij minus cari sint, sed quia naturale est manum sapientis referre ad id quod doleat.

12. VIRI BONI OMNES PARES.] *Id quoque inter Paradoxa Stoica, Sapientes inter se pares. Explanauit Manud. 111. Diss. 111.*

A existimat, ad quæ ex proposito venit, tamquam victoriam, bonos liberos, patriæ salutem: quædam secunda, quæ non apparent nisi in rebus aduersis: tamquam æquo animo pati morbum magnum, exsilium: quædam media, quæ nihilo magis secundum naturam sunt, quàm contra naturam: tamquam prudenter ambulare, compositè sedere. Non enim minùs secundum naturam est, sedere, quàm aut stare, aut ambulare. Duo illa superiora diuersa sunt. prima enim secundum naturam sunt, gaudere liberorum pietate, patriæ incolumitate: secunda contra naturam sunt, fortiter obstare tormentis, & sitim perpeti, morbo vrente præcordia. Quid ergo? aliquid contra naturam bonum est? minimè. sed illud, aliquando contra naturam est, in quo bonum illud existit. vulnerari enim, & subiecto igne tabescere, & aduersâ valetudine affligi, contra naturam est: sed inter ista seruare animum infatigabilem, secundum naturam est. Et vt, quod volo, exprimam breuiter, materia boni aliquando contra naturam: at bonum numquam. quoniam bonum sine ratione nullum est: sequitur autem ratio naturam. ¹³ Quid est ergo ratio? naturæ imitatio. Quid est summum hominis bonum? ex naturæ voluntate se gerere. Non est, inquit, dubium, quin felicior pax sit numquam laceßita, quàm multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior sit inconcussa valetudo, quàm ex grauibis morbis & extrema minitantibus in tutum vi quadam & patientiâeducta. Eodem modo non erit dubium, quin maius bonum sit gaudium, quàm obnoxius animus ad perpetiendos cruciatus vulnerum aut ignium. Minimè: illa enim quæ fortuita sunt, plurimum discriminis recipiunt: æstimantur enim vtilitate sumentium. Bonorum vnum propositum est, consentire naturæ: hoc in omnibus par est. Cùm alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: Ille magis assentitur, quàm ille: ab omnibus in eandem sententiam itur. idem de virtutibus dico: omnes naturæ assentiuntur. idem de bonis dico: omnia naturæ assentiuntur. Alter adolescens decessit, alter senex, aliquis præter hos infans, cui nihil ampliùs contigit, quàm prospicere vitam: omnes hi æquè fuere mortales, etiam si mors aliorum longiùs vitam passa est procedere, aliorum in medio flore præcidit, aliorum interruptit principia. Alius inter canandum solutus est, alterius continuata mors somno est, aliquem concubitus exstinxit. his oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morflu, aut fractos ruinâ, aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. aliquorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. per quæ venit, diuersa sunt; id in quod desinunt, vnum est. mors nulla maior aut minor est: habet enim eundem in omnibus modum, finisse vitam. Idem tibi de bonis dico. hoc bonum inter meras voluptates est, hoc inter tristitia & acerba, illud fortunæ indulgentiam rexit, hoc violentiam domuit: vtrunque æquè bonum est, quamuis illud plana emolliuerit, hoc aspera. Idem finis omnium est. bona sunt, laudanda sunt, virtutem rationemque comitantur: virtus æquat inter se, quidquid agnoscit. Nec est quòd hoc inter nostra placita mireris. apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur: vt corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Hæc bona non crescunt, si plena sunt. quo enim crescet, quod plenum est? Doloze corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi, & placidus est: quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quænt admodum serenitas cæli non recipit maiorem adhuc claritatem, in sincerissimum nitorem repurgata: sic hominis corpus animumque curantis, & bonum suum ex vtroque necessentis, perfectus est status, & summam voti sui inuenit, si nec æstus animo est, nec dolor corpori. Siqua extrâ blandimenta contingunt, non augent summum bonum, sed, vt ita dicam, condiunt & oblectant: absolutum enim illud humanæ naturæ bonum, corporis & animi pace contentum est. Dabo apud Epicurum tibi etiamnum simillimam huic nostræ diuisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum, quæ malit contingere sibi: vt corporis quietem, ab omni incommodo liberam, & animi remissionem, bonorum suorum contemplatione gaudentis. Alia sunt, quæ quamuis nolit accedere,

nihil-

13. QUID EST ERGO RATIO? Hæc valde notanda, pro sensu præcipui dogmatis Stoicorum, Naturam sequi. Quod equidem explicauit aliquot Dissertationibus, Manuduct. 111.

nihilominus & laudat & comprobat: tamquam illam, quam paulloantè dicebam, male valetudinis, & dolorum grauiſſimorum perfeſſionem. in quâ Epicurus fuit illo ſummo ac fortunatiſſimo die ſuo: ¹⁴ ait enim ſe veſicæ & exulcerati ventris tormeta tolerare, vltiorem doloris acceſſionem non recipientia: eſſe nihilominus ſibi illum beatum diem. beatum autem agere, niſi qui eſt in ſummo bono, non poteſt. Ergo & apud Epicurum ſunt hæc bona, quæ malles non expetiri: ſed quia ita res tulit, & amplexanda & laudanda & exæquanda ſummis ſunt. Non poteſt dici, hoc non eſſe par maximis bonum, quod beatæ vitæ clauſulam impoſuit, cui Epicurus extremâ voce gratias egit. Permite mihi, mi Lucili virorum optime, aliquid audacius dicere. ſi vlla bona maiora eſſe aliis poſſent: hæc ego quæ triſtia videntur, mollibus illis & delicatis prætuliffem. Maius eſt enim perfringere difficilia, quàm lata moderari. Eadem ratione fit, ſcio, vt aliquis felicitatem benè, & calamitatem fortiter ferat. Æquè fortis eſſe poteſt, qui pro vallo ſecurus excubuit, nullis hoſtibus caſtra tentantibus: & qui ſuccifiſis poplitibus in genua ſe excepit, nec arma dimiſit. Maſte virtute eſto, ſanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur. Itaque hæc magis laudauerim bona exercitata & fortia, & cum fortunâ rixata. Ego dubitem, quin magis laudem truncam illam & retorridam manum Mucij, quàm cuiuſlibet fortiſſimi ſaluam? Stetit hoſtium flammæque contemptor, & manum ſuam in hoſtili foculo diſtillantem perſpectauit, donec Porſenna, cuius pœnæ faucebat, gloriæ inuidit, & ignem inuito eripi iuſſit. Hoc bonum quidni inter prima numerem: tantòque maius putem, quàm illa ſecura & intentata fortunæ, quanto rarius eſt hoſtem amiſſâ manu viciffiſſe, quàm armatâ? Quid ergo? inquis, hoc bonum tibi optabis? Quid ni? hoc enim, niſi qui poteſt & optare, non poteſt facere. An potiùs optem, vt ¹⁵ malaciſſandos articulos exoletis meis porrigam? vt muliercula, aut aliquis in mulierculam ex viro verſus, digitulos meos ducat? Quid ni ego feliciore putem Mucium, qui ſic tractauit ignem, ¹⁶ quaſi illam manum ¹⁷ tractatori præſtitiffet? In integrum reſtituit, quidquid errauerat. confecit bellum inerimis ac mancus, & illâ manu truncâ ¹⁸ reges duos vicit.

14. AIT ENIM SE VESICÆ.] *Iſſa verba eius apud Lærtium, ex epiſtola ad Idomeneum, hæc ſunt: Cùm ageremus vitæ beatum, & eundem ſupremum diem, ſcribebamus hæc. Aderat autem veſicæ morbus & vrinæ mittendæ difficultas, & viſcerum affectiones tantæ, quæ magnitudinem vltiâ non reciperent. Obſtabat tamen & repellebat hæc omnia animi in nobis gaudium, memoriâ rationum inuentorumque noſtrorum. Adde epiſt. XCII.*

15. MALACISSANDOS ARTICVLOS.] *Quidam libri, malaxandos. Vtrumvis rectum, & Græciſſe, imò Græcum. Dicunt enim μαλακίζω, & μαλασσω, emollire, lenire. Plautus illud prius malaciſſare uſurpauit.*

16. QVAſI ILLAM MANVM.] *Legerem, quam ſi.*

17. TRACTATORI PRÆSTITISSET.] *Ita dicti, quos in prioribus lineis deſcripſit: qui manu artiſtice membra, & plurimum manus digitosq; ducebant & leniter trahabant. Martialis libro III.*

Percurrit agili corpus arte tractatrix. Deſcribit pulchrè Clearchus apud Athenæum, lib. VI. in deliciis & mollitie Paphy cuiuſdam adoleſcentis. Iacebat quidem ille, inquit, in lectulo: ſed ad pedes lecti ſedebat quiſpiam, qui eius pedes genibus ſuis impoſitos tenui panniculo confoueret. Quid autem præterea fecerit, vel ſilente me non obſcurum. Deinde alius ad ipſum lectum ſedens,

μη τὸ νανίσκου τὴν χεῖρα παρικότος, ἐκπεμάμμενος ταύτη καὶ ἀεσπαστικῶς κατέληχε τε, καὶ τῆς ἀκτύλων ἵνας οὐ ἐμῆρι διαλαμβάνων, εἰλέει τε καὶ ἐξήτιμετο, ὡς τε τὸν ἀπώτερον αὐτὸν ἐπονομαζόντα Σινύων εἰς ὄχλου εἰρηκέναι δοκεῖν: cùm adoleſcens manum ſuam velut languidam remiſiſſet, ille appronans ſe & huic accidens, demulcebat eam & contrectabat, digitorum ſingulos trahens & extendens per vices. ita vt qui primus illum Cucurbitam vocauit, ingenioſè & feliciter dixiſſe videatur. Ecce verum Tractatorem: & quare Cucurbitam? quòd vt illa trahit cutem & extendit, & tumentem leuiter reddit, ſic iſte. Vetus aliquis ſcriptor, aut ceriè ex veteri Ioannes Sarisberienſis, hæc ſic narrat, vt ex Clearcho tranſlata dicas, lib. III. Polycratici, cap. XIII. Cùm laſciuientis diuitis luxus libidini vota ſua præcingit, recumbentis pedes calamiſtratus comatulus excipit: & in aliorum conſpectu pedes, & ne plus dicam, teneris manibus tibias tractat. Chirotecatuſenim inceſſit diutius, vt manus Soli ſubtractas emolliret, ad diuitis uſum. Deinde licentiâ paullùm procedente totum corpus impudico tactu oberrans prūiginem ſcalpit, quam fecit, & ignes Veneris languentibus inflammat. Finem hic etiam ſædæ tractationis habes: denique & manus Tractatoris mollicellas, chirotecarum uſu à ſole deſenſas.

18. REGES DVOS VICIT.] *Tarquinius exſulem, & Porſenam, quos ab obſidione remouit.*

EPIST.

A

EPIST. LXVII.

POST Prefatiumculam *Questio, An omne bonum optabile? Ait, esse: etiam cuius materia in malis. Vt, fortiter vri, egrotare, flagellari. Non ipsa vstio, morbus, flagella, sed illud, fortiter & patienter, inquit, est optabile. Deinde, Virtutes nec eas esse: & vri vna, omnes. Sunt & hæc pulchra, fortis, germani Stoici.*

VT à communibus initium faciam, verè aperite se cœpit: sed iam inclinatum in ætatem, quo tempore calere debebat, intepuit: nec adhuc illi fides est. sepe enim in hiemem reuoluitur. Vis scire quàm dubium adhuc sit? pondum me¹ committo frigidæ: adhuc² rigorem eius infringo. Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita est, mi Lucili. iam ætās mea contenta est suo frigore: vix mediâ regelatur ætate. Itaque maior pars³ in vestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quòd me⁴ lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? quidquid⁵ debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. si quando interueniunt epistolæ tuæ, tecum esse mihi videor: & sic afficior animo, tamquam tibi non rescribam,⁶ sed respondeam. Itaque & de hoc quod quæris, quasi colloquar tecum: quale sit, vna scrutabimur. Quæris an omne bonum optabile sit. Si bonum est, inquis, fortiter torqueri, & magno animo vri, & patienter ægrotare, sequitur vt ista optabilia sint. nihil autem video ex istis voto dignum. Neminem certè adhuc scio eo nomine votum soluisse, quòd flagellis cæsus esset, aut podagrâ distortus, aut equuleo longior factus.⁷ Distingue, mi Lucili, ista: & intelliges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse à me velim: sed si sustinenda fuerint, vt me in illis fortiter, honestè, animosè geram, optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? sed si inciderit, vt vulnera, vt famem, & omnia quæ bellorum necessitas fert, generosè feram, optabo. Non sum tam demens, vt ægrotare cupiam: sed si ægrotandum fuerit, vt nihil intemperanter, nihil effeminatè faciam, optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed virtus quâ perferuntur incommoda. Quidam ex nostris existimant, omnino asperorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed nec abominandam quidem: quia voto purum bonum peti debet, & tranquillum, & extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primùm quia fieri non potest, vt aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde si virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum, & omne bonum optabile. Deinde etiam, si tormentorum fortis patientia optabilis non est: etiamnum interrogo, Nonne fortitudo optabilis est? atqui pericula

EPIST. LXVII. I. COMMITTO FRIGIDÆ.] Sic libri suadent legere, & monuit in paucis bonus doctusq; vir Nic. Faber. Significat, se frigidâ planè non vri, ad lauandum, vt solet: idq; ob aeris adhuc intemperiem. Sed, inquit, rigorem eius infringo. quomodo? vel Sole admissò, vel tepidâ infusâ. Spectat totum eò, quòd balneis & lotionè calidâ numquam vri solet, semper Psychroluses. Ad epist. LXXXIII. quæ ipsa hæc interpretatur.

2. RIGOREM EIUS INFRINGO.] Sic aliquot libri: ex quibus Pincianus malebat, rigore eius infringor. Possit aliquis: ad hunc rigorem eius infringor.

3. IN VESTIMENTIS DEGITVR.] Volebat & hic Pincianus, in stramentis, aduersantibus libris: nec audimus. Vestimenta, ipsius lecti sunt. vt in Propertio:

Nunc queror in toto non fidere pallia lecto
& Terentio:

Huc est intrò latus lectus, vestimentis stratus est.

vt in ipso Senecâ, epist. LXXVIII. Est virtuti etiam in lectulo locus. non tantùm arma & acies dant argumenta alacris animi; & in vestimentis vt fortis apparet.

4. LECTULO AFFIXIT.] Lucubratorio illi, non dormitorio. nam & hos veteres habebant: atque homines quieti, aut litteris operati, ferè semper in lectulo. Iuuenalis, de iis:

Est genus ignauum, quod lecto gaudet & vmbra.

Senecâ epist. LXXII. Quædam sunt, quæ possis & in cisis scribere, quædam lectum & otium desiderant.

5. DEBEBAM NOLLE.] Discurrere, salutare, tempus terere.

6. SED RESPONDEAM.] Ore videlicet, vt si coram videam.

7. DISTINGVE MI LUCILI ISTA.] Notat Muretus ex Aristotele, ista secunda nota dici & vtroque vtrâ, sub conditione optanda: vt si ægrotas, sanari: & talia.

8. REGV-

cula contemnit & prouocat. Pulcherrima pars eius, maximeque mirabilis illa est, non A
cedere ignibus, obuiam ire vulneribus: interdum tela ne vitare quidem, sed pectore ex-
cipere. Si fortitudo optabilis est; & tormenta patienter ferre optabile est. hoc enim, for-
titudinis pars est: sed separa ista, vt dixi, nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim
pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto fortiter, quod est virtus. Quis ta-
men vniquam hoc sibi optauit? Quædam vota aperta & professa sunt, cum particulatim
fiunt: quædam latent, cum vno voto multa comprehensa sunt. Tamquam opto mihi
vitam honestam: vita autem honesta actionibus variis constat. In hac est ⁸ Reguli ar-
ca, Catonis scissum manu suâ vulnus, Rutilij exilium, calix venenatus qui Socratem
transtulit è carcere in cælum. Ita cum optauit mihi vitam honestam, & hæc optauit, sine
quibus interdum honesta non potest esse.

— O terque quaterque beati,
Quis ante ora patrum, Troia sub manibus altis
Contigit oppeteret!

Quid interest, optes hoc alicui, an optabile fuisse fatearis? Decius se pro Rep. deuouit, B
& in medios hostes concitato equo mortem petens irruit. Alter post hunc paternæ vir-
tutis æmulus, ⁹ conceptis sollempnibus, ¹⁰ ac iam familiaribus verbis, in aciem confer-
tissimam incurrit, de hoc sollicitus tantum ¹¹ vt litaret, optabilem rem putans bonam
mortem. Dubitas ergo, an optimum sit memorabilem mori, & in aliquo opere virtutis?
Cum aliquis tormenta fortiter patitur, ¹² omnibus virtutibus vititur fortasse, cum vna
in promptu sit, & maximè appareat, patientia. ceterum illic est fortitudo: cuius pacien-
tia & perperatio, & tolerantia, rami sunt. illuc est prudentia, sine quâ nullum inicitur con-
siliu: quæ suadet, quod effugere non possis, quàm fortissimè ferre. illuc est constantia:
quæ deici loco non potest, & propositum nullâ vi extorquente dimittit. illuc est indiui-
duus ille comitatus virtutum. Quidquid honestè fit, vna virtus facit, sed ¹³ de consilij
sententiâ: quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab vnâ fieri vide-
tur, optabile est. Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse, quæ per voluptatem & C
otium veniunt? quæ excipiuntur ¹⁴ foribus ornatis? Sunt quædam tristes voluptates,
sunt quædam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium venerantiumque cele-
brantur. Ita tu non putas Regulum optasse, vt ad Pœnos perueniret? Indue magni vi-
ri animum, & ab opinionibus vulgi secede paullisper: cape quantam debes virtutis pul-
cherrimæ ac magnificentissimæ speciem, quæ nobis non fertis, sed sudore & sanguine
colenda est. Adspice M. Catonem, sacro illi pectori purissimas manus admouentem,
& vulnera parum demissa laxantem. Virum illi tandem dicturus es, ¹⁵ *Vellem quæ vel-
les, & Molestè fero?* an, ¹⁶ *Feliciter, quod agis?* Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit,
qui vitam securam, & sine vllis fortunæ incurfionibus *mare mortuum* vocat. Nihil habere
ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denunciatione & incurfu firmitatem animi
tui tentes: sed in otio inconcusso iacere, non est tranquillitas, ¹⁷ malacia est. Attalus
Stoicus

8. REGVLI ARCA.] *In quâ clavis confixus stetit.*
De Pronid. cap. III.

9. CONCEPTIS SOLLEMPNIBVS.] *Formula enim
deuouendi erat, Pontifice præeunte, quæ est in Livij
libro VIII.*

10. AC IAM FAMILIARIBVS.] *Non ignotis:
istæque velut propriis huic familia, quia pater vsur-
pauerat.*

11. VT LITARET.] *Non sacrificaret se tantum,
sed Deos propitiaret. Movi certus, sed ex salute publi-
câ mori optans. Nonius Marcellus: Sacrificare, est
veniam petere: litare est propitiare, & votum
impetrare.*

12. OMNIBVS VIRTVTIBVS VTIIVR.] *Nam
Stoico scito, nexæ ea inter se sunt. Vide me Mannduct.
III. Dissert. XV.*

13. DE CONSILII SENTENTIA.] *Ex forensi
formulâ. Nam Prætor aut Quæstor pronunciat, de
consilij sententiâ.*

14. FORIBVS ORNATIS.] *Quæ in re lætâ, lau-
ru & lucernis solent obduci. Multa olim super hoc ri-
tu ego I. Elector. cap. III.*

15. VELLE M QVÆ VELLE.] *Ita in Plauto,
Velim vt velles Trianio: in consolatione, & cum af-
fectu magis, quàm effectu.*

16. FELICITER QVOD AGIS.] *Formula ap-
probandi, & in re lætâ gratandi. Suetonius Claudij
cap. VII. Domitiani XIII.*

17. MALACIA EST.] *Quæ in mari dicitur, cum
flat sine ventis & ferè motu. Alludit autem ad molli-
tatem obiter, & languorem animi effeminati.*

18. MOLLE

A Stoicus dicere solebat: *Malo me fortuna in castris suis, quam in deliciis habeat.* torqueor, sed fortiter: bene est. occidit, sed fortiter: bene est. Audi Epicurum, dicit, *Et dulce est.* Ego tam honeste rei ac severæ numquam¹⁸ molle nomen imponam. Vror, sed inuictus. Quid ni optabile sit, non quod vrit me ignis, sed quod non vincit: Nihil est virtute præciantius, nihil pulchrius: & bonum est, & optabile, quidquid ex huius geritur imperio.

EPIST. LXVIII.

SVADET otium, sed cum Philosophiâ iunctum. Idipsum non iactandum esse. Et in eo de se, apud se, agendum: id est, ut in vitia inquiramus, emendemus. Denique hoc otium, super aliorum negotia esse: quod magna reip. seruit.

CONSILIO tuo accedo: abscondete in otio, sed & otium tuum absconde. Hoc te facturum, Stoicorum¹ etiam si non præcepto, at exemplo licet scias: sed ex præcepto quoque facies: id tibi, cum voles, approbabo.² Nec ad omnem Remp. mittimus,³ nec semper,⁴ nec sine villo fine. Præterea, cum sapienti⁵ Remp. ipso dignam dedimus, id est, mundum: non est extra Remp. etiam si fecerit. imò foras relicto vno angulo, in maiora atque ampliora transit, & cælo impositus, intelligit⁶ cum sellam aut tribunal ascenderit,⁷ quàm humili loco sederit. Depono hoc apud te: numquam plus agere sapientem, quàm cum in conspectum eius diuina atque humana venerunt. Nunc ad illud reuertor, quod suadere tibi cœperam, ut otium tuum ignotum sit. Non est⁸ quod inscribas tibi philosophiam. atque etiam aliud proposito tuo nomen impone: valetudinem, & imbecillitatem vocato, & desidiam. Gloriari otio, iners ambitio est. Animalia quædam, ne inueniri possint, vestigia sua circa cubile ipsum confundunt: idem tibi faciendum est. alioqui non decrunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, condita & obstrusa rimantur. furem signata sollicitant. vile videtur, quidquid patet: aperta⁹ effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos in ætate assiduum quisque: in secreta irrumperere cupit. Optimum itaque est, non iactare otium suum. iactandi autem genus est, nimis latere, & à conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est: ille multis annis non transit domus suæ limen. Conuocat turbam, quisquis otio suo aliquam fabulam imposuit. Cum feceris, non est agendum hoc, ut dete ho-

18. MOLLE NOMEN.] *Ut est illud Dulce Epicuri.*

EPIST. LXVIII. I. ETIAMS I NON PRÆCEPTO.] *Ita De Vit. beat. cap. XXVIII. Non quod miserint me illi, sed quod duxerint, ibo: in hac ipsa r.*

2. NEC AD OMNEM REMP.] *De Vit. beat. D cap. vii. Negant nostri ad quamlibet remp. accessurum sapientem.*

3. NEC SEMPER.] *Nec omni tempore, & ut non aliud agat.*

4. NEC SINE VILLO FINE.] *Pausa & quies in senectute esto. Cum diu reip. id est aliis, etiam tibi vaces.*

5. REMP. IPSO DIGNAM.] *Totum hoc argumentum ex professo tractauit libello, qui cum Vita Beatâ coiuit, & cum eâ legitur. Vide cap. XXI. XXX. & sequentia.*

6. CVM SELLAM.] *Curulem, in Magistratu.*

7. QVAM HUMILI LOCO.] *Respectu curæ, que cælo & mundo impendit. Muretus opportune profert Themistij in hanc rem Epigrammaton:*

Ἀντιγος ἀδερῆς ὑπερήδρος, εἰς πόδον ἡλδης
Ἀντιγος ἀργυρῆς. ἀλγος ἀπειροσίου.
Ἡδὴ κατὰ κρείσσων ἀναβῆς δ' ἐγὼ μίαν χεῖραν,
Διὶ ἀνακτι κατὰ. νῦν γὰρ αἰω κατέβης.

Quod subitū verimus:

Ἄ hereâ in sellâ positum te cura subiuit

Sellæ argentatæ. pro pudor & macula!

Maior eras, humilis, minor es nunc, sublimatus.

Descende; ut possis scendere nunc iterum.

Sese alloquitur Themistius, à Iuliano Casare ad Consulatum euectus, & à Sapientie studio abâctus.

8. QVOD INSCRIBAS TIBI PHILOSOPHIAM.] *Non debet, modestè & sine ostentatione tractanda esse. Ideò Socrates olim Antistheni, qui pallium tritum & scissum obuertebat, atq; ostendebat: Ὁρῶ σε, ἔφη, διὰ τὴν τριβῆν τὴν περὶ ὀσῆαν. Video, inquit, per pallium tuam vanitatem. Adde similis argumenti in epist. v. & XI. & XVIII. & CIII.*

9. EFFRACTARIVS.] *Qui obserata frangunt & referant. Sidonius Effractorem vocat: Scrinia tua manus effractorum arguta populabitur. Isidorus: Apertularius, effractor. Illud, quia opera aperit. Glossa: Apertularius, Ἐπιπαρανοήτης.*

10. CAVS-

* Nam rbe
uebatur
in carpento
argenteo.

mines loquantur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autem tecum loquaris? quod homines de aliis libentissimè faciunt, de te apud te malè existima. Assuece & dicere verum, & audire. Id autem maximè tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet quisque sui corporis vitia. itaque alius vomitu leuat stomachum, alius frequenti cibo fulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit & purgat. Hi quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abstinent: in cetera negligentes, huic, à quo sæpe infestantur, occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi ¹⁰ caussariæ partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in otio facio? vltus meum curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum, aut contracti cruris aridos nervos, permitteres mihi vno loco iacere, & fouere morbum meum: maius malum est hoc, quod non possum tibi ostendere. In pectore collectio & vomica est. Nolo laudes, nolo dicas: O magnum virum! contempsit omnia, & damnatis humanæ vitæ furoribus fugit. Nihil damnavi, nisi me: non est, quod proficiendæ causâ venire ad me velis. Erras, qui hinc aliquid auxilij speras. non medicus, sed æger hîc habitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: ego istum beatum hominem putabam, & eruditum: exeram aures. destitutus sum, nihil vidi, nihil audiui, quod concupiscerem, ad quod reuerterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo, quàm inuideas. Otium, inquis, Seneca mihi commendas? ad Epicuræas voces dilaberis. Otium tibi commendo, in quo maiora agas & pulchriora, quàm quæ reliquisti. Pulsare superbas potentiorum fores, ¹¹ digerere in litteram senes orbos, plurimum in foro posse, inuidiosa potentia ac brevis est, & si verum aestimes, fordida. Ille me gratiâ forensi longè antecedit. ille stipendiis militaribus ¹² & quæsitâ per hoc dignitate. ille clientum turbâ. huius turbæ par esse non possum, huius gratiæ. Tanti est ab hominibus vinci, dum à me fortuna vincatur. Vtinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi! vtinam de vitâ beatâ non in conspectu mortis ageremus! sed nunc quoque non moremur. Multa enim, quæ superuacua esse & inimica, credituri fuimus rationi, nunc experientiæ credimus. Quod facere solent qui seriùs ex-
eunt, & volunt tempus celèritate reparare, calcat addamus. hæc ætas optimè facit ad hæc studia: iam despumavit, iam vitia primo feruore adolescentiæ indomita lassauit: non multum superest, vt exstinguat. Et quando inquis, tibi proderit istud, quod in exitu discis, aut in quam rem? in hanc, ¹³ vt exeam melior. Non est tamen quod existimes, vllam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, quàm quæ se multis experimentis, longâ ac frequenti rerum patientiâ domuit: quæ ad salutaria, mitigatis affectibus, venit. Hoc est huius boni tempus. quisquis senex ad sapientiam peruenit, ¹⁴ annis peruenit.

10. CAUSSARIÆ PARTES.] *Caussarij in militiâ, qui causam commectus aut vacationis, valetudinem allegant. Inde Caussarij, pro ægris aut affectis: ut emj, in causâ esse, pro morbo. Nos in Militiâ, & Mercurialis lib. v. i. Variar. cap. 1. Restitui Seneca hanc vocem, Consol. ad Marciam cap. xi. vide.*

11. DIGERERE IN LITTERAM SENES.] *Solutandi causâ, pugillares aut libros habebant, vbi litterarum ordine scripti potentes, diuites, orbi, quorum gratiam aut opes captabant. De Benefic. vi. cap. xxxiii. Quid tu istos libros, quos vix nomenclatorum aut memoria aut manus complectitur, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui magno agmine ianuam pulfant. Quamquam illi*

libri propriè de Clientibus sunt: sed simile suadent in Patronis aut Regibus istis fuisse. Digeruntur igitur in litteram, non lineam (vt quidam volunt): quia quisque in suâ tali legitur, Annæus, Burrhus, Canius. Quibus scâ libris, in litteraturam: sensu pari.

12. ET QUÆSITA PER HOC DIGNITATE.] *Vel Equestri, vel Senatoriâ. Nam & qui Primum pilum duxerant, Equites fiebant, & qui Tribunatum militum functi, Senatores. Suprà, epist. XLVII.*

13. VT EXEAM MELIOR.] *Ad vocem Solonis, qui moriturus audire aliquid cupidus, & Quo fine, interrogatus: Vt doctior, inquit, moriar.*

14. ANNIS PERVENIT.] *Id est, beneficio annorum peruenit. atâ hoc debet.*

EPIST. LXIX.

LOCA non mutanda, sed magis quiescendum corpore, ut & animus possit. Hunc in salutari studio desigendum, & que auocent vitanda.

MVTARE te loca, & in alium de alio ¹ transilire, nolo. Primum, quia tam frequens migratio, instabilis animi est. ² coalescere otio non potes, nisi desinas circumspicere & errare. Ut animum possis continere, prius corporis tui fugam siste. Deinde, plurimum remedia continuata proficiunt. interruptenda non est quies, & vitæ prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos: sine aures assuescere sanioribus verbis. quoties processeris, in ipso transitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas, tibi occurrent. Quemadmodum ei, qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis: nihil enim facilius quam amor recrudescit: ita qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Cito rebellat affectus. quocumque se verterit, pretium aliquod præsens occupationis suæ adspiciet. Nullum ³ sine auctoramento malum est. Auaritia pecuniam promittit: luxuria multas ac varias voluptates: ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quidquid potentia potest. Mercede te vitia sollicitant: hæc tibi gratis viuendum est. Vix effici toto sæculo potest, ut vitia tam longâ licentiâ tumida subigantur, & iugum accipiant: nedum, si tam breue tempus interuallo discindimus. Vnam quamlibet rem vix ad perfectum adducit assidua vigilia & intentio. Si me quidem velis audire, hoc meditare. exerce te, ut mortem & excipias, & si ita res suadebit, accersas. interest nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos. Illud imperitissimi cuiusque verbum, falsum esse ipse tibi persuade: *Bella res est, ⁴ mori suâ morte.* Illud præterea tecum licet cogites: Nemo ⁵ nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore. nam quod relinquis, alienum est.

EPIST. LXX.

POMPEIIS se fuisse, & præteriti temporis admonitu, sensisse eius fugam. Mortem instare, portum nempe iactationum. neque timendam, neque appetendam, aut sumendam: nisi interdum. & quando? cum ratio, non impetus suadebit. Pluria & perpulchra in hunc sensum.

POST longum interuallum Pompeios tuos vidi. in conspectum adolescentiæ meæ reductus sum. quidquid illuc iuuenis feceram, videbar mihi facere adhuc posse, & paullò antè fecisse. Prænaugamus, mi Lucili, vitam: & quemadmodum in mari, ut ait Virgilius noster,

— Terraque vrbesque recedunt:

D sic in hoc cursu rapidissimi temporis, primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quidquid est illud inter iuuenem & senem medium, in vtriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis optimos annos. nouissimè incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum putamus, dementissimi? ¹ portus est, aliquando

EPIST. LXIX. 1. TRANSILIRE NOLO.] Meus & aliquot scripti, transire.

2. COALESHERE OTIO NON POTES.] *Vt enim ipse alibi: Non coalescit planta, quæ sæpe transfertur.*

3. SINE AVCTORAMENTO.] *Sine mercede & pretio, quod antè dixit.*

4. MORI SVA MORTE.] *Ita Suetonius, de Tullianis percussoribus: nemo amplius triennio super-*

uixit, neque suâ morte defunctus est. Suâ, id est ex natura communi lege, quam manu non facis. Opponitur mors βιοδávατος, violenta.

5. NISI SVO DIE.] *Verissimum est: nostra ratiocinio præmorimur; facti decreto morimur.*

EPIST. LXX. 1. PORTVS EST.] *Vitam cum mari conferri, & in eo agitatione, crebrum. Quies autem & portus, in morte. Vide Consol. ad Polyb. cap. XXVIII.*

quando petendus, numquam recusandus. In quem si quis intra primos annos delatus A est, non magis queri debet, quam qui citò nauigauit. Alium enim, vt scis, ventri segnes ludunt ac detinent, & tranquillitatis lentissimo tadio lassant: alium pertinax status celerimè perfert. Idem euenire nobis puta. alios vita velocissimè adduxit, quò veniendum erat etiam cunctantibus: alios maceravit & coxit, quæ, vt scis, non semper retinenda est. ² Non enim viuere bonum est, sed benè viuere. Itaque sapiens viuuit, quantum debet, non quantum potest. Videbit vbi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. cogitat semper, qualis vita, non quanta sit. Si multa occurrunt molesta, & tranquillitatem turbantia, ³ emittit se: nec hoc tantum in necessitate vltimâ facit, sed cum primùm illi cœperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illo die definendum sit. Nihil existimat suâ referre, faciat finem, an accipiat: tardius fiat, an citius. non tamquam de magno detrimento timet. ⁴ Nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori, vel tardius, ad rem non pertinet: benè mori, aut malè, ad rem pertinet. benè autem mori, est effugere malè viuendi periculum. Itaque effeminatissimam B vocem ⁵ illius Rhodij existimo, qui cum in caucam coniectus esset à tyranno, & tamquam ferum aliquod animal aletetur, suadenti cuidam vt abstineret cibo: *Omnia, inquit, homini, dum viuuit, speranda sunt.* Vt sit hoc verum, non omni pretio vita emenda est. Quædam, licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non veniam. Ego cogitem, in eo qui viuuit omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo qui scit mori, nihil posse fortunam? Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit pœnæ suæ manum. Stultitia est, ⁶ timore mortis mori. venit qui occidat. Exspecta. quid occupas? quare suscipis alienæ crudelitatis procurationem? vtrum ⁷ inuides carnifici tuo, ⁸ an parcis? Socrates potuit abstinentiâ finire vitam, & inediâ potius quam veneno mori. ⁹ triginta tamen dies in carcere, & in expectatione mortis exegit: non hoc animo, tamquam omnia fieri possent, tamquam multas spes tam longum tempus reciperet, sed vt præberet se legibus, vt fructum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultius, quam mortem contemnere, C venenum timere? ¹⁰ Scribonia grauis femina, amita ¹¹ Drusi Libonis fuit, adolescentis

tis

2. NON ENIM VIVERE BONVM.] *Plutarchus Consol. ad Apollon.* Modus enim vitæ, honestum, non temporis longinquitas est. *Itemq; ante:* Non esse longissimam vitam, optimam; sed honestissimam. Neque enim qui plurimum citharâ cecinit, aut orauit, aut nauem gubernauit, sed qui optime, commendatur. *Adde epist. XCIII.*

3. EMITTIT SE.] *Ex Stoico decreto. quibus probatur illa ἐξαρῶν & educitio è vitâ, si causa non sit vitæ. Diximus in Manud. III. Dissert. XXII.*

4. NEMO MULTVM EX STILICIDIO.] *Apertissima imago. Vita velut guttatim per horas & dies fuit: & mox desinit: quid mali, inquit, si paullo citius?*

5. ILLIVS RHODII.] *Telesphori, qui à Lysimacho in caucam coniectus. Vide De Irâ lib. III. cap. XVI 1.*

6. TIMORE MORTIS MORI.] *Suprà, epist. XXI III.* Tantam hominum imprudentiam esse, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem. *Lucretius:*

Et saepe vsque adeo, mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium lucisq; videnda, Vt sibi consciscant mœrenti pectore letum.

Arcefilans, apud Plutarchum Consol. ad Apollonium: πολλοὶ δια τὴν ἐθνησιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν θανάτων διαβολῶν, ἀποθνήσκουσιν ἢ αὐτῶν ἀποθνήσκουσιν: Multi ob vilitatem ingenij, & criminationes mortis,

moriuntur ne moriantur. *Nimirum, vt Diogenes aiebat, ὁ φόβος ἔτιο χαλεπὸς, ὡς πολλοὶ ἢ δὴ ἀπερὶ λαβὸν τὸ ἔργον. οἱ μὲν ἐν τῇ χειμαλὶ ὄμβροι, ἢ περιμειναντες καταδύσαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ ἀρότερον ἑαυτοῦς ἀποφάξαντες: adeo difficilis & mala res metus est, vt multi anteceperint ipsum factum, id est id quod timebatur. Vt qui in nauī tempestate iactantur & periclitantur, non expectato dum ea mergatur, sese interficiunt. *Lucanus his consonat: — multos in summa pericula misit**

Venturi timor ipse mali.

7. INVIDES CARNIFICI.] *Ne gloriam tui interfecti habeat.*

8. AN PARCIS?] *Ne interficiendū molestiam.*

9. TRIGINTA DIES.] *Post ipsam damnationem, quia Delia festa, vt Xenophon ait, interuenerunt. Ἀνάγκη, inquit, ἐγένετο ἑαυτῶν μετὰ τὴν κρίσιν βιάσασθαι τὰς ἡμέρας βιώναι, διὰ τὴν Δελίαν μὲν ἐκείνου τῶ μινδε ἔσθ. τὸν δὲ τόμον μινδε ἑαὶν δὴ νουσία ἀποθνήσκουσιν, ἕως ἀν ἢ θείωσια ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ: Necessè illi fuit triginta dies, post sententiam, viuere, quia Delia festa illo mense erant. Lex autem non sinebat publicè quemquam tollere, nisi pompa è Delo rediisset. *Simile Romanis, non fuisse dies festos & letos supplicij.**

10. SCRIBONIA GRAVIS FEMINA.] *Quondam Augusti coniux: Tacitus II. Annal.*

11. DRUSI LIBONIS.] *Cuius criminatio & mors,*

D

A tis tam stolidi, quàm nobilis, ¹² maiora sperantis, quàm aut ¹³ illo sæculo quisquam sperare poterat, ¹⁴ aut ipse vllò. cùm æger à senatu in lecticâ relatus esset, non sanè ¹⁵ frequentibus exsequiis, (omnes enim necessarij ¹⁶ deseruerant impiè, iam non reum, sed funus) habere cœpit consilium, vtrùm conscisceret sibi mortem, an exspectaret. Cui Scribonia: *Quid te, inquit, delectat ¹⁷ alienum negotium agere? ¹⁸ Non persuasit. manus sibi attulit, nec sine causâ. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si viuit, alienum negotium agit. Non possis itaque ¹⁹ de re in vniuersum pronunciare, cùm mortem vis externa denunciat, occupanda sit, an exspectanda. Multa enim sunt, quæ in vtramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic iniicienda sit manus? Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum habitaturus, ita mortem vtiq; quâ sum exiturus è vitâ. Præterea, quemadmodum non vtiq; melior est longior vita, sic peior vtiq; mors longior. In nullâ re magis, quàm in morte, morem animo gerere debemus. exeat quâ impetum cepit: siue ferrum appetit, siue laqueum, siue aliquam potionem venas occupantem, pergat, & vincula seruitutis abruptat. Vitam & alii approbare quisque debet, mortem sibi. optima est, quæ placet. Stultè hæc cogitantur: Aliquis dicit me parùm fortiter fecisse, aliquis nimis temerè, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium, ²⁰ ad quod fama non pertinet? hoc vnum inuere, vt te fortunæ quàm celeritè eripias. Alioqui aderunt, qui de factò tuo malè existimant. Inuenies etiam ²¹ professos sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri. exspectandum esse exitum, quem natura decreuit. Hoc qui dicit, non videt se libertati viam claudere. ²² Nil melius æterna lex fecit, quàm quòd vnum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego exspectem vel morbi crudelitatem, vel hominis, cùm possim per media exire tormenta, & aduersa discutere? Hoc est vnum, cur de vitâ non possimus queri: neminem tenet. Bono loco res humanæ sunt, quòd nemo nisi vitio suo miser est. Placet? viue. non placet? licet eò reuerti vnde venisti. Vt dolorem capitis leuares, sanguinem sæpe emisisti: ad extenuandum corpus vena percutitur: non opus est vasto vulnere diuidere præcordia. ²³ scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via: & puncto securitas constat. Quid ergo est, quod nos facit pigros, inerteisque? Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic veteres inquilinos indulgentia loci & consuetudo, etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus habita: propone tibi quandoque hoc contubernio carendum. fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis veniet in mentem, omnia sine fine concupiscentibus? Nul-*

lius

mors, in eodem scriptore ibidem: at non hoc de Scriboniâ hic narratum.

12. MAIORA SPERANTIS.] Imperium & res summas.

13. ILLO SÆCVLO.] Tiberiano. cùm ipse Princeps intensus, & potentia sua anxius.

14. AUT IPSE VLLÒ.] Ne laxo quidem & libero. quia non illi ingenium ad eminendum.

15. FREQUENTIBVS EXSEQUIIS.] Cur hoc mutant? appellat enim statim funus: & vt iam mortuus deducebatur. Volunt tamen, obsequiis, etiam docti.

16. DESERERANT IMPIE.] Non video cur illi imperialis sic accusentur, in iusto à Principe metu, & ne fanisse viderentur. Malim, impium.

17. ALIENVM NEGOTIVM.] Carnificis, cui destinatis.

18. NON PERSVASIT.] Sic libri omnes, nec mutuo. Videretur enim mens Scriboniæ fuisse, ne mori præuenteret, & occuparet quod alius erat factururus. Etsi

aliorum id vertit mox Seneca, & Drusi factum exortat, probans, aut alienum etiam negotium agere, qui alteri viuunt, & animam in manu eius postitam irahunt. Alij tamen ediderunt sublatâ negatione, Persuasit: moti, opinor, sequentibus verbis.

19. DE RE IN VNIVERSVM PRONNCIARE.] Lege nostra, sodes, super eâ totâ, in Manud. III. Dissert. XXII.

20. AD QVOD FAMA NON PERTINET.] Nec enim ipse eam auditurus es. atque eo sensu, non pertinet: pertinet tamen, si post te etiam de eâ curas.

21. PROFESSOS SAPIENTIAM.] Peripateticos.

22. NIL MELIYS ÆTERNA LEX.] Haud dissimile illud Tragicæ, in diuinâ Thebaide:

Vbiq; mors est. optimè hoc cauit Deus:

Eripere vitam nemo non homini potest,

At nemo mortem.

23. SCALPELLO APERITVR.] Seltâ nimirum venâ. quæ crebra via mortis Senecæ auo, & ipsius Senecæ fuit.

lius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercentur fortasse in superuacuum. ad A
uersus paupertatem pręparatus est animus? permansere diuitia. ad contemptum nos
doloris arinauimus? numquam a nobis exiget huius virtutis experimentum integri ac
sani felicitas corporis. vt fortiter amissorum desideria pateremur, pręcepimus nobis?
omnes quos amabamus, superstites fortuna seruauit. Huius vnus rei vsum qui exigit
dies, veniet. Non est quod existimes, magnis tantum viris hoc robur fuisse, quo seruitu-
tis humanę claustra perumperent. non est quod iudices, hoc fieri nisi a Catone non
posse, qui quam ferro non emiserat animam, ²⁴ manu extraxit: cum vilissimę sortis
homines ingenti impetu in tutum euaserint, cumque ²⁵ commodò mori non licuisset,
nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere: obuia quęque rapuerunt, & quę
naturā non erant noxia, vi suā tela fecerunt. Nuper in ludo ²⁶ bestiariorum, vnus ē Ger-
manis, cum ad ²⁷ matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus. nul-
lum aliud illi dabatur sine custode secretum. ibi lignum id, quod ad emundanda obfęe-
na adhęrente spongiā positum est, totum in gulam farsit, & vi pręclusis faucibus spiri- B
tum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. ita prorsus. Parum mundę, & parum
decenter. Quid est stultius, quā fastidiosę mori? O virum fortem! o dignum, cui fati
daretur electio! quā fortiter ille gladio vsus esset! quā animosę in profundam se alti-
tudinem maris, aut abscissę rupis, immisisset! Vndique destitutus inuenit, quemadmo-
dum & mortem sibi deberet, & telum: vt scias ad moriendum nihil aliud in morā esse,
quā velle. Existimetur de facto hominis acerrimi, vt cuique visum erit, dum hoc con-
stet, pręferendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimę. Quoniam cępi
fordidis exemplis vt; perseuerabo. plus enim a se quisque exiget, si viderit hanc rem
etiam a contemptissimis posse contemni. Catones, Scipionesque, & alios, quos audire
cum admiratione consueuimus, supra imitationem positos putamus: iam ego istam vir-
tutem habere tam multa exempla in ludo bestiario, quā in ducibus belli ciuilibus osten-
dam. Cum aducheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum ²⁸ spectaculum
missus, tamquam somno premente nutaret, caput vsque eò demisit, donec radiis infere- C
ret, & tandem se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rotę frangeret. eodem
vehiculo quo ad pęnam ferebatur, pęnam effugit. Nihil obstat, erumpere & exire cu-
pienti. ²⁹ In aperto nos natura custodit. Cui permittit necessitas sua, circumspiciat exi-
tum mollem. cui ad manum plura sunt, per quę sese asserat, is delectum agat, & quā po-
tissimum liberetur consideret: cui difficilis occasio est, is proximam quamque pro opti-
mā arripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium, cui non de-
fuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, vbi illis stimulos ad-
egit dolor, excitentur, & intentissimas custodias fallant? Ille vir magnus est, qui mor-
tem sibi non tantum imperauit, sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla pro-
misi. ³⁰ Secundo Naumachię spectaculo, vnus ē barbaris lanceam, quam in aduersa-
rios acceperat, totam iugulo suo immerisit. Quare, inquit, non omne tormentum, om-
ne ludibrium iam dudum effugio? quare ego mortem armatus exspecto? Tanto hoc
speciosius spectaculum fuit, quanto honestius mori discunt homines, quā occidere.
Quid ergo? quod animi perditum noxiosque habent, non habebunt illi, quos aduersus D
hos casus instruxit longa meditatio, & magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet,
fati

24. MANU EXTRAXIT.] *De Prouid. cap. 11.* Animam, indignam quę ferro contaminaretur, manu educit.

25. COMMODO MORI.] *Alij, cumque suo modo mori: mihi non placitum. Ceriē non licuit eis commode mori, qui asseruabantur, inter custodias, & inclusi.*

26. BESTIARIORVM.] *Qui ad bestias damnati, vel auctorati.*

27. MATUTINA SPECTACULA.] *Supra, epist. VII. Similia autem exempla habes & in Symmacho lib. 11. epist. XLVI.*

28. SPECTACVLVM MISSVS.] *Missus aliunde, a Præside prouincię. Suspicabar aliquando, My-fus: vt supra, Germanus.*

29. IN APERTO NOS NATVRA CVSTODIT.] *Quasi dicat. liberi sumus, & natura in aperto, non in clauso nos habet. Vite alligauit, sed vinculis quę, cum voles, & vt voles, rumpas.*

30. SECUNDO NAUMACHIÆ SPECTACVLO.] *Naumachiam bis Nero dedit: alteram intelligit. Pos-sis & ad diem spectaculi alterum referre.*

A fati varios esse accessus, finem eundem. nihil autem interesse, unde incipiat ³¹ quod venit. Eadem illa ratio monet, ut, si licet, moriaris sine dolore: sin autem non potest, fac quemadmodum potes, & quidquid obuenerit ad vim adferendam tibi, inuadas. Iniuriosum est rapto viuere: at contra pulcherrimum, mori rapto.

EPIST. LXXI.

SVMVM Bonum in oculis habendum, eò singula consilia vel actiones referendas. Quod igitur illud? vnum Honestum. Adulterant, qui Externa miscent: quia in solo animo haeret. Deinde, Bona paria esse: & Contemptum à Claritate non differre, si vtrumque ex Honesto. Catonem dat exemplum, & (ò pulchrè!) dilatat. Mortem honestam à vitâ tali, non item differre: contra Academicos, qui gradus faciunt Beatitatis. Non esse, nec illam, nec Honestum intendi. Itaque in eculo, Beatissimo esse licere. Itane? non pallebit, tremet, dolebit? Imò (à naturâ enim ista:) sed hæc omnia animi robore vincet. Nec tamen statim omnes. discrimina sunt inter Sapientes, aut Studiosos. Lege sodes, attende, mirare.

SVBINDE me de rebus singulis consulis, oblitus vasto nos mari diuidi. cùm magna pars consilij sit in tempore, necesse est euenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cùm iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur: res nostrâ feruntur, imò voluntur. Ergo consilium sub die nasci debet: & hoc quoque tardum est nimis: ¹ sub manu, quod aiunt, sub manu nascatur. Quemadmodum autem inueniatur, ostendam. Quoties quid fugiendum sit, aut quid petendum, voles scire: ad summum bonum, & propositum totius vitæ respice. Illi enim consentire debet quidquid agimus. non disponet singula, nisi cui iam vitæ suæ summa proposita est. Nemo, quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de totâ nemo deliberat. Scire debet quid petat ille, ² qui sagittam vult mittere: & tunc dirigere, & moderari manu telum. errant consilia nostra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est. Necesse est multum in vitâ nostrâ casus possit, quia viuimus casu. Quibusdam autem euenit, ut quædam scire se nesciant: quemadmodum quærimus sæpe eos, cum quibus stamus: ita plerumque finem summi boni ignoramus appositum. nec multis verbis, nec circuitu longo, quid sit summum bonum colliges: digito, ut ita dicam, demonstrandum est, nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet, in particulas illud diducere, cùm possis dicere: Summum bonum est, quod honestum est? & quod magis admireris, ³ Vnum bonum est, quod honestum est: cetera falsa & adulterina bona sunt. Hæc si persuaseris tibi, & virtutem adamaueris (amare enim parum est) quidquid illa contigerit, id tibi, qualecumque aliis videbitur, faustum felixque erit: & torqueri, si modò iacueris ipso torquente securior: ^D & agrotare, si non maledixeris fortunæ, si non cesseris morbo. Omnia denique quæ ceteris videntur mala, & mansuescent, & in bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat, nihil esse bonum, nisi honestum: & omnia incommoda suo iure bona vocabuntur, quæ modò virtus honestauerit. Multis videmur maiora promittere, quàm recipit humana conditio. non immeritò. ad corpus enim respiciunt. reuertantur ad animum: iam hominem Deo metientur. Erige te, Lucili virorum optime, & relinque istum

31. QVOD VENIT.] Vide an non argutius, quod finit: et si alterum nec damno. & accipio, Nihil interesse unde veniat, quod omnino venit.

2. QVI SAGITTAM VULT.] Similis imago apud Aristotelem in hac ipsâ re. 1. Ethic. Nicom. cap. 11. Vide me in Manud. 11. cap. XIII.

EPIST. LXXI. I. SVB MANU, QVOD AIUNT.] Suetonius Augusto: Quò celerius ac sub manu annunciari possit.

3. VNVM BONVM, QVOD HONESTVM.] Capitale Stoicum dogma, & fons reliquorum. Ego Manud. 11. Dissert. XX.

istum * ludum litterarium philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas A
 vocant, qui animum minuta docendo demittunt & conterunt: fies similis illis, ' qui
 inuenerunt ista, non qui docent, & id agunt vt philosophia potius difficilis, quàm magna
 videatur. Sequere illos, si quid apud te habeo auctoritatis. Socrates, qui totam philoso-
 phiam reuocauit ad mores, & hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaq; distin-
 guere: *Vt sis beatus*, inquit, & te alicui stultum videri sine. Quisquis volet, tibi contume-
 liam faciat, & iniuriam: tu tamen nihil patieris, si modò tecum erit virtus. Si vis, inquit,
 beatus esse, si fide bonâ vir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc nemo præstabit, nisi
 qui 6 omnia bona exæquauerit: quia nec bonum sine honesto est, & honestum in om-
 nibus par est. Quid ergo? nihil interest inter præturam Catonis, & repulsam? nihil in-
 terest vtrum Pharsalicâ acie Cato vincatur, an vincat? hoc eius bonum, quo victis par-
 tibus non potest vinci, par erat illi bono, quo victor rediret in patriam, & componeret
 pacem? Quid ni par sit? eadem enim virtute & mala fortuna vincitur, & ordinatur bo-
 na. virtus autem non potest maior aut minor fieri. Vnius staturâ est. Sed Cn. Pompeius B
 amittere exercitum: sed illud pulcherrimum reip. 7 prætextum, optimates, & prima acies
 Pompeianarum partium, senatus ferens arma, vno prælio profligabuntur: & tam magni
 ruina imperij, in totum dissiliet orbem. aliqua pars eius in Ægypto, aliqua in Africâ,
 aliqua in Hispaniâ cadet. ne hoc quidem miseræ reip. continget, semel ruere. Omnia li-
 cet fiant. Iubam in regno suo, non locorum notitia adiuuet, non popularium pro rege
 suo virtus obstinatissima: Vticensium quoque fides 8 malis fracta deficiat, & Scipionem
 in Africâ nominis sui fortuna destituat: olim prouisum est, ne quid Cato detrimenti ca-
 pias. Victus est tamen. Et hoc numerâ inter repulsas Catonis. tam magno animo feret,
 aliquid sibi ad victoriam, quàm ad præturam obtulisse. Quo die 9 repulsus est, lussit:
 quâ nocte periturus fuit, legit. eodem loco habuit, præturâ & 10 vitâ excedere. omnia
 quæ acciderent, ferenda esse persuaserat sibi. Quid ni ille mutationem Reip. forti &
 æquo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non cæ-
 lum, non totus hic rerum omnium contextus, quamuis Deo agente ducatur. 11 non sem- C
 per tenebit hunc ordinem: sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiiciet. Certis eunt cun-
 cta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quæcumque vides supra nos currere,
 & hæc quibus innixi atque impositi sumus veluti solidissimis, carpentur ac definent.
 nulli non senectus sua est. inæqualibus ista spatiis eodem natura demittit. quidquid est,
 non erit, nec peribit, 12 sed resoluatur. Nobis solui, perire est. Proxima enim intuemur:
 ad vltiora non prospicit mens hebes, & quæ se corpori addiderit: alioqui fortius finem
 sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire, &
 composita dissolui, dissoluta componi. in hoc opere æternam artem cuncta temperantis
 Dei verti. Itaque Cato cum æuum animo percurreret, dicit: Omne humanum genus,
 quod-

4. **LVDVM LITTERARIVM PHILOSOPHO-
 RVM.]** Faber ex codice scripto, litterariorum: at
 mihi ex meo placeat, litteralium. Philosophi scilicet
 qui literas curant, & Philosophiam Philologiam
 reddunt.

5. **QVI INVENERVNT.]** Socrati, Zenoni, tali-
 bus, vniâ philosophis.

6. **OMNIA BONA EXÆQVAVERIT.]** In
 latâ aut tristi materie ea sint. Suprà, epist. LXVI.
 diffuse.

7. **PRÆTEXTVM, OPTIMATES.]** Suetonius Iu-
 ly cap. xxx. Et prætextum quidem illi civilium
 armorum hoc fuit. Pompeius autem Optimatum &
 reip. causam agere videbatur, atque id ambitioni suæ
 prætextabat. Possis etiam accipere, Senatum velut præ-
 textum vestis & purpuram, in reliquo reip. corpore
 esse. Ita Epictetus Virum bonum, purpuram in
 veste facit.

8. **MALIS FRACTA DEFICIAT.]** *Melus &
 quidam, malis passa & fracta desinat. Fortè, malis
 pressa: vel vi Gruterus noster, quassa.*

9. **REPVLVS EST, LVSIT.]** *Pila quidem, &
 in publico. ad eò nec puduit, nec doluit. Adde
 epist. ciiii.*

10. **VITA EXCEDERE.]** *Quia de Praturâ
 etiam, mallem excidere.*

11. **NON SEMPER TENEBIT.]** *Refert Mure-
 tus ad id, quod Plato etiam scribit in Politico, Solem
 & sidera non eodem semper motu, sed aliò alias
 ferri: atque ad eò vbi nunc occidit Sol, inde or-
 tum olim esse. Non refuto, simplicius tamen arbi-
 tror, ad Stoicam & ἀρπύρα, siue configurationem
 referre, cum omnia confusa peribunt. Similes senten-
 tia sum, quæ Consol. ad Polyb. cap. XXI. legas.*

12. **SED RESOLVETVR.]** *In prima principia,
 Ignem & Materiam.*

13. **QVAEQVE**

A quodque est, quodque erit, morte damnatum est. omnes quæ usquam rerum potiuntur
 vrbes, ¹³ quæque alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliquando
 quæretur, & vario exitij genere tollentur. alias destruent bella, alias defidia, paxque ad
 inertiam versa consumeret, & magnis opibus exitiosa res luxus. Omnes hos fertiles cam-
 pos ¹⁴ repentina maris inundatio absconderet, aut in subitam cauernam confidentis soli
 fata præcedo? magnus animus Deo pareat: & quidquid lex vniuersi iubet, sine cuncta-
 tione patiat. Aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquilliusque ¹⁵ inter diui-
 na mansurus: aut certe sine vilo futurus incommodo, ¹⁶ naturæ suæ remiscebitur, &
 reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta vita, quam mors
 honesta: quoniam ¹⁷ non intenditur virtus. ¹⁸ Idem esse dicebat Socrates veritatem &
 virtutem: quomodo illa non crescit, sic nec virtus quidem. habet numeros suos, ple-
 na est. Non est itaque quod mireris paria esse bona, & quæ ex proposito sumenda sunt,
 B & quæ ¹⁹ subita res tulit. nam si hanc inæqualitatem receperis, vt fortiter torqueri in
 minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis: & infelicem Socratem dices in car-
 cere, infelicem Catonem vulnera sua animosius quam fecerat, retractantē: calamitosis-
 simum omnium Regulum, fidei pœnas etiam hostibus seruata pendente. Atqui ne-
 rtaimen negant miserum. Academici veteres beatum quidem esse etiam inter hos crucia-
 tus fatentur, ²⁰ sed non ad perfectum, nec ad plenum: quod nullo modo potest recipi.
 Nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum bonum est, supra se gradum
 non habet: si modò illi virtus inest, si illam aduersa non minuunt, si manet etiam com-
 minuto corpore incolumis. manet autem. Virtutem enim intelligo animosam & excel-
 sam: quam incitat, quidquid infestat. Hunc animum quem sæpe induunt generosæ
 indolis iuvenes, quos alicuius honestæ rei pulchritudo percussit, vt omnia fortuita con-
 temnant, profectò sapientia infundet, & tradet: persuadebit vnum bonum esse quod
 C honestum. Hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regulam, quâ rectum
 probari solet. quam si flectes, quidquid ex illâ mutaueris, iniuria est recti. Idem ergo de
 virtute dicemus: & hæc recta est. flexuram non recipit. rigida est: amplius intendi non
 potest. Hæc de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rector ipsa non potest fieri, nec
 quæ ab illâ quidem fiunt, alia aliis rectora sunt. huic enim necesse est respondeant. ita
 paria sunt. Quid ergo? inquis. iacere in conuiuio, & torqueri, paria sunt? Hoc mirum
 videtur tibi? illud licet magis admireris. Iacere in conuiuio, malum est: torqueri in e-
 quileo, bonum est: si illud turpiter, hoc honestè sit. bona ista aut mala, non efficit ma-
 teria, sed virtus. hæc vbiunque apparuit, omnia eiusdem mensuræ ac pretij sunt. In
 oculos nunc mihi manus intente ille, qui omnium animum æstimat ex suo, quod di-
 cam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honestè iudicantis: quod di-

cam

13. QUÆQUE ALIENORVM IMPERIORVM.]

D Tota sententia est. tam vrbes quæ imperant, vt Roma aliqua, aut Carthago: & quæ imperantur, vt Corinthus, Syracuse, Athenæ: quæ tamen illis ipsi imperantibus decus & lumen afferunt. Nam clarum & magnificum est scilicet, tam magnis imperare. Sunt igitur decora alieni imperij.

14. REPENTINA MARIS INVDATTO.]

Id quoque Stoicum, Cataclysmo mundi partes perire, aut inuerti. Vide Physiol. lib. II. Dissert. XX.

15. INTER DIVINA MANSVRVS.]

Inter aut iuxta sidera. In Physiol. III. Dissert. XI.

16. NATVRÆ SVÆ REMISCEBITVR.]

Sæpe sic ambiguit de Animâ, virtum maneat, an statim ad originem sui, id est sidera recurrat. Nos loco dicto.

17. NON INTENDITVR VIRTVS.]

Stoicum

dogma, Non crescit, non minuitur. Vide Manud. III. Dissert. IV.

18. IDEM ESSE VERITATEM ET VIRTUTE M.]

Eo sensu, quod Virtus sit Scientia: omnis autem Scientia veritas. Plato non ipsum quidem Summum Bonum Veritatem esse, sed ei adhaerere: sicut Soli lucem. Esse igitur ἀγαθὸν ἢ, non ipsum ἀγαθόν: de Republ. VI. & antiq., ἡδὲν οὐκ ἔστι σοφία τὴ ἀληθείας ἔσθ: nihil affinius familiariusque Sapien-
 tiæ, quam Veritatem esse. Denique ἡγοῦμένως τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ποτε χορῶν αὐτῆ καλοῦν ἀπολοῦθῆ-
 σαι: præeunte Veritate, numquam chorum Vir-
 tiorum subsequaturum. Plura talia elogia, quæ huc spectant.

19. SVBITA RES TVLIT.] Casus, non consilium.

20. SED NON AD PERFECTVM.] Diximus in Manud. III. Dissert. VI.

cam paria bona esse eius qui triumphat, & eius qui ante currum vehitur, inuictus animo. Non putant enim fieri, quidquid facere non possunt: ex infirmitate suâ de virtute ferunt sententiam. Quid miraris, si vri, vulnerari, occidi, alligari iuuat? aliquando etiam libet. Luxurioso frugalitas pœna est, pigro supplicij loco labor est, ²¹ delicatus miseretur industrij, desidiofo studere torqueri est. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atque intoleranda credimus, obliiti quàm multis tormentum sit vino carere, aut primâ luce excitari. Non ista difficilia sunt naturâ, sed nos fluidi & enerues. Magno animo de rebus magnis iudicandum est: alioqui videbitur illarum vitium esse, quod nostrum est. Sic quædam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curui præfractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert. animus noster ad vera perspicenda caligat. Da mihi adolescentem incorruptum, & ingenio vegetum, dicit ²² fortunatiorem sibi videri, qui omnia rerum aduersarum onera rigidâ ceruice sustollit, qui supra fortunam exstat. Non mirum est, in tranquillitate non iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis quæ aduersa appellamus, mali? hoc, vt opinor, succidere mentem, & incuruari, & succumbere: quorum nihil sapienti viro potest euenire. Stat rectus sub quolibet pondere. nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum quæ ferenda sunt, displicet. Nam quidquid cadere in hominem potest, nihil illi cecidisse non queritur: vires suas nouit: scit se esse oneri ferendo. ²³ Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo, sicut ab aliquâ rupe nullum sensum admittente, submoueo. memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis. hæc mordetur, vritur, dolet: altera rationalis. hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est, & indomita. In hac positum est summum illud hominis bonum. quod antequam impleatur, incerta mentis volutatio est: cum verò perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaque ²⁴ inchoatus, ad summa procedens, cultorque virtutis, etiam si appropinquat perfecto bono, sed ei nondum summam manum imposuit, ibi interim cessabit, & remittet aliquid ex intentione mentis. nondum enim incerta transgressus est, etiam nunc versatur in lubrico. beatus verò, & virtutis exacta, tunc se maxime amat, cum fortissimè expertus est: & metuenda ceteris, si alicius honesti officij pretia sunt, non tantum fert, sed amplectatur, multoque audire mauult, ²⁵ Tanto melior, quàm felicior. Venio nunc illò, quò me vocat expectatio tua. Ne extra rerum naturam vagari virtus nostra videatur, & tremet sapiens, & dolebit, & expallescet: hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est origo calamitatis? ubi illud malum verum est? illic scilicet, si ista animum detrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi ²⁶ pœnitentiam sui faciunt, Sapiens quidem vincit virtute fortunam. At multi professi sapientiam, leuissimis nonnunquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum vitium est, qui quod dicitur de sapiente, exigimus & à proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quæ laudo, nondum persuadeo: etiam si persuasissimè, nondum tam parata haberem, aut tam exercitata, vt ad omnes casus procurerent. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sapius macerata & recocta non perbibit: sic alias disciplinas ingenia cum acceperunt, protinus præstant: hæc nisi altè descendit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quæ promiserat, præstat. Citò hoc potest tradi, & paucissimis verbis,

21. DELICATVS MISERETVR INDVSTRII.] Non displiceat lectio, quæ è manuscripto meo aliique erunt: delicatis misera est continentia, indoctis industria, desidiofo studere t. c.

22. FORTVNATIOREM SIBI VIDERI.] Paria in De Provident. cap. 11.

23. NON EDVCO SAPIENTEM.] Vide Manuduct. 111. Dissert. VII.

24. INCHOATVS, AD SVMMA PROCEDENS.] Est ille Proficiens & ἀποσπόμενος, captus formari &

doceri, nondum doctus. Nos hæc discrimina in Manuduct. 11. Dissert. 1 X.

25. TANTO MELIOR.] Sic epist. XXXI. Tanto melior, surge & inspira. De Tranquill. cap. vlt. Dicamus Tanto fortior, Tanto felicior. Quintilianus: Vnde illa laudatio: Tanto melior, nec ego intellexi. Est igitur acclamandi laudandique formula.

26. PÆNITENTIAM SVI FACIYNT.] Si illi excutiunt decreta sua: sicut Bruto morituro, qui Virtutem accusat, vt verba.

A verbis, vnum bonum esse virtutē: nullum certē sine virtute: & ipsam virtutem in parte nostri meliore, id est, rationali positā. Quid erit hęc virtus? iudicium verū, & immotum: ab hoc enim impetus veniet mentis, ab hoc omnis species, quæ impetum mouet, redigetur ad liquidum. Huic iudicio consentaneum erit, omnia quæ virtute contacta sunt, & bona iudicare, & inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona. His ²⁷ pretium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit: magnis inter se interuallis distabunt, alia maiora, alia minora erunt. Et in ipsis sapientiam sectantibus ²⁸ magna discrimina esse, fateamur necesse est. alius iam in tantum profecit, vt contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter: cedunt enim nimio splendore præstricti. alius in tantum, vt possit cum illa conferre vultum: si iam peruenit ad summum, ²⁹ & fiducia plenus est. Imperfecta necesse est labent, & modo prodant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire & niti perseverauerint: si quidquam ex studio & fideli intentione laxauerint, retrò eundem

B est. Nemo profectum ibi inuenit, vbi reliquerat. Instemus itaque, & perseveremus. plus quàm profligauimus, restat: sed magna pars est profectus, velle proficere. Huius rei conscius mihi sum: volo, & totā mente volo. Te quoque instinctum esse, & magno ad pulcherrima properare impetu video. Properemus. ita demum vita beneficium erit: alioqui mora est, & quidem turpis inter fœda versantibus. Id agamus, vt nostrum omne tempus sit. non erit autem, nisi prius nos nostri esse ceperimus. Quando contingeret contemnere vtramque fortunam? quando contingeret omnibus oppressis affectibus, & sub arbitrium adductis, hanc vocem emittere? Vici. Quem vicerim, quæris? Non Perfas, nec extrema Medorum, nec si quid vltra Dahas bellicosum iacer: sed auaritiā, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit.

EPIST. LXXII.

C

DIFFERT petitionem Lucilij. ex occasione, differri à nobis Boni studium: malè. huic vni, omiſſis aliis, vacandum est. Nihil incidere, quod impediāt, Sapienti quidem: aliqua Proficienti. Discrimen inter utrosque. Externa nec addere, nec demere Sapienti, semper se contento.

QUOD quæris à me, liquebat mihi, ¹ sic rem edidiceram: sed diu non retentaui memoriam meam. Itaque non facilè me sequitur. quod euenit libris ² situ coherentibus, hoc euenisse mihi sentio: explicandus est animus, & quæcumque apud illum deposita sunt, subinde excuti debent, vt parata sint quoties vsus exegerit. Ergo hoc in præsentia differamus: multum enim operæ, multum diligentiae poscit. Cum primum longiore in eodem loco speraui moram, tunc istud in manus sumam. Quædam enim sunt, quæ possis & ³ in cisis scribere: quædam ⁴ lectum, & otium, & secretum desiderant.

D 27. PRETIUM ERIT ALIQVOD.] *Stoicè dicta, dignatio. Nam inter Adiaphora quoque discrimen, & alia estimationem, alia reiectionem habent. Manuduct. 11. Dissert. XXII.*

28. MAGNA DISCRIMINA ESSE.] *Explicauit Manud. 11. Dissert. IX.*

29. ET FIDUCIÆ PLENVS EST.] *Hæc sic legenda, & distinguenda, vtiliter monuit ibidem.*

EPIST. LXXII. 1. SIC REM EDIDICERAM.] *Erasmi lectio, nec longe nimis à libris. Muræus, si reminisceret, suo iure & more. Meus & alios scripti: Si rem edificarem per se, sed non retractaui. Fecerim: liquebat mihi scire, modò edificere (vel edicere) possem. sed diu. Quid? imò aliter: liquebat mihi, si remeditari possem: & rem attingi. Remeditari, vt Reminisci.*

2. SITU COHERENTIBVS.] *Quod facile in illis voluminibus.*

3. IN CISIO SCRIBERE.] *A Pinciani sagacitate est, cum libri ferè, in cisis. Est autem cisis vehiculi genus: & vult quedam per iter aut gestationem etiam scribi. Quis damnet? at quidam libri, in circo: nec id malè. vbi omnia vocibus strepunt, & auocatio multiplex est: atque aiunt sic facta esse Iulium Casarem, qui inter spectandum epistolis libellisque legendis, aut rescribendis, vacabat: auctore Tranquillo.*

4. LECTVM ET OTIVM.] *Quieti isti & otiosi, non sellis sedebant olim, vt nos, sed plurimum in lectulo erant, semi tamen recli. Ouidius:*

Non hæc in nostris, vt quondam scribimus hortis,
Nec consuecte meum lectule corpus habes.

Plinius

rant. nihilominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid, & quidem totis. nūquam enim non succedent occupationes nouæ. scrimus illas: itaque ex vnâ exeunt plures: deinde ipsi nobis dilationem damus. Cum hoc peregero, toto animo incumbam: & si hanc rem molestam composuero, studio me dabo. Non cum vacaueris, philosophandum est: omnia alia negligenda, vt huic assideamus. cui nullum tempus fatis magnum est, etiam si à pueritiâ vsque ad longissimos humani aui terminos vita protenditur. Non multum refert, vtrum omittas philosophiam, an intermittas. non enim vbi interrupta est manet, sed eorum more, quæ intenta dissiliunt, vsque ad initia sua recurrit, quod à continuatione discessit. Resistendum est occupationibus: ⁵ nec explicandæ, sed submouendæ sunt. tempus quidem nullum est parum idoneum studio salutari. Atqui multi ⁶ inter illa non student, propter quæ studendum. Incidet aliquid quod impediatur: non equidem eum, cuius animus in omni negotio lætus atque alacer est. Imperfectis adhuc interfcinditur lætitia: ⁷ sapienti verò contextitur gaudium, nullâ rumpitur causâ, nullâ fortunâ: semper & vbique tranquillum est. Non enim ex alieno pender, nec fauorem fortunæ, aut hominis expectat: domestica illi felicitas est. exiret ex animo, si intraret. ibi nascitur. Aliquando extrinsecus, quo admoneatur mortalitatis, interuenit: sed id leue, & quod summam cutem stringat. Aliquo, inquam, incommodo afflatur: maximum eius illud bonum, est fixum. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, velut in corpore interdum robusto solidoque, eruptiones quædam pustularum, & vlcuscula: nullum in alto malum est. Hoc, inquam, interest inter ⁸ consummatæ sapientiæ virum, & alium procedentis: quod inter sanum, & ex morbo graui ac diutino emergentem. cui sanitatis loco est, leuior accessio. Hic, nisi attendit, subinde grauatur, & in eadem reuoluitur. Sapiens recidere non potest, ⁹ ne incidere quidem amplius. Corpori enim ad tempus bona valetudo est: quam medicus etiam si reddidit, non præstat. sæpe ¹⁰ ad eundem quem aduocauerat, excitatur: animus semel in totum sanatur. Dicam quomodo intelligas sanum. si se ipse contentus est, si confidit sibi, si scit omnia vota mortalium, omnia beneficia quæ dantur petunturque, nullum in beatâ vitâ habere momentum. ¹¹ Nam cui quid accedere potest, id imperfectum est: cui quid abscedere potest, id imperpetuum est. cuius perpetua futura lætitia est, is suo gaudeat. Omnia autem quibus vulgus inhiat, vltro citroque fluunt. Nihil dat fortuna mancipio: sed hæc quoque fortuita tunc delectant, cum illa ratio temperauit ac miscuit. hæc est etiam quæ externa commendet, quorum audius vsus ingratus est. Solebat Attalus hac imagine vri: Vidisti aliquando canem missa à domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem? quidquid exceperit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem euenit nobis. quidquid expectantibus fortuna proiecit, id sine vllâ voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti & attenti. Hoc sapienti non euenit: plenus est. etiam si quid obuenerit, securè excipit, ac reponit. lætitiâ fruitur maximâ, continuâ, suâ. Habet aliquis bonam voluntatem, habet profectum, sed cui multum desit à summo?

Plinius lib. v. epist. Visus est sibi iacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis. Adde supra, epist. LXVII.

5. NEC EXPLICANDÆ.] Id est, non disponendæ per tempora, & digerendæ sunt: quod faciunt tamen homines seriosi.

6. INTER ILLA NON STUDENT.] Inter vana, officia, tristitias. Studere autem, est philosophari Stoicâ linguâ. Ego in Manuduct. II. Dissertat. 1.

7. SAPIENTI VERÒ CONTEXTITUR GAUDIUM.] Est dogma Porticus, Sapientem semper in gaudio esse, explicatum Manuduct. III. Dissert. V.

8. CONSUMMATÆ SAPIENTIÆ.] Iterum hic discrimina perfecti Sapientis, & incobati, videnda plene Manud. II. Dissert. IX.

9. NE INCIDERE QUIDEM.] Arguitur in vocibus venustè, Neque recidere in eundem, nec incidere in alium.

10. AD EUNDEM QUEM ADVOCAUERAT.] Sensum Muretus, opinor, secutus (nam libros minime) edidit: quem excitauerat, aduocatur. At ego leui mutatione libros tuos: ad eundem qui aduocauerat. Idem qui ante à vocauerat, reuocat, & redire in morbo redeunte iubet. Excitatur autem, ob subitam, aut in tempestiuam, vel noctu uocationem.

11. NAM CUI QUID ACCEDERE.] Atque, cui aliud (aliq, aliquid) accedere potest: certissime. Duo dicit. Sapientem in perpetuo gaudio & fiducia: quare? quia nihil accedere potest, quamuis turbidum, quod turbet. quare etiam? quia nihil decedere, quod minuat vel abrumpat. Itaque sequentia legenda, vt edidi auctoribus libris.

12. ADHVC

A summo? hic deprimitur alternis, & extollitur, ac modò in cælum alleuatur, modò deferretur ad terram. Imperitis ac rudibus, nullus præcipitationis finis est: in Epicurèum illud chaos decidunt inane, sine termino. ¹² Adhuc est genus tertium eorum qui sapientiæ alludunt: quam non quidem attigerunt, in conspectu tamen, & ut ita dicam, ¹³ subiectu habent: hi non concutiuntur, ne defluunt quidem: nondum in sicco, iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter summos imosque discrimina, cum medios quoque sequatur fructus suos, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi: non debemus occupationibus indulgere. excludendæ sunt: si semel intrauerint, in locum suum alias substituent. Principiis illarum obstemus. melius non incipient, quam definent.

EPIST. LXXIII.

B PHILOSOPHOS non esse contumaces. Parere magis, & amare Principes, quam illos ambitiosos, aut Palatinos. Nam isti appetunt, inuident, semper inquieti, & sæpe irati. Illi autem, amant, quia in quiete sub iis sunt, & tales sunt, id est bonarum mercium pleni. Imputant etiam hoc beneficium, etsi pluribus contingat. Hortatur deinde assurgere ad Virtutem, id est Deum. Nam Sapientem (Stoica superbia) vel illi parem.

E RRARE mihi videntur, qui existimant philosophiæ fideliter deditos, ¹ contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratuum ac regum, eorumve per quos publica administrantur. E contrario enim, nulli aduersus illos gratiores sunt: nec immeritò. nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi, ² quibus ad propositum bene viuendi aditum confert securitas publica, necesse est auctorem huius boni, ut parentem colant: multo quidem magis, quam illi inquieti, & ³ in medio positi, qui multa principibus debent, sed ⁴ multa & imputant. quibus nunquam tam plenè occurrere vlla liberalitas potest, ut cupiditates illorum quæ crescunt, dum implentur, exsariet. Quisquis autem de accipiendo cogitat, oblitus accepti est. nec vllum habet malum cupiditas maius, quam quòd ingrata est. ⁵ Adice nunc, quòd nemo eorum qui in republicâ versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, adspicit: & illis non tam iucundum est, multos post se videre, quam graue, aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio: non respicit. Nec ambitio tantum instabilis est, verum cupiditas omnis: quia ⁶ incipit semper à fine. At ille vir sincerus ac purus, qui reliquit & curiam,

12. ADHUC EST GENVS TERTIVM.] *Et hæc explicata Manud. III. Dissert. IX.*

13. SUB ICTV HABENT.] *A sagittariis, qui emissuri telum ad scopum; etsi nondum emisserunt. Alij à gladiatoribus petunt, iam ferituris. Parum est, de sensu liquet, vel ex Seneca similibus locis. De Benefic. II. cap. XXIX. De Vir. beat. cap. XII. Ad Mariam, cap. IX. Adde hoc Lucani:*

— quod nolles stare subictu

Fortunæ, quo mundus erat Romanaq; fata,
Coniux sola fuit.

Ad Pompeium dicit, qui solam Corneliam extra bella habuit.

EPIST. LXXIII. I. CONTVMACES ESSE AC REFRACTARIOS.] *Crebra obiectio in Stoicos, propter magnitudinem sermonis atque animi, & quia terribilia calcabant. Epicæterus IV. Dissert. cap. VII. At ista verba contemptores legum efficiunt. Quæ verò verba legibus obedientiores reddunt? Lex non est, quæ fertur à stultis. & tamen vide quo-*

modo ad illa etiam se aptent & efficiant paratos. *Plura lege: & apud me, si lubet, Manuduct. I. Dissert. XV.*

2. QUIBVS AD PROPOSITVM BENE VIVENDI ADITVM.] *Libri scripti serè, quibus altum ad propositum bene viuendi confert: meus & quidam, quibus alterum. Quod probem. nam primum aditum confert cuique voluntas sua, & studium, alterum hæc publica securitas, quia datur & licet.*

3. IN MEDIO POSITI.] *Non seducti, & à turbâ remoti, ut philosophi.*

4. MVLTÀ ET IMPVTANT.] *Quia officia & ministeria Principibus exhibent, qui in actu. Nihil inscribere possunt otiosi.*

5. ADICE NVNC, QVOD.] *His similia aut gemina vide II. De Benef. cap. XXVII. & III. De Irâ, cap. XXX. & XXXI.*

6. INCIPIT SEMPER A FINE.] *Finis vnus, est initium alterius. Hoc cupitum habeo? aliud cupio, & sit series infinita.*

7. GRA-

curiam, & forum, & omnem administrationem reip. ut ad ampliora secederet, diligit A
 eos per quos hoc ei facere tutò licet, solusque illis⁷ gratuitum testimonium reddit, &
 magnam rem⁸ nescientibus debet. Quemadmodum præceptores suos veneratur ac
 suspicit, quorum beneficio⁹ illis se vitis exiit: sic & his, sub quorum tutelâ positus
 exercet artes bonas. Verùm alios quoque rex viribus suis protegit. quis negat? Sed quem-
 admodum Neptuno plus debere se iudicat, ex his qui eadem tranquillitate vsi sunt, qui
 plura & pretiosiora illo mari vexit: & animosius à mercatore, quàm à vectore soluitur
 votum; & ex ipsis mercatoribus effusius gratus est, qui odores ac purpuras & auto pen-
 sanda portabat, quàm qui vilissima quæque & faburræ loco futura congesserat: sic hu-
 ius pacis beneficium ad omnes pertinentis, altiùs ad eos peruenit, qui illâ benè vtuntur.
 Multi enim sunt ex his togatis, quibus pax operosior bello est. An idem existimas pro
 pace debere eos, qui illam ebrietati aut libidini impendunt, aut aliis vitiis, quæ vel bel-
 lo rumpenda sunt? nisi fortè tam iniquum putas esse sapientem, ut nihil vitium se de-
 bere pro communibus bonis iudicet. Soli lunæque plurimum debeo: & non vni mihi B
 oriuntur. anno, temperantiq; annum Deo, priuatim obligatus sum: quamuis non in
 meum honorem descripta sunt.¹⁰ Stulta auaritia mortalium possessionem proprietate
 temque discernit, nec quidquam suum credit esse, quod publicum est: at ille sapiens ni-
 hil iudicat suum magis, quàm cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim
 essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos. socium efficit, etiam quod
 ex minimâ portione commune est. Adice nunc, quòd magna & vera bona non sic di-
 uiduntur, ut exiguum in singulos cadat: ad vnumquemque tota perueniunt. Ex con-
 giario tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est: epulum &¹¹ visce-
 ratio, & si quid aliud capitur manu, discedit in partes: at hæc indiuidua bona, pax, &
 libertas, tam omnium tota, quàm singulorum sunt. Cogitat itaque sapiens, per quem
 sibi horum vsus fructusque contingat, per quem non ad arma illum, nec ad seruandas
 vigilias, nec ad tuenda mœnia, & multiplex belli tributum publica necessitas vocet: agit-
 que gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia præcipuè, benè debere beneficia, C
 benè soluere. interdum autem solutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se
 debere ei, cuius administratione ac prouidentia contingit illi pingue otium, & arbitrium
 sui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies.

O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit.

Namque erit ille mihi semper Deus. —

Si illa quoque otia multum auctori suo debent, quorum munus hoc maximum est:

Ille meas errare bonas (ut cernis) & ipsum

Ludere que vellem, calamo permisit agresti:

quanti æstimamus hoc otium, quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico, Lucili,
 & te in cælum compendiario voco. Solebat Sextius dicere,¹² *Iouem plus non posse quàm*
bonum virum. Plura Iupiter habet, quæ præstet hominibus: sed inter duos bonos non est
 melior, qui locupletior. non magis, quàm inter duos, quibus par scientia regendi guber-
 naculum est, meliorem dixeris, cui maius speciosiusque nauigium est. Iupiter quo an-
 tecedit virum bonum? diutiùs bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quòd vit- D
 tutes

7. GRATUITVM TESTIMONIUM.] *Mercede aliâ, aut priuato beneficio, non emptum.*

8. NESCIENTIBVS DE BET.] *Quia nec sciunt Principes, aut intendunt, illi se hoc præstare.*

9. ILLIS SE VITIIS EXIIT.] *Mureti est: è libris facias, illis inuius exiit. Nam stulti semper extra viam, & errabundi: in recto & alio Sapiens, Displicere vnde queat alios, passimq; videre Errare, atq; viam palantes quærere vitæ.*

10. STULTA AVARITIA MORTALIVM.] *Spe- ciant ad Paradoxum illud, Omnia sapientis esse: de*

quo nos Manuduct. III. Dissert. XI.

11. VISCERATIO.] *Epist. XIX. Sine amico visceratio, leonis ac lupi vita est. Sed ibi de priuata visceratione, cum ex sacrificio, aut tali causa, caro vberior, nec soli absumeda. Hic de publicâ, cum Princeps aut magistratus daret. In epulis autem & sacrificiis publicis etiam caro & talia, partibus distribu- ta: quod Plutarichus argumentum prisca frugalitatis habet, Quæst. Coniual. II. cap. vlt.*

12. IOVEM PLUS NON POSSE.] *Vana, riden- da. Vide hæc omnia in Manuduct. III. Dissertat. XIII.*

A tutes eius spatio breuiore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus, qui senior decessit, non est beator eo, cuius intra pauciores annos terminata virtus est: sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiam si vincit aetate. non est virtus maior, quæ longior. Iupiter omnia habet: sed nempe aliis tradidit habenda. ad ipsum hic vnus vsus pertinet, quod vtendi etiam omnibus causa est: sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt, contemnitque, quam Iupiter. & hoc se magis suspicit, quod Iupiter vt illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque Sextio, monstranti pulcherrimum iter, & clamanti, *Hac itur ad astra*: hac, secundum frugalitatem; hac, secundum temperantiam; hac, secundum fortitudinem. Non sunt dii fastidiosi, non inuidi: admittunt, & ascendentibus manum porrigunt. Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit, imò (quod propius est) ¹³ in homines venit. Nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt. quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta sunt surgunt: si malus, non aliter quam **B** humus sterilis ac palustris, necat, ac deinde ¹⁴ creat purgamenta pro frugibus.

EPIST. LXXIV.

O PULCHRA, ô honesta Epistola! & de ipso Honesto, vnum illud re Bonum esse: cetera, opinione. Qui tunc, qui securè volet viuere, sic sentiat. Quid etiam? securum in omnia fortuna promptum habeat, Deum sequi. Obiectiunculis quibusdam deinde respondet: postremò, vitam beatam, vt circulum esse; in paruo, in magno, perfectam: nihil addi, nihil detrabi ab Externis. Iterandum est, ô pulchra, ô honesta! qui mentem talem habes, frueri.

EPISTOLA tua delectauit me, & marcentem excitauit: ¹ memoriam quoque meam, quæ iam mihi segnis ac lenta est, euocauit. Quid ni tu, mi Lucili, maximum putes instrumentum beatæ vitæ hanc persuasionem, ² vnum bonum esse, quod honestum est? Qui omne bonum honesto circumscripsit, ³ intra se felix est. nam qui alia bona iudicat, in fortunæ venit potestatem, alieni arbitrij fit. Hic amissis liberis mestus, hic sollicitus ægris, hic turpibus & aliquam passis infamiam tristis. Illum videbis alienæ vxoris amore cruciari, ⁴ illum fug. Non deerit, quem repulsa distorqueat: erunt, quos honor ipse vexet. Illa verò maxima est ex omni mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagitat, vndique impendens. ⁵ nihil enim est, vnde non subeat. Itaque vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix: nisi hic timor è pectore eiectus est, palpitantibus præcordiis viuunt. Occurrent acti in exilium, & euoluti bonis: occurrent (quod genus egestatis grauissimum est) ⁶ in diuitiis inopes: occurrent naufragi, similiaue naufragis passi, quos aut ⁷ popularis ira, aut inuidia, perniciosum optimis telum, inopi-

D 13. IN HOMINES VENIT.] Nam recta Ratio in nobis, vt volunt, ipsa eius pars est.

14. CREAT PURGAMENTA.] Quidam scripti, curat: bono item sensu. Cum enim bonus cultor curare & educare fruges debeat, iste curam purgamentis impendit, id est paleas, & stipulas (res externas) habet pro frugibus.

EPIST. LXXIV. I. MEMORIAM QUOQUE MEAM.] Ergo, illud fuit, quod supra epist. LXXII. querebatur, & negabat se memoriam retentasse. Vide initium.

2. VNVM BONVM, QUOD HONESTVM.] Est cerè maximum instrumentum, & radix (vt ego appellauit) omnium decretorum. Vide Manuduct. II. Dissert. XX.

3. INTRA SE FELIX.] Caput primum Epicteti, in Pugillari: Τὸν ὄντων τὰ ἰδίᾳ ἐστὶν ἡμῶν, τὰ δὲ ὄντων ἐστὶν ἡμῶν: Quæ sunt, alia in Nobis, alia non in Nobis: & addit, illa in potestate nostrâ esse, libera, & liberum efficere, id est Beatum. Beatitas igitur intrâ, nec extrâ querenda est.

4. ILLVM SVÆ.] Nimio aut suspicioso (quod adhaeret) amore. Mecenas aliquis in hac sorte.

5. NIHIL ENIM EST, VNDE.] Vbiq; mors est. ab homine, fera, domo, tegulâ, arbore, aquâ, vento, aurâ: & quid excipiam? non ipsum te, qui eam times. Potes & manus tibi adferre.

6. IN DIVITIIS INOPES.] Avari.

7. POPVLARIS IRA.] Dic verum Seneca, & pro tuo auro: Principis ira, aut odium.

inopinantes securosque dificit, procellæ more, quæ in ipsâ sereni fiducia solet emergere, aut ⁸ fulminis subiti, ad cuius ictum etiam vicina tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstupuit: sic in his per aliquam vim accidentibus, vnum calamitas opprimit, ceteros metus: paremque passus ⁹ tristitiam facit, pati posse. Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant. Quemadmodum aues, etiam inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse, qui huic se opinioni credidit. non enim beatum est, nisi quod intrepidum, inter suspecta malè viuatur. Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit: vna hæc via est ad tuta vadenti, & externa despiciere, & honesto contentum esse. Nam qui aliquid virtute melius putat, aut vllum præter illam bonum, ad hæc quæ a fortunâ sparguntur sinum expandit, & sollicitus ¹⁰ missilia eius exspectat. Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium cæcum honores, diuitias, gratiam excute: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infidâ societate diuisa, alia magno detrimento eorum, in quos deueniant, presa: ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt, quædam quia nimis captabantur, amissa, & dum auide rapiuntur, excussa sunt. Nulli verò, etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in postero. Itaque ¹¹ prudentissimus quisque, cum primùm induci videt munuscula, à theatro fugit, & scit magno parua constare. Nemo manum conferit cum excedente: nemo exeuntem ferit: circa præmium rixa est. Idem in his euenit, quæ fortuna desuper iactat. æstiuamus miseri, dstringimur, multas habere cupimus manus: modò in hunc, modò in illum respicimus: nimis tardè nobis mitti videntur, quæ cupiditates nostras irritant, ad paucos peruentura, exspectata omnibus. Ire obuiam cadentibus cupimus: gaudemus si quid inuasimus: inuidetque alij, quos spes vana delusit: vilem prædam magno aliquo incommodo luimus, ¹² aut inde fallimur. Secedamus itaque ab istis ludis, & demus raptoribus locum. Illi spectent bona ista pendencia, & ipsi magis pendeant. Quicumque beatus esse constituit, vnum esse bonum putet, quod honestum est. Nam si vllum aliud existimat, primùm malè de prouidentia indicat: quia multa incommoda iustis viris accidunt: & quia quidquid nobis dedit, breue est & exiguum, si compares mundi totius æuo. Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati diuinorum interpretes simus. querimus, quòd non semper, & quòd pauca nobis, & incerta, & abitura contingant. Inde est quòd nec viuere, nec mori volumus. vitæ nos odium tenet, timor mortis: Nutat omne consilium, nec implere nos vlla felicitas potest. Causa autem est, quòd non peruenimus ad illud bonum immensum & insuperabile, ubi necesse est resistat voluntas nostra, quia ultra summum non est locus. Quæris, quare virtus nullo egeat præsentibus gaudet, non concupiscit absentia: nihil non illi magnum est, quia satis. Ab hoc discede iudicio: non pietas constabit, non fides: multa vtramque præstare cupienti patienda sunt, ex his quæ mala appellantur: multa impendenda sunt ex his, quibus indulgemus tamquam bonis. Perit fortitudo, quæ periculum facere debet sui: perit magnanimitas, quæ non potest eminere, nisi omnia velut minuta contempserit, quæ pro maximis vulgus optat: perit gratia, & ¹³ relatio gratiæ æstimatur labor, si quidquam pretiosius fide nouimus, si non optima spectamus. Sed ut illa præteream, aut ista bona non sunt quæ vocantur, aut homo felicior Deo est. quoniam quidem quæ parata nobis sunt,

8. FULMINIS SVBITI.] *Similis comparatio, & sententia, in De Clement. l. cap. viii.*

9. TRISTITIAM FACIT, PATI POSSE.] *Ocultia, & verat Nihil in tyrannide magis angit, quam quod ab exemplo timemus: & in vno læso, lædi posse videmur, & suspicamur.*

10. MISSILIA EIVS EXSPECTAT.] *A ludis sumptum, in quibus tesserae spargi donorum indices, aut ipsa etiam dona solent. Quia ex alto mittebantur in sorte capientes, Missilia dicta.*

11. PRVDENTISSIMVS QV IS QVE.] *Plebs enim hæc oblectamenta, aut capture: honestiores spernebant.*

12. AVT INDE FALLIMVR.] *Corruptum. Fortassis, auiditate fallimur: aut, auidique.*

13. RELATIO GRATIÆ ÆSTIMATVR.] *Cum Crutero meo libens sic distinxit, & scripsit: esth ex meo facias, relatio gratiæ existimatur tibi. Illud melius, veriusque.*

A sunt, non habet in usu Deus: nec enim libido ad illum, nec epularum lauitia, nec opes, nec quidquam ex his hominem inescantibus, & vili voluptate ducentibus, pertinet. Ergo aut, quod incredibile est, bona Deo desunt; aut hoc ipsum argumentum est, bona non esse, quæ Deo desunt. Adiciæ, quod multa quæ bona videri volunt, animalibus quàm homini illis pleniora contingunt. Illa cibo avidius vtuntur: Venere non æquè fatigantur: vitium illis maior est & æquabilior firmitas. sequitur vt multò feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt; fruuntur voluptatibus, quas & magis capiunt, & ex facili, sine vllò pudoris aut pœnitentiæ metu. Considera tu itaque, an id bonum vocandum sit, quo Deus ab homine vincitur. Summum bonum in animo constitutum. obsolescit, si ab optimâ nostri parte ad pessimam transit, & transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostræ in carne ponenda. Bona illa sunt vera, quæ ratio dat: solida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrefcere quidem aut minui. cetera opinione bona sunt: & nomen quidem habent

B commune cum veris, proprietas in illis boni non est. Itaque ¹⁴ commoda vocentur, & (vt nostrâ linguâ loquar) producta: ceterum sciamus mancipia nostra esse, non partes; & sint apud nos, sed ita vt meminerimus extra nos esse. Etiam si apud nos sint, inter subiecta & humilia numerentur, propter quæ nemo se attollere debeat. quid enim stultius, quàm aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non hæreant: vt si abducantur, sine vllâ nostri laceratione discedant. Vtatur illis, non gloriemur: & vtatur parçè, tanquam depositis apud nos, & abituris. Quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit. ipsa enim felicitas se nisi temperat, premit: si fugacissimis bonis credidit, citò deseritur; & ¹⁵ vt non deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem molliter licuit: ceteri, cum his inter quæ eminuere, labuntur, & illos degrauiant ipsa quæ extulerant. Ideò adhibebitur prudentia, quæ modum illis ac parsimoniam imponat. quoniam quidem licentia opes suas præcipitat, atque vrget: nec vniquam immodica durauerunt, nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc multarum tibi vrbium ostendet euentus, quarum in ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt, & quidquid virtute erat partum, intemperantiâ corruit. Aduersus hos casus muniendi sumus. nullus autem contra fortunam inexpugnabilis murus est: intus instruamur. Si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi non potest. Quod sit hoc instrumentum, scire desideras? nihil indignetur sibi accidere, sciatque illa ipsa quibus lædi videtur, ad conseruationem vniuersi pertinere, & ex his esse, quæ cursum mundi officiumque consummant.

C ¹⁶ Placeat homini, quidquid Deo placuit: ob hoc seipsum suaque miretur, quod non potest vinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod ratione, quâ valentius nihil est, casum doloremque & iniuriam subigit. Ama rationem: huius te amor contra durissima armabit. Carulorum amor in venabula impingit feras, quas feritas & inconsultus imperus præstat indomitas: iuuenilia nonnumquam ingenia cupido gloriæ in contemptum tam ferri, quàm ignium, misit: species quosdam, atque vmbra virtutis, in mortem voluntariam trudit: quanto his omnibus fortior ratio est, quanto constantior, tanto vehementior per metus ipsos & pericula exhibit. Nihil agitis, inquit, quod negatis vllum esse aliud ab honesto bonum. non faciet vos hæc munitio tutos à fortunâ, & immunos. Dicitis enim inter bona esse liberos pios, & benè moratam patriam, & parentes bonos; horum pericula non potestis spectare securi; perturbabit vos obsidio patriæ, liberorum mors, parentum seruitus. Quid aduersus hos pro nobis responderi soleat, ponam: deinde tunc adiciam, quid præterea respondendum putem. Alia conditio est in his, quæ ablata in locum suum aliquid incommodi substituunt: tamquam bona valetudo vitiata, in malam transfertur: acies oculorum extincta, cæcitate nos afficit: non tantum velocitas perit

D

14. COMMODA VOCENTVR.] Quia aliquid commodant: Græcis ἐπιχρησά. Vide me diffuse Manud. l. III. Diss. XXII.

15. VT NON DESERATUR, AFFLIGITVR.] Id est, si mancant opes & potentia, cadunt super ipsum,

& deliciunt. Tacitus: Potentia, quæ nimia, postremo ruit super ipsum.

16. PLACEAT HOMINI.] Vide paria Manud. II. Dissert. XVI. Hic enim finis hominis, Naturam id est Deum sequi.

perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illâ subit. Hoc periculum non est in his, quæ paullo antè retulimus. quare? si amicum bonum amisi, non est mihi pro illo perfidia patienda: nec si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas succedit. Deinde non amicorum ille aut liberorum interitus, sed corporum est. Bonum autem viro modo perit, si in malum transit, quod natura non patitur: quia omnis virtus & opus omne virtutis incorruptum manet. Deinde, etiam si amici perierunt, etiam si probati respondentisque voto patris liberi: est quod illorum expleat locum. Quid sit, quæris? quod illos bonos fecerat, virtus. Hæc nihil vacare patitur loci: totum animum tenet, desiderium omnium tollit: sola satis est. Omnium enim bonorum vis & origo in ipsâ est. Quid refert, an aqua decurrens intercipiatur atque abeat, si fons ex quo fluxerat, saluus est? Non dices vitam iustiorum saluis liberis, quàm amissis, nec ordinatiorum, nec prudentiorum, nec honestiorum: ergo nec meliorem quidem. Non facit collectio amicorum sapientiorum, non facit stultiorum detractio: ergo nec beatiorum, aut miseriorum. quamdiu salua fuerit virtus, non senties quid abscesserit. Quid ergo? non est beatorum & amicorum & liberorum turbâ succinctus? Quid ni non sit? Summum enim bonum nec infringitur, nec augetur: in suo modo permanet: utcumque fortuna se gessit, siue illi senectus longa contigit, siue citra senectutem finitus est, eadem mensura summi boni est, quamvis ætatis diuersa sit. Vtrum maiorem an minorem circulum scribas, ad spatium eius pertinet, non ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris, & in eum in quo scriptus est ¹⁷ puluerem solueris, in eadem uterque formâ fuit. Quod rectum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore: non magis produci, quàm contrahi potest. ¹⁸ Honestam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe, & in vnum diem coge: æquè honesta est. modò latius virtus funditur, regna, vrbes, prouincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia: modò arcto sine circumdatur paupertatis, ex filij, orbitatis: non tamen minor est, si ex altiore fastigio in priuatum, ex regio in humilem subducitur, ex publico & spatiofo iure in angustias domus vel anguli coit. Æquè magna est, etiam si in se recessit, vndique exclusa. nihilominus enim magni spiritus est & erecti, exactæ prudentiæ, indeclinabilis iustitiæ. Ergo æquè beata est. beatum enim illud in vno loco positum est, in ipsâ mente, stabile, grande, tranquillum: quod sine scientiâ diuinorum humanorumque non potest effici. Sequitur illud, quod me responsurum esse dicebam: Non affligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum. eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat. non magis hanc timeret, quàm illam dolet. ¹⁹ Virtus enim conuenientiâ constat: omnia opera eius cum ipsâ concordant, & congruunt: hæc concordia perit, si animus, quem excelsum oportet esse, luctu aut desiderio submittitur. Inhonestam est omnis trepidatio & sollicitudo, & in vno actu pigritia. Honestum enim securum & expeditum est, interritum est, in procinctu stat. Quid ergo? non aliquid ²⁰ perturbationi simile patietur? non & color eius mutabitur, & vultus agitabitur, & artus refrigerent? & quidquid aliud, non ex imperio animi, sed inconsulto quodam naturæ impetu geritur? Fateor: sed permanebit illi persuasio eadem: nihil illorum malum esse, nec dignum, ad quod mens sana deficiat. Omnia quæ facienda erunt, audacter facit & promptè. Hoc enim stultitiæ proprium quis non dixerit, ignauè & contumaciter facere quæ facit, & aliò corpus impellere, aliò animum, distra-

17. PVLVEREM SOLVERIS.] *Mathematici veteres, non eret: in tabulâ, vt hodie, sed radio in puluere scribebant: atque inde Ciceroni, puluis eruditus. Persius:*

Nec qui abaco numeros, & secto in puluere metas

Scit risisse vaser.

Vbi Scholiastes: Geometræ consueti sunt in abaco, radio, id est aliquo stilo formas aliquas & mēsuras in summo terræ annotare. Benè de Abaco.

nam hanc mensulam, siue tabulam habebant, in quâ puluerem spargerent atque adæquarent.

18. HONESTAM VITAM.] *Totum hoc argumenti pertractauit Manud. III. Diss. 11.*

19. VIRTUS ENIM CONVENIENTIA CONSTAT.] *Exprimit Zenonis illam ὁμοιογενίαν, de quâ Manud. II. Dissert. XV.*

20. PERTURBATIONI SIMILE PATIETUR?] *Vide epist. LVII.*

A hique inter diuersissimos motus? Iam propter illa ipsa, quibus extollit se miraturque, contempta est, & ne illa quidem quibus gloriatur, libenter facit. Si verò aliquod timeatur malum, eo perinde, dum expectatur, quasi venisset vrgetur: & quidquid ne patiatur timet, iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa precurrunt: quedam enim segnitia neruis inest, & sine labore villo lassitudo & oscitatio & horror membra percurrentis: sic infirmus animus, multo antequam opprimatur malis, quatitur. præsumit illa, & ante tempus cadit. Quid dementius autem, quàm angere futuris, nec se tormento referuare, sed accersere sibi miseras, & admouere: quas optimum est differre, si discutere non possis? Vis scire, futuro neminem debere torqueri: quicumque audierit post quinquagesimum annum sibi patienda supplicia, non perturbatur, nisi si medium spatium transilierit, & se ²¹ in illam sæculo post futuram sollicitudinem immiserit. Eodem modo fit, vt animos libenter ægros, & captantes causas doloris, vetera atque obliterata contristent. & quæ præterierunt, & quæ futura sunt, absunt: neutra **B** sentimus. non est autem, nisi ex eo quod sentias, dolor.

EPIST. LXXV.

PHILOSOPHIAM *verba non captare, nec tamen ingenio aut eloquio renunciare. Præcipuum est, sit vita vt sermo. Deinde, tentemus progredi: quoniam per gradus ascenditur, & sunt tres Proficientium classes.*

MINVS tibi accuratas à me epistolas mitti quereris. quis enim accuratè loquitur, nisi qui vult putidè loqui? Qualis sermo meus esset, si vnà sederemus, aut ambularem, illaboratus & facilis: tales esse epistolas meas volo, quæ nihil habeant accersitum, nec fictum. Si fieri posset, quid sentiam, ostendere quàm loqui mallet. Etiam **C** si disputarem, nec supplerem pedem, nec manum iactarem, nec attollerem vocem: sed ista oratoribus reliquissem, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornassem, nec abiecissem. hoc vnum planè tibi approbare vellem, omnia me illa sentire quæ dicerem: nec tantum sentire, sed amare. Aliter homines amicam, aliter liberos osculantur: tamen in hoc quoque amplexu tam sancto & moderato, satis apparet affectus. Non mehercules iciuna esse & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur: neque enim philosophia ¹ ingenio renunciat: multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Hæc sit propositi nostri summa: quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus. Concordet sermo cum vitâ. ille promissum suum impleuit, qui & cum videas illum, & cum audias, idem est. Videbimus qualis sit, quantus: ² vnus sit. Non delectent verba nostra, sed profint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito potest, aut si parata est, aut paruo constat, assit, & res pulcherrimas prosequatur. Sit talis, vt res potiùs quàm se ostendat. Aliæ artes, ad ingenium totæ pertinent: hîc animi negotium agitur. **D** Non querit æger medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, vt idem ille qui sanare potest, comptè de his quæ faciendæ sunt disserat, boni consulet: non tamen erit, quare gratuletur sibi, quòd incidit in medicum etiam disertum. hoc enim tale est, quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scalpis? quid oblectas? aliud agitur. vrendus, secandus, abstinentus sum. Ad hæc adhibitus es: curare debes morbum veterem, grauem, publicum. Tantum negotij habes, quantum in pestilentia medicus: circa verba occupatus es? iam dudum gaude, si sufficis rebus. Quando multa **disces?**

21. IN ILLAM SÆCVLO POST FUTURAM.] Ergo Sæculum hîc pro anno trigesimo circiter, si vera lectio de quinquagesimo anno.

Quidam, ingeniorum velut gelu renunciat. Quid fuerit, non educo.

EPIST. LXXV. I. INGENIO RENUNCIAT.] *Mens, ingeniorum velud renunciat.*

2. VNUS SIT.] *Conuenientia sit in vitâ. Epist. cxx. Magnam rem puta, vnum hominem agere. Vide ibi.*

disces? quando quæ didiceris affiges tibi, ita ut excidere non possint? quando illa expe-
 rieris? Non enim ut cetera memoriae tradidisse satis est: in opere tentanda sunt. Non
 est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? ³ infra illum nulli gradus sunt? statim
⁴ ad sapientiam præceps est? Non exitimo. Nam qui proficit, in numero quidem stul-
 torum est, magno tamen interuallo ab illis diducitur: inter ipsos quoque proficientes,
 sunt magna discrimina. ⁵ In tres classes (ut quibusdam placet) diuiduntur: ⁶ primi
 sunt, qui sapientiam nondum habent, sed iam in viciniâ eius constiterunt. tamen etiam
 quod propè est, extra est. Qui sint hi, quæris? qui omnes iam affectus ac vitia posuerunt:
 quæ erant complectenda, didicerunt: sed illis adhuc inexperta fiducia est. bonum suum
 nondum in usu habent. Iam tamen in illa quæ fugerunt, recidere non possunt: iam ibi
 sunt, unde non est retrò lapsus: sed hoc illis de se nondum liquet, & quod in quadam
 epistolâ scripsisse me memini, scire se nesciunt. Iam contigit illis bono suo frui, non-
 dum confidere. Quidam hoc proficientium genus, de quo locutus sum, ita comple-
 ctuntur, ut illos dicant iam effugisse morbos animi, affectus nondum, & adhuc in lu-
 brico stare quia nemo sit extra periculum malitiæ, nisi qui totam eam excussit. nemo
 autem illam excussit, nisi qui pro illâ sapientiam assumpsit. Quid ⁷ inter morbos ani-
 mi interfit & affectus, sæpe iam dixi: nunc quoque te admonebo. Morbi sunt inueterata
 vitia, & dura: ut auaritia, ut ambitio nimia: postquam hæc animum implicuerunt, &
 perpetua esse mala eius cœperunt. Ut breuiter finiam, morbus est iudicium in prauo per-
 tinax, tamquam valdè expetenda sint, quæ leuiter expetenda sunt. vel, si mauis, ita finia-
 mus: ⁸ Nimis imminere leuiter petendis, vel ex toto non petendis, aut in magno pretio
 habere in aliquo habenda, vel in nullo. Affectus sunt, motus animi improbables, subiti
 & concitati: qui frequentes neglectique, fecere morbum. sicut distillatio vna, nec ad-
 huc in morem adducta, rursim facit; assidua & vetus, phthisin. Itaque qui plurimum
 profecere, extra morbos sunt: affectus adhuc sentiunt, perfecto proximi. Secundum
 genus est eorum, qui & maxima animi mala & affectus deposuerunt, sed ita ut non sit
 illis securitatis suæ certa possessio: possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus
 extra multa & magna vitia est, sed non extra omnia. effugit auaritiam; sed iram adhuc
 sentit. iam non sollicitatur libidine; sed habet etiamnum ambitionem. iam non concu-
 piscit; sed adhuc timet. & in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam cedit:
 mortem contemnit, dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: benè nobis-
 cum ageatur, si in hunc admittimur numerum. Magnâ felicitate naturæ, magnaque &
 assiduâ intentione studij, secundus occupatur gradus: sed nec hic quidem contemnen-
 dus est color tertius. Cogita, quantum circa te videas malorum: adspice, quàm nullum
 sit nefas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quantum publicè priua-
 timque peccetur: intelliges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus. Ego verò,
 inquis,

3. INFRA ILLVM.] Qui nempe scit & facit: id est, verè sapientem.

4. AD SAPIENTIAM.] Placeat cum quibusdam libris, à sapientiâ præceps: quod interpretor, Quid igitur? præcipitium est statim ab illâ sapientiâ? non est discrimen inter vicinos, & longinquos?

5. IN TRES CLASSES.] Nos in Manuduct. II. Dissert. I X.

6. PRIMI SVNT, QVI SAPIENTIAM.] Hos Chrysippi verbis describi video, apud Stobeum Serm. CI. Ο δ' ἐπὶ ἀριαν περιόριον, ἀπαντα πάντως ἀποδίδωσι τὰ καθήκοντα, καὶ ἐδὲν ὡς εὐλαίπτερος τὸν δὲ τούτου βίον ἀνέβησι πω φρονεῖν ἐν αἰμοῖνα, ἀλλ' ὅτι γίγνεται ἡμετέρας τῆν ἐνδ αἰμοῖνα, ὅταν αἱ μάταια φρά-
 ζεις αὐταὶ περιλαβῶσι τὸ βέβαιον καὶ ἔκτερον, καὶ ἰδίαν πῆξιν τῆν λαβῶσι: Qui in summo est Pro-
 ficiens, omnia omnino officia præstat, nihilque omittit. Tamen huius vitam ait (Chrysippus, aut Zeno) nondum beatam esse, sed superuenire Bea-

titudinem & accedere, cum mediæ istæ actiones constantiam, & habitum, & firmum fixumque aliquid fuerint natae. Facium planè ad ista Seneca, & meis illis in Manuductione licet iungas.

7. INTER MORBOS ANIMI.] Cicero sæpe confundit, & Morbos etiam Affectus vocat: sed nostri disparant, & ipse ex eorum & Chrysippi (nominat enim) sensu, I V. Tusculanâ: Intelligatur igitur, Perturbationem (Seneca, Affectum) iactantibus se opinionibus incòstanter & turbide, in motu esse semper: cum autem hic feruor concitatioque animi inueterauerit, & tamquam in venis medullisque insederit, tum existit & Morbus.

8. NIMIS IMMINERE LEVITER PETENDIS.] Similis finitio in Laërtio, Νόσθηνα, ἐστὶν οἰσὶς σφοδρὰ δ' οὐοῦντος αἰσπετῆ: Agrotatio, est opinatio rei valdè expetendæ. Etsi ille à Morbo etiam sine Apposiuatos distinguit, Seneca hic neglectum. Nos in Ethicis videbimus.

9. TAM

A inquis, spero me posse & amplioris ordinis fieri. Optauerim hoc nobis magis, quam promiserim. praecipue sumus: ad virtutem contendimus, inter vitia districti: pudet dicere, honesta colimus quantum vacat. At quam grande praemium nos expectat, si occupationes nostras, & mala tenacissima, abrupimus? Non cupiditas nos, non timor pellet: inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus, nec deos: sciemus mortem malum non esse, deos malos non esse. ⁹ Tam imbecillum est, quod nocet, quam cui nocetur: optima vi noxia carent. Expectant nos, si ex hac aliquando faece in illud euadimus subline & excelsum, tranquillitas animi, & expulsis erroribus absoluta libertas. Quæris, quæ sit ista? non homines timere, non deos: nec turpia velle, nec nimia: in seipsum habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est, suum fieri.

EPIST. LXXVI

B

PHILOSOPHVM se audire, & scholam adire. Conqueritur de hominum incuria vel ignavia, qui alia discunt, philosophari negligunt. Ne tu sic, o Lucili. propera, & Bonum discere: quod Bonum? vnum illud Honestum. Et iterum argumentis euincit, tale esse; alia non esse. Laudabilis & sapiens Epistola.

INIMICITIAS mihi denuncias, si quidquam ex his quæ quotidie facio, ignoraueris. Vide quam simpliciter tecum viam: hoc quoque tibi committam. Philosophum audio, & quidem quintum iam diem habeo, ex quo in scholam eo, & ab octaua disputantem audio. ¹ Bonâ, inquis, ætate. Quid ni bonâ? quid autem stultius, quam quia diu non didiceris, non discere? Quid ergo? idem faciam, ² quod trossuli & iuuenes? Bene mecum agitur, si hoc vnum ³ senectutem meam dedecet. Omnis ætatis homines hæc schola admitit: in hac senescamus, ⁴ hanc ut iuuenes sequamur. In theatrum senex ibo, & in circum deferar, & nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam? Tam diu discendum est, quam diu nescias, & si proverbio credimus, ⁵ quam diu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quam huic: tam diu discendum est quemadmodum viuas, quam diu viuis. Ego tamen hinc aliquid & doceo. Quæris quid doceam? etiam seni esse discendum. Pudet autem me generis humani. Quoties scholam intraui (præter ipsum theatrum Neapolitanorum (ut scis) transeundum est, Metronactis petentibus domum) ⁶ illud quidem, factum est: & hoc ingenti studio, quis sit ⁷ pithavles bonus, iudicatur. Habet tibicen quoque Græcus & præco concursum: at in

9. TAM IMBECILLVM EST QVOD NOCET.] Timere enim videtur. ideoj, vel cauere, vel vlcisci.

D EPIST. LXXVI. 1. BONA, INQVIS, ÆTATE.] Ridetis verba. & iuuenis scilicet discis.

2. QVOD TROSSVLI.] Equites. in quo ordine tunc quia plerique iuuenes, & erandiores ad Latum clauum statim veniebant, factum, ut & pro iuuenibus caperentur. Vide me 11. Elector. cap. 1. Virtut iterum Seneca, epist. LXXXVII.

3. SENECTVTEM MEAM DEDECET.] Sim sanè senex Scholasticus, & videar: sicut & in proverbio erat, Mittatur senex in scholam. Vtinam non alia in me dedecora!

4. HANC, VT IYVENES, SEQVAMVR.] Scriptus abest omnibus illud, hanc: nec scio an Latine satis. Sequi scholam. Ex libris igitur argutius legam: in hac senescamus, ut iuuenescamus. Senescamus in istâ Sapiencie scholâ, ut alios animos, si non annos, sumamus, & in meliorem statum renouemur.

5. QVAMDIV VIVAS.] Plato in Amatoribus: Τί ἄν εἴη φιλοσοφῆσαι; τί δ' ἄλλο γέ, ἢ καὶ τὸν Σόλωνα; Σόλων γὰρ σου εἶπε:

Ἡράκλειος δ' αἰεὶ πολλὰ δ' ἰδασκιδύρος. Καὶ ἐμοὶ δοκεῖ αἰεὶ ἕστω γρηναί, ἐν γὰρ τι μὲν δάειν τὸν μέλλοντα φιλοσοφῆσιν, καὶ νεώτερον ὄντα καὶ ἄριστότερον. Quid igitur est philosophari? Quid aliud, nisi illud Solonis? qui dixit,

Affiduè addiscens ad senium venio. Et mihi sic decere videtur, eum, qui philosophus est futurus, aliquid semper discere, & iuuenem existentem & senem. Talia in Lachete idem, & alibi: nos in Manud. 1. Dissert. 1.

6. ILLVD QVIDEM FRACTVM EST.] Plenum, stipatum.

7. PITHAVLES BONVS.] Ita Græcis, qui dolio sine cado canit. Ngm & id genus inflatur modulâ, sicut Vitis. Qui autem istum, Ascaulæ Græcis, nobis Vtricularij dicij.

at in illo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent: & hi plerisque videntur nihil boni negotij habere, quod agant: inepti & inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. æquo animo audienda sunt imperitorum conuicia: & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus. Perge, Lucili, & propera, ne tibi accidat quod mihi, vt senex discas: imò ideò magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod perdiscere vix senex possis. Quantum, inquis, proficiam? ⁸ quantum tentaueris. Quid expectas? nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet vltro, honor offeretur, gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi: virtus in te non incidet, ne leui quidem operâ aut paruo labore ⁹ cognoscitur: sed est tanti laborare, omnia bona semel occupaturo. Vnum enim est bonum, quod honestum: in illis nihil inuenies veri, nihil certi, quæcumque famæ placent. Quare hoc vnum sit bonum, quod honestum, dicam: quoniam me parùm exsecutum priore epistolâ iudicas, magisque hanc rem tibi laudatam quàm probatam putas. Et vt in arctum, quæ dicta sunt, contraham: omnia suo bono constant. vitem fertilitas commendat, sapor vinum, velocitas seruum. Quare fortia dorso iumenta sint, quæris? quia ^B eorum hic vnus est vsus, sarcinam ferre. In cane sagacitas prima est, si inuestigare debet feras: cursor, si consequi: audacia, si mordere & inuadere. Id in quoque optimum est cui nascitur, quo censetur. In homine optimum quid est? Ratio: hæc antecedit animalia, ¹⁰ deos sequitur. ¹¹ Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est: cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet? & leones. formosus est? & pauones. velox est? & equi. non dico, in his omnibus vincitur. Non quæro quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet? & arbores. habet impetum & motum voluntarium? & bestia, & vermes. habet vocem? sed quanto clariorem canes, acutiorem aquile, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque lusciniæ? Quid in homine proprium? Ratio. hæc recta & consummata, felicitatem hominis impleuit. Ergo si omnis res, cum bonum suum perfecit, laudabilis est, & ad finem naturæ suæ peruenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit, laudabilis est, & finem naturæ suæ attigit. hæc ratio perfecta, virtus vocatur, eademque honestum est. Id itaque vnum bonum est in homine, quod vnum hominis est. nunc enim non quærimus quid sit bonum, sed quod ^C sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis, quàm ratio: hæc erit vnum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus, puto improbabitur: si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine proprium solumque est, quo & probatur, & improbatur. Non dubitas, an hoc sit bonum: dubitas, an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, diuitias, ¹² imagines multas, ¹³ frequens atrium, sed malus ex confesso sit: improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum quæ retuli, habeat, deficiatur pecuniâ, clientum turbâ, nobilitate, & aorum proaorumque ferie, sed ex confesso bonus sit: probabis illum. Ergo est vnum bonum hominis: quod qui habet, etiam si aliis destituitur, laudandus est: qui non habet, in omnium aliorum copiâ damnatur ac reicitur. Quæ conditio rerum, eadem & hominum est. Nauis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui ¹⁴ argenteum aut aureum rostrum est, ^D

8. QVANTVM TENTAVERIS.] Nam conatus effectus hic respondet, vt Stoicis visum: & velis esse bonus, eris.

9. COGNOSCITVR.] Discitur.

10. DEOS SEQUITVR.] Bene, atque etiam belte, quia præiit de antecessione, & nunc de sequenti. At Claudius Puteanus, inter Gallia decora, volebat, Diis æquatur: pro soliti insolentiâ Stoicorum.

11. RATIO ERGO PERFECTA.] Per doctrinam: & facta Naturam sequi. At que hic de Animalibus, & singulis suas dotes aut tela esse; Phocylides eadem,

Ὅσαλον ἐκάστω νέμει θεός, φύσιν ἡρόφοιτος
Ὀρῖσι μὲν, πολλὴν ταχύτητ' ἀλκίη τε λάσσι,

Ταύροις δ' αὐτοχύτοι κερτασι, κῆρυκα μέλισσαι
Ἐμφυτοὶ ἀλκαρὲδ' αἰετὸς δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι:
Arma animantum cuique Deus dedit. alipotententes

Æra vt penetrant; fortes celeresq; leones
Finxit, cornupetas tauros, & apes pungentes.
Sola homini Ratio telum est, munimen & vnum.

12. IMAGINES MULTAS.] Nobilitatem veterem.

13. FREQUENS ATRIUM.] Clientibus & saluatoribus plenum.

14. ARGENTEVM AVT AUREVM.] Per luxum. nam ex ære aut ferro solet, ad vsu sum.

15. TVTE-

A est, nec cuius ¹⁵ tutela e bore caelata est, nec quæ fisis ac opibus regis pressa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, & ¹⁶ consentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur: sed cui & ad secandum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula non quàm formosa, sed quàm recta sit, quaritur. Eo quodque laudatur, cui comparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum feneret, à quàm multis saluteretur, quàm pretioso incumbat lecto, quàm pellucido poculo bibat, sed quàm bonus sit: bonus autem est, si ratio explicita & recta est, & ad naturæ voluntatem accommodata. Hæc vocatur virtus: hoc est honestum, & vnicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum facit. hoc autem vnum hominis bonum est, quo vno beatus efficitur. Dicimus & illa bona esse, quæ à virtute profecta contactaque sunt, id est opera eius omnia. Sed ideò vnum ipsa bonum est, quia **B** nullum sine illâ est. Si omne in animo bonum est; quidquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est: validiorem autem animum, & excelsiorem, & ampliorem, facit virtus. nam cetera quæ cupiditates nostras irritant, deprimunt quoque animum & labefaciunt: & cum videntur attollere, inflant, ac insultâ vanitate deludunt. Ergo vnum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ, honesti ac turpis respectu, temperantur: ad hæc faciendi, & non faciendi, ratio dirigitur. Quid sit hoc, dicam. Vir bonus quod honestè se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit: faciet, etiam si damnosum erit: faciet, etiam si periculosum erit. rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam affert, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. Ab honesto nullâ re deterrebitur, ad turpia nullâ spe inuitabitur. Ergo si honestum utique secuturus est, turpe itaque vitaturus: & in omni actu vitæ spectaturus hæc duo: nullum aliud bonum quàm honestum, nec aliud malum quàm turpe. Si vna indeprauata virtus est, & sola permanet tenoris sui, vnum est bonum virtus: cui iam accidere ne sit bonum, **C** non potest. Mutationis periculum effugit sapientia. ¹⁷ Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si fortè meministi, concupita vulgo, & formidata, inconsulto impetu plerosque calcasè. inuentus est ¹⁸ qui flammis imponeret manum: ¹⁹ cuius risum non interrumpere torror: qui in funere liberorum lacrimam non mitteret: qui morti intrepidus occurreret. amor, ira, cupiditas, pericula depoposcerunt. Quod si hoc potest breuis obstinatio animi, aliquo stimulo excitata: quanto magis virtus quæ non ex impetu, nec subito, sed æqualiter valet, cui perpetuum robur est? Sequitur, ut quæ ab inconsultis sæpe contemnuntur, à sapientibus semper, ea nec bona sint, nec mala. Vnum ergo bonum ipsa virtus est, quæ inter hanc fortunam & illam superba incedit, cum magno vtriusque contemptu. Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse præter honestum, nulla non virtus laborabit. nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra se respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex quâ virtutes sunt; & veritati,

D

15. TUTELE EBORE CÆLATA.] Tutela dicitur, locus in prora vbi dy tuseles: siue ipse Deus Deave, sius cuique nauis tutor. Silius: Tutelaque Deum fluitant. Festus, in Europa: Aly tam à Pregonibus raptam, & naue, cuius tutela effigiem tauri habuerit, in eam regionem esse delatam. Ita hæc legenda vel ex Lactantio, qui de eadem re, lib. 1. cap. x1. Rapuisse dicitur in aquilâ catamitum. poeticus color est: sed aut per religionem (scribe, legionem) rapuit, cuius insigne Aquila est; aut nauis in quâ est impositus, tutelam habuit in aquilâ figuratam: sicut taurum figuratum, cum rapuit Europam. Satis, pro Senecâ, de Tutelâ, quæ Græcis τῶν ἀσπίδων, & Latinis etiam Insigne, quia dignoscatur eo, & navi serè nomen dabat. Tacitus vi. Annal. Nec quisquam ariete sacrificauerit,

credito Phryxum vexisse: siue id animal, seu nauis insigne fuit.

16. CONSENTIENS VENTO.] Pinciani est, & perplacet. Libri tamen, non sentiens ventum: de-terius.

17. SAPIENTIA NON ERIPITVR.] In libris hæc alia, & auctiora. Legas: periculum effugit. Stultitia ad Sapientiam eripit, Sapientia in stultitiam non reuoluitur. Sententia est, Stultos mutari posse, & paulatim (ideò Erepere) ac per gradus ad Sapientiam venire: non contrâ. Nam Stoicorum sapiens fixus in bono est.

18. QVI FLAMMIS.] Mucius Romanus.

19. CUIVS RISVM.] Seruus, qui in vindictam domini Asdrubalem interfecerat.

20. ETIAMSI

ritati, quæ sine ratione non est. quæcumque autem opinio veritati repugnat, falsa est. A Virum bonum concedas necesse est, summæ pietatis erga deos esse: itaque quidquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. sciet enim id accidisse lege diuinâ, quâ vniuersa procedunt. Quod si est, vnum illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est & parere diis, nec excandescere ad subita, nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum, & facere imperata. Si enim vllum aliud est bonum quàm honestum, sequetur nos auaritia vitæ, auaritia rerum vitam instruentium: quod est intolerabile, infinitum, vagum. Solum ergo bonum est honestum, cui modus est. Diximus, hominum futuram feliciorum vitam quàm decorum, si ea bona sunt, quorum nullus diis vsus est, tamquam pecunia & honores. Adice nunc, quod si modò solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quàm est dum mersantur in corpore. Atqui si ista bona sunt, quibus per corpora vtimur, emissis erit peius: quod contra fidem est, feliciores esse liberis, & in vniuersam datis, clausas & obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea quæ tam homini contingunt quàm mutis animalibus, & muta animalia beatam vitam actura: quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patienda sunt: quod non erat faciendum, si esset vllum aliud bonum, quàm honestum. Hæc quamuis latius exsecutus essem priore epistolâ, constrinxi, & breuiter percurri. Numquam autem vera tibi opinio talis videbitur, nisi animum alleues & te ipsum interrogas: si res exegerit, vt pro patriâ moriaris, & salutem omnium ciuium tuâ redimas, an porrecturus sis ceruicem, non tantum patienter, sed etiam libenter? Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, vt hoc habeas. Vide, quanta vis honesti sit? Pro Rep. morieris ²⁰ etiam si statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum. ²¹ interdum ex re pulcherrimâ magnum gaudium etiam tempore breui ac exiguo capitur: & quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & vir fortis & iustus cum mortis suæ prena ante se posuit, libertatem patriæ, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summâ voluptate est, & periculo suo fruitur. Sed ille quoque, cui etiam hoc gaudium ^C eripitur, quod tractatio operis maximum & vltimum præstat, nihil cunctatus desiliet in mortem, facere rectè pieque contentus. Oppone etiam nunc illi multa, quæ dehortentur. Dic, Factum tuum matura sequetur obliuio, & parum grata existimatio ciuium: respondebit tibi, Ista omnia extra opus meum sunt. ego ipsum contemplor: hoc esse honestum scio. Itaque quocumque ducit ac vocat, venio. Hoc ergo vnum bonum est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoque & indolis bonæ sentit: cetera leuia sunt, mutabilia. Itaque sollicitè possidentur, etiam si fauente fortunâ in vnum congesta sunt: dominis suis incumbunt grauiâ, & illos semper premunt, aliquando & elidunt. Nemo ex istis quos purpuratos vides, felix est, non magis quàm ex illis quibus sceptrum & chlamydem ²² in scenâ fabulæ assignant. cum præsentem populo clati inceserunt, & cothurnati; simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt. Nemo istorum, quos diuitiæ honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo ^D magnus videtur? ²³ Cum basi illum suâ metiris. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit: colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore: sic nobis imponitur: quod neminem æstimamus eo quo est, sed adiicimus illi & ea, quibus adornatus est. Atqui cum voles veram hominis æstimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice. ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortuna mendacia: corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit, alieno an suo

20. ETIAMSI STATIM.] Ita lego, spretâ negatione. significat enim, etiam sine alio fructu vel diuine cogitationis, id facturum aliquem esse.

21. INTERDVM EX RE.] Pinciano assentior, Interim.

22. IN SCENÂ FABULÆ.] Sæpe hac vita cum

Mimo comparatur, & iuste. Breuiter olim Socrates: τοῦ ἡδὴ ἀπειθεῖτον βίω, καθάπερ ἰσχυροῦ, πολλὰ τῦφου μετὰ ἰμάρτα περιπέται: Vitæ indoctorum, tamquam histrionum, multa fastus indumentata circumposita sunt. Adde epist. LXXX.

23. CVM BASI ILLVM SVA.] Cum cothurno, quo incedit: cum opibus, quibus insitit.

24. SI ERE-

A suo magnus: ²⁴ si erectis oculis gladios micantes videt, & si scit suâ nihil interesse vtrum anima per os, an per iugulum, exeat, beatum vocat. Si cum illi denunciata sunt corporis tormenta, & quæ casu veniunt, & quæ potentioris iniuriâ, si vincula & exilia, & vanas humanarum formidines mentium, securus audit, & dicit, *Non ulla laborum,* *O virgo, noua mi facies inopinâ ve surgit.* *Omnia præcepi, atque animo mecum ipse peregi.* Tu hodie ista denuncias: ego semper denunciaui mihi, & hominem parauî ad humana præcogitati mali mollis ictus venit. At stultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies. magna autem pars est apud imperitos mali, nouitas. Hoc vt scias, ea quæ putauerunt aspera, cum assuevere, pariuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis: & quæ alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: Nesciebam hoc mihi restare, sapiens B scit sibi omnia restare: quidquid factum est, dicit, Sciebam.

EPIST. LXXVII.

ET hæc inter bonas, vtilesque. Narrat obiter de Alexandrinis nauibus: aliis accurrentibus, se neglexisse. Quanti enim ista, aut quamdiu? Senex sum, abeo. Et aliquando sponte abeundum, vt fecit Marcellinus. Tum contra metum mortis: rationesque huius commendat.

SVBIT Ò hodie nobis ² Alexandrinæ naues apparuerunt, quæ præmitti solent & nunciare securitæ classis aduentum. ³ tabellarias vocant. Gratus illarum Campaniæ adpectus est. ⁴ omnis in pilis Putcolorum turba consistit, & ex ipso genere velorum Alexandrinæ, quamuis in magnâ turbâ nauium, intelligit. Solis enim licet ⁵ supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res æquè adiuuat cûsum, quàm summa pars veli: illinc maximè nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est quàm expedit, antenna submittitur. minus habet virium flatus ex humili. ⁶ Cùm intrauere Capreas & ⁷ promontorium, ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pallas, ceteræ velo iubentur esse contentæ: supparum Alexandrinarum insigne est. In hoc omnium discursu properantium ad litus, magnam ex pigritiâ meâ sensi voluptatem, quod

24. SI ERECTIS OCVLIS.] Imò rectum, rectis.

EPIST. LXXVII. I. SVBIT Ò HODIE.] Nihil causæ est, cur acuti hic simus, & s. v. b. legamus, interpretemurque ex formulâ, Si vales, bene. Abnuunt libri, & mos eius est.

D 2. ALEXANDRINÆ NAVES.] Frumentaria. classis enim illa instituta ab Augusto, vt satis docui 1. Elector. cap. de Frumentatione.

3. TABELLARIAS VOCANT.] Quia velut nuntij erant, aduentantis classis.

4. OMNIS IN PILIS.] In saxeis molibus, quas Augustus, porui formando, ibi iecit. Ego ad Taciti Annal. xiv.

5. SUPPARVM INTENDERE.] Velum summo malo appensum sic vocabant: id est minusculum velum, & quod in ventis fauentiâ nautæ solent extendere. Lucanus optime:

— summaque tendens

Suppara, velorum perituras colligit auras.

Staius:

— summis annectite suppara velis.

Manilius:

— non inuehet vndis
Suppara, nec pelagus Xerxes ferietq; tegetq;
etsi communiter ille, pro velis.

6. CVM INTRAVERE CAPREAS.] Quæ insula, Tiberio adamata & infessa, interiacet: & mare medium inter Mineruæ promontorium habet.

7. PROMONTORIUM, EX QVO.] Templum ibi Mineruæ, & periculum in flectendo, vt solet. Ideo ibi Deæ libabant. Staius:

Prima salutauit Capreas, & margine dextro
Sparsit Tyrrhenæ Marcotica vina Mineruæ:
de ipsis istis Alexandrinis nauibus, aut nauî. Est iuxta Surventum, & à promuntorio Misci, quod sinu medio opponitur, distinctum. Linius de eo, lib. xl. Inter Duumuiros ita diuisa tuenda maritima ora, vt promuntorium iis Mineruæ velut cardo in medio esset: alter in dexteram partem, vsque ad Massiliam: alter laeuam, ad Barium vsque tueretur.

8. RERVVM

epistolas meorum accepturus, non properavi scire, quis illic esset ⁸ rerum mearum status, quid afferrent. Olim iam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur. Hoc etiam si senex non essem, fuerat sentiendum: nunc verò multo magis, quia quantumcumque haberem, tamen plus iam mihi superesset viatici, quam viæ: præsertim cum eam viam simus ingressi, quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in mediâ parte, aut citra petitem locum steteris: vitâ non est imperfecta, si honesta est. Vbiunque desines, si benè desinis, tota est. Sæpe autem & fortiter desinendum est, & non ex maximè noueras, adolescens quietus & scitò senex, morbo, & non infanabili correptus, sed longo & molesto & multa imperante, cœpit deliberare de morte. conuocauit complures amicos. vnusquisque aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suasset: aut quia adulator & blandus, id consilium dabat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus, homo egregius, & vt verbis illum quibus laudari dignus est, laudem, vir fortis ac strenuus, videtur mihi optimè illum cohortatus. Sic enim cœpit: *Noli, mi Marcelline, torqueri, tanquam de re magnâ deliberes. Non est res magna, viuere. omnes serui tui viuunt, omnia animalia: magnum est, honestè mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias. Cibis, somnus, libido: per hunc circulum curritur. Mori velle non tantum prudens, & fortis aut miser, sed etiam fastidiosus potest.* Non opus erat suafore illi, sed adiutore. ⁹ serui parère nolebant. Primum detraxit illis metum, & indicauit tunc ¹⁰ familiam periculum adire, cum incertum esset, an mors domini voluntaria fuisset: alioquin tam mali exempli esse occidere dominum, quam prohibere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit, non esse inhumanum, quemadmodum cœnâ peractâ ¹¹ reliquæ circumstantibus diuiduntur: sic peractâ vitâ aliquid porrigi his, qui totius vitæ ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi, & liberalis, ¹² etiam cum de suo fieret. Minutas itaque summulas distribuit flentibus seruis, & illos vltro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine: triduo abstinuit, & in ipso cubiculo ¹³ poni tabernaculum iussit. ¹⁴ Solium deinde illatum est, in quo diu iacuit, & calidâ subinde suffusâ, paulatim defecit: vt aiebat, non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis dissolutio, non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. In fabellam excessi, non ingrati tibi: exitum enim amici tui cognosces, non difficilem, nec miserum. Quamuis enim mortem sibi consciuerit, tamen mollissimè excessit, & vitæ elapsus est. Sed ne inutilis quidem hæc fabella fuerit. Sæpe enim talia exempla necessitas exigit. Sæpe debemus mori; nec volumus: morimur, nec volumus. Nemo tam imperitus est, vt nesciat sibi quandoque moriendum: tamen cum propè accesserit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleuerit quòd ¹⁵ ante annos mille non vixerat? æquè stultus est, qui flet, quòd post annos mille non viuere. Hæc paria sunt: non eris, nec fuisti. Vtrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es: quod vt extendas, quousque extends? Quid fles? quid optas? perdis operam.

Desine fata Deum flecti sperare precando:

rata D

8. RERVM MEARVM STATUS.] Nam pecuniam, fortasse & agros, in variis prouinciis habebat: utque etiam actores.

9. SERVI PARERE NOLEBANT.] Vt dominum manu adiuerent, & easdem apprimerent.

10. FAMILIAM PERICVLVM ADIRE.] Ex more veteri, & Sc. Siliano, quo tenebantur serui & liberi, qui sub eodem lecto fuissent, domino interfecto. Nos ad Annal. Taciti XIV. de Pedanio Secundo sic occiso.

11. RELIQVÆ CIRCVMSTANTIVS.] Seruis ad pedes, aut lectum, solent reliquias diuidere: ex Suetonij Galbæ, cap. XX I. Martiali, Athenæo, aliis.

12. ETIAM CVM DE SVO.] Quasi nunc non de suo, haud vltro fruisurus, & hæc relinquens.

13. PONI TABERNACVLVM.] An non lecticam dormitoriam? at qui ea in ipso cubiculo de more erat. Potius ergo, tentorium aliquod instar balneoli, quo Solium & ipse tegeantur.

14. SOLIVM.] Balnearium vas sine cupa, ad lauandum.

15. ANTE ANNOS MILLE.] Simile in Stobæi Eclogis Teles Pythagoræus, magnus sublimisq. vir, vt indicant fragmenta: At ille non amplius erit. Nempe nec ante decem millia annorum fuit, nec Troicis temporibus, sed nec proauorum tuorum.

16. HOC

A rata & fixa sunt, atque magnâ & aternâ necessitate ducuntur. Eò ibis, quò omnia eunt. Quid tibi nouum est? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta, & nullâ mutabilis ope, illigat ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus contabitur? Fortior, ut opinor, es, si multa millia tibi commorerentur. atqui multa millia hominum & animalium ¹⁶ hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. Tu autem non putabas te aliquando peruenturum ad id, ad quod semper ibas? nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum virorum me tibi iudicas relaturum? puerorum referam. ¹⁷ Lacon ille memoriae traditur impubes adhuc, qui captus clamabat, *Non seruiam*, suâ illâ Doricâ linguâ, & verbis fidem imposuit. Ut primum iussus est fungi seruili & contumelioso ministerio: afferre enim vas obscenum iubebatur: ¹⁸ illisum parieti caput rupit. Tam prope libertas est: & seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles, quàm per inertiam senem fieri? Quid ergo est, cur perturbaberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quod alieni est. Non sumes pueri spiritum, ut dicas, Non seruius? Infelix, seruis hominibus, seruis rebus, seruis vitæ. Nam vita, si moriendi virtus abest, seruitus est. Ecquid habes propter quod expectes? Voluptates quæ te morantur ac retinent, consumpsisti: ¹⁹ nulla tibi noua est: nulla non iam odiosa ipsâ fatietate. quis sit vini, quis mulsi sapor, scis: nihil interest, centum per vesicam tuam, an mille amphoræ transeant. ²⁰ saccus es. quid sapiat ostreum, quid nullus, optime nosti. nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum referuauit. Atqui hæc sunt, à quibus inuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos & patriam? tanti enim illam putas, ut tardiùs canes? ²¹ solem quoque, si posses, exstingueres. Quid enim unquam fecisti luce dignum? confitere non curiæ te, non fori, non ipsius naturæ rerum desiderio, tardiorem ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macellum, ²² in quo nihil reliquisti. Mortem times: at quomodo illam ²³ mediâ oblectatione contemnis? Viuere vis: scis enim. Mori times: quid porro ista vita, non mors est? ²⁴ Cæsar, cum illum transeuntem per Latinam viam, vnus ²⁵ ex custodiarum agmine, demissâ vsque in pectus vetere barbâ, rogaret mortem: ²⁶ *Nunc enim, inquit, viuis?* Hoc istis respondendum est, quibus ²⁷ succursura mors est: Mori times. nunc enim, viuis? Sed ego, inquit, viuere volo, qui multa honestè facio. inuitus relinquo officia vitæ, quibus fideliter & cum industriâ fungor. Quid? tu nescis vnum esse ex vitæ officiis, & mori? Nullum officium relinquis. non enim certus numerus quem debeas explere, finitur. Nulla vita est non breuis. nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & ²⁸ Statiliæ breuis est: quæ inscribi monumento suo iussit, annis se nonagintanouem vixisse. Vides aniculam gloriari senectute longâ. quis illam ferre

16. HOC IPSO MOMENTO.] *Pulchra contemplatio, & vera. Totum orbem vide, notum, ignotum: multa millia omnibus momentis nasci, mori, certum est: & quosdam eodem genere leti.*

17. LACON ILLE.] *Plutarchus in Apophth. Laconicis.*

18. ILLISVM PARIETI CAPVT.] *Potuit alius esse ab illo Plutarchi: etsi reliqua conueniunt. sed hic dissonant, quòd Plutarchus scribit, præcipitem se ab alto dedisse, & sic obiisse.*

19. NULLA TIBI NOVA EST.] *In ipso hoc argumento Lucretius:*

Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.

20. SACCVS ES.] *Plures libri, saccus est: ut ad vesicam ipsam referas: placeatque. Alioquin & allusum videri potest ad vini castrationem, qua sacco fiebat.*

21. SOLEM QVOQVE.] *Ut cibus canes, aut diuini dormias stertisque.*

22. IN QVO NIHIL RELIQUISTI.] *Commissi, quidquid tibi lautum aut rarum.*

23. MEDIA OBLECTATIONE.] *Vel in Venere, quæ accelerat; vel in gula, quæ conciliat. Tunc nec cogitas.*

24. CÆSAR.] *C. Cæsar Caligula.*

25. EX CUSTODIARVM AGMINE.] *Ex ipsis qui custodiebantur. traherentur à Prætorianis militibus concatenati.*

26. NUNC ENIM, INQVIT, VIUIS?] *Argumentum est, & simile illi Similis dicto sine scripto. Tot annos egit, septem dumtaxat vixit: quasi vita in miseris, nec vita sit.*

27. SVCCVRSVRA MORS EST.] *Liberatura à viuis, à molestis.*

28. STATILIÆ BREVIS EST.] *Quæ ex nobili domo, Claudio Principe, nonagintanouem annos vixit. Plinius VII. cap. XLVIII.*

ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? ²⁹ Quomodo fabula, sic vita: non A
quàm diu, sed quàm benè acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. quocumque voles, desine: tantum bonam clausulam impone.

EPIST. LXXVIII.

DE morbis suis, etiam in iuuentute: & quid sit iis leuandis? *Honesta, inquit, studia, item- que amici: sed remedium, contemptus mortis. Eò vocat Lucilium, & contra Do- lorem plura disserit, alta, animosa, vera.*

VEXARI te distillationibus crebris ac febriculis, quæ longas distillationes & in consuetudinem adductas sequuntur, eò molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus valetudinis: quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescentia iniu- B
rias ferre, & se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eò perductus sum, ¹ vt ipse distillarem. Ad summam maciem deductus, sæpe impetum cepi ab- rumpendæ vitæ: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitavi enim, non quàm fortiter ego mori possem, sed quàm ille fortiter ² desiderare non posset. Itaq; imperavi mihi vt viuerem. aliquando enim & viuere, fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerint solatio, dicam: si prius hoc dixero, hæc ipsa quibus acquiescebam, medicinæ vim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia: & quidquid animum erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra salutis fuerunt. Philosophiæ acceptum fero quòd surrexi, quòd conualui: illi vitam debeo, & ³ nihil illi minus debeo. Multum mihi contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigiliis, sermonibus alleuabar. Nihil æquè, Lucili virorum optime, agrum reficit atque adiuuat, quàm amicorum affectus: nihil æquè expectationem mortis ac metum surripit. Non iudicabam me, cum illos superstites relinquerem, mori: putabam, inquam, me victurum, non cum illis, sed C
per illos: non effundere spiritum mihi videbar, sed tradere. Hæc mihi dederunt voluntatem adiuuandi me, & patiendi omne tormentum. ⁴ alioqui miserrimum est, cum animum moriendi proieceris, non habere viuendi. Ad hæc ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis, monstrabit: ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo: vt legas clariùs, & spiritum, cuius iter & receptaculum laborat, exerceas: vt nauiges, & viscera molli iactatione concutias: quibus cibis vtaris: vinum quando virium causâ aduoces, quando intermittas, ne irriter & exasperet tussim. Ego tibi illud præcipio, quod non tantum huius morbi, sed totius vitæ remedium est: contemne mortem. Nihil triste est, cum huius metum effugimus. Tria hæc in omni morbo grauia sunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte, satis dictum est. hoc vnum dicam, non morbi hunc esse, sed naturæ metum. multorum ⁵ mortem distulit morbus: & salutis illis fuit, videri perire. Morieris, non quia ægrotas, sed quia viuus. Ista te res & sanatum manet. cum conualueris, non mortem, sed valetudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodum reuertamur. magnos cruciatus D
habet

29. QVOMODO FABVLA.] *Epictetus: Memento actorem te esse fabulæ, qualem doctores se voluit: si breuem, breuis: si longam, longæ. Varro: Non eos optimè vixisse, qui diutissimè, sed qui modestissimè vixerint.*

EPIST. LXXVIII. I. VT IPSE DISTILLAREM.] *Liquecerem, & consumerem. Fuerit id genus morbi, quo etiam sub Caio laborauit, qui infensu ei ob eloquentiam, occidere destinatus: sed muliercula operi seruatus est, quæ affirmaret tabe eum laborare, nec diu posse viuere. ferrum supernacuum. Dio LXXIX.*

2. DESIDERARE NON POSSET.] *Significat, patrem suum philosophiæ alienum (quod alibi testatur) parum fortem ad tales casus fuisse. Igitur negatio hinc conuenit, & libri asserunt: Muretus tamen, desiderare me posset.*

3. NIHIL ILLI MINVS DEBEO.] *Quasi dicat, hoc inter minima eius beneficia. Corpus enim spectat, reliqua animum.*

4. ALIOQVI MISERRIMUM EST.] *Miserrimum est, cum nolis mori, non omnia facere vt viuas.*

5. MORTEM DISTVLIT MORBVS.] *In ipso Senecâ, iam dictum.*

6. PRIMA

A habet morbus: sed hos tolerabiles interualla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit finem. Nemo potest valde dolere, & diu. sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut breuem faceret. Maximi dolores consistunt in acerrimis corporis partibus: nerui, articuliq̄ue, & quidquid aliud exile est, acerrimè sentit, cum in arcto vitia concepit. Sed citò hæ partes obtupescunt, & ipso dolore sensum doloris amittunt: siue quia spiritus naturali prohibitus cursu, & mutatus in peius, vim suam quâ viget, admonetq̄ue nos, perdit: siue quia corruptus humor, cum desiit habere quò confluat, ipse se elidit, & his quæ nimis impleuit, excutit sensum. Sic podagra & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, neruorumq̄ue interquiescit, cum illa quæ torquebat hebetauit: omnium istorum ⁶ prima verminatio vexat, impetus morâ extinguitur, & finis dolendi est, obtorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quòd inter angusta corporis nascitur: non minùs mehercule, quàm capitis ipsius. Sed quo incitator est, eo citiùs in alienationem stuporemq̄ue conuertitur.

B Hoc itaque solatium vasti doloris est, quòd necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est, quod imperitos in vexatione corporis malè habet: non assueuerunt animo esse contenti: multum illis cum corpore fuit. Ideò vir magnus ac prudens animum deducit à corpore, & multum cum meliore & diuinâ parte versatur: cum hæ querulâ ac fragili, quantum necesse est. Sed molestum est, inquis, carere assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. Hæc primâ abstinentiâ grauiâ sunt: deinde cupiditas relanguescit, ipsis per quæ cupimus fatigatis, ac deficientibus. Inde morosus est stomachus: inde quorum fuit auuiditas, odium est: desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere eo, quod cupere desieris. Adice, quòd nullus non intermittitur dolor, aut certè remittitur. Adice, quòd licet & cauere venturum, & obfistere imminenti remediis. Nullus enim non signa præmittit, vtiq̄ue qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempleris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora, & te querelis onerare: leuis dolor est, si nihil illi opinio adieccit.

C Contrâ, si exhortari te cœperis, ac dicere, *Nihil est, aut certè exiguum est, duremus iam desinet*: leuem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt. non ambitio tantum ad illam respicit, & luxuria, & auaritia: ad opinionem dolemus. Tam miser est quisque, quàm credit. Detrahendas præteritorum dolorum conuestiones puto, & illa verba: *Nulli unquam fuit peius. Quos cruciatus, quanta mala pertuli? nemo me surreturum putauit. Quoties deploratus sum à meis, quoties à medicis relictus? In equuleum impositi non sic distrahantur.* Etiam si sunt vera ista, transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retractare, & miserum esse, quia fueris? Quid, quòd nemo non multum malis suis adiecit, & sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit, retulisse iucundum est. naturale est, mali sui sine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, & futuri timor, & veteris incommodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat:

— Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

D Toto contra illum pugnet animo. vincetur, si cesserit: vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, attrahunt in se ruinam, cui obstandum est. istud quod premit, quod impendet, quod vrget, si subducere te cœperis, sequetur & grauius incumber: si contra steteris, & obniti volueris, repelletur. Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate: nec tantum quia pugnant, ista patiuntur, ⁷ sed ut pugnent. exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque euincamus omnia, quorum præmium non corona, nec palma est, ⁸ nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens: sed virtus, & firmitas animi, & pax in ceterâ parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est.

Dolorem

6. PRIMA VERMINATIO.] Morficatio prima, & exercitio præparentur. In ipso autem exercitio & velut pruritus doloris. Vritur eâ voce sepius: vide hæc mala.

De Vit. beat. cap. xvii.

8. NEC TVBICEN.] Qui præcinebat, ut vox deinde Præconis succederet, & victorem renunciaret.

7. SED UT PUGNENT.] Ut pugna idonei sint,

Dolorem grauem sentio. Quid ni sentias, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum A
perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis inflat ce-
denti & auerso. Sed graue est. quid? nos ad hoc fortes sumus, vt leuia porremus? Vtrum
vis, longum esse morbum, an concitatum & breuem? Si longus est, habet intercapedi-
nem, dat refectioni locum: multum temporis donat. necesse est vt exsurgat, & desinat.
Breuis morbus ac præceps alterutrum facit: aut exstinguetur, aut exstinguet. Quid au-
tem interest, non sit, an non sim? in vtroque finis dolendi est. Illud quoque proderit, ad
alias cogitationes auertere animum, & à dolore discedere. Cogita quid honestè, quid
fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea quæ maximè miratus
es, sparge. tunc tibi fortissimus quisque, & victor doloris, occurrat. Ille, qui dum varices
exsecandas præberet, legere librū perseuerauit. Ille, qui non desit ridere, cū hoc ipsum
irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione,
qui victus est risu? Quidquid vis, nunc licet dicas, distillationes, & vim continuæ tussis
egerentem viscerum partes, & febrem præcordia ipsa torrentem, & sitim, & artus in di- B
uersum articulis exeuntibus tortos: plus est flamma, & equuleus, & lamina, & vulneri-
bus ipsis intumescens, quod illa reuouaret & altius vrgeret impressum. inter hæc
tamen aliquis non gemuit: parū est. non rogauit: parū est. non respondit: parū
est. risit, & quidem ex animo: vis tu post hoc ¹⁰ dolorem deridere? Sed nihil, inquit,
agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis. Corpus tuum valetudo tenet, non
animum. Itaque cursoris moratur pedes, sutoris ac fabri manus impedit. Si animus tibi
esse in vsu solet; suadebis, docebis, audies, disces, quæres, recordaberis. Quid porro? nihil
agere te credis, si temperans æger sis? ostēdes morbum posse superari, vel certe sustineri.
Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus. Non tantum arma & cetera dant argu-
menta alacris animi, indomitiq̄ue terroribus: ¹¹ & in vestimentis vir fortis apparet. Ha-
bes quod agas. benè luctare cum morbo: si nihil te coegerit, si nihil exorauerit, insigne
prodis exemplum. O quàm magna erat gloriæ materia, si spectaremur ægri! ipse te spe-
cta, ipse te lauda. Præterea, duo sunt genera voluptatum: corporales morbus inhibet, C
non tamen tollit, imò, si verum æstimes, incitat. magis iuuat bibere sitientem: gratior
est esurienti cibus. Quidquid ex abstinentiâ contigit, auidius excipitur. Illas vero animi
voluptates, quæ maiores certioresq̄ue sunt, nemo medicus ægro negat: has quisquis se-
quitur, & benè intelligit, omnia sensuum blandimenta contemnit. O infelicem ægrum!
quare? quia non ¹² vino niuem diluit: quia non rigorem potionis suæ, quam capaci
scypho miscuit, renouat ¹³ fractâ insuper glacie: quia non ostrea illi Lucina in ipsâ
mensâ aperiuntur: quia non circa cænationem eius tumultus coquorum est, ¹⁴ ipsos
cum obsoniis focos transferentium. hoc enim ¹⁵ iam luxuria commenta est. Ne quis
intepefcatur cibus, ne quid ¹⁶ palato iam calloso parū feruat, cænam culina profequit-
tur. O infelicem ægrum! edet quantum concoquat. non iacebit in conspectu ¹⁷ aper,
vt vilis

9. QVOD ILLA RENOVARET.] Quid
intelligi? ferrum plagis immissum, sanandi, non
explorandi, causâ? videtur.

10. DOLOREM DERIDERE?] Mihi negatio in-
ferenda videatur, dolorem non deridere? Sed &
antè vellem, vis tuum post hoc: minorem scilicet,
nec cum tali comparandum.

11. ET IN VESTIMENTIS.] Dormitoriis, vel
quibus in lecto tegetis. Suprà, epist. LXVII.

12. VINO NIVEM DILUIT.] Dicas magis, vi-
num dilui niue. Sed sic iterum loquitur 11. De Irâ,
cap. XXV. neque niuas potiones solū, sed niuem
ipsam rōsisse, noster scribit, epist. XCV.

13. FRACTA INSVPER GLACIE.] Seneca IIII.
Quæst. Nat. cap. vlt. Inde est, quod nec niue qui-
dem contenti sunt, sed glaciem, vclut certior illi
ex solido rigor sit, exquirunt.

14. IPSOS CVM OBSONIIS FOCOS.] Epist.
xcv. Quid illa purulenta, & quæ tantum non ab
ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxâ in
ipsis visceribus exstingui? Et i v. Quæst. cap. vlt.
Ardentes boletos, & raptim cōdimento suo mer-
fatos, demittunt panē fumantes.

15. IAM LVXVRIA COMMENTA EST.] Non
quin foculos sine igne, qui cum prunis transfer-
rentur, iam antea habuerint Greci Romaniq̄: sed non
ad boletos, & talem istum luxuriæ r̄sum.

16. PALATO IAM CALLOSO.] Quarto
Quæstion. Emortuæ fauces, & occallatæ cibus ar-
dentibus.

17. APER, VT VILIS CARO.] De luxu in
apris, quos totos apponebant: & denique satis habe-
bant ostendere, scripsi adfatim i v. Poliorcet. Dia-
logismo 1.

18. PECTORA

A vt vilis caro, à mensâ relegatus, nec in repositoio eius ¹⁸ pectora auium, totas enim videre fastidium est, congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? cænis tamquam æger: imò aliquando tamquam sanus. Sed omnia ista facillè perferemus, forbitionem, aquam calidam, & quidquid aliud intolerabile videtur delicatis & luxu fluentibus, magisq; animo quàm corpore morbidis: tantùm mortem desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cognouerimus: ita demum nec vita tædio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare fatietas sui non potest, tot res varias, magnas, diuinas percensentem: in odium illam sui adducere solet iners otium. Rerum naturam peragranti, numquam in fastidium veritas veniet: falsa satiabunt. Rursus, si mors accedit & vocat, licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatem: perceptus longissimè fructus est. cognita est illi ex magnâ parte natura, scit tempore honesta non crescere. His necesse est videri omnem vitam breuem, qui illam voluptatibus vanis, & ideò infinitis, metiuntur. His te cogitationibus recrea, & interim epistolis nostris vacando: veniet

B aliquod tempus, quod nos iterùm iungat ac misceat. quantum libet sit illud, longum faciet scientia vtendi. Nam, vt Posidonius ait, ¹⁹ vnus dies hominum eruditorum plus patet, quàm imperiti longissima ætas. Interim tene hoc mordicus. aduersis non succumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere: tamquam quidquid potest facere, factura sit. Quidquid expectatum est diu, leuius accedit.

EPIST. LXXIX.

DE Charybdi aliquid, Scyllâ, & Ætnâ. Tum, Sapientes inter se pares esse: & ad Sapientiam hortatur, etiam si gloria non comitetur. Atqui comitabitur, vel post vitam. Bona.

C E X S P E C T O epistolas tuas, quibus mihi indices, circumitus Siciliæ totius quid tibi noui ostenderit, & omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam ¹ saxum esse, & quidem non terribile nauigantibus, optimè scio: Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si fortè obseruaueris, (dignum est autem, vt obserues) fac nos certiores, vtrum ² vno tantùm vento agatur in vortices, an omnis tempestas æquè mare illud contorqueat: & an verum sit, quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi conditum, & ³ circa Tauromenitanum litus emetgere. Si hæc mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare, vt in honorem meum Ætnam quoque ascendas: quam

18. PECTORA AVIUM.] *Epist. XLVII. de captore*: Alius pretiosas aues scindit: pectus & clunes in frustra excutit.

19. VNVS DIES HOMINVM ERVDITORVM.] *Eruditorum, id est Sapientum, Sioicâ linguâ. De sensu autem, similis in Philone Iudæo, libro, Quis diuinor. oper. heres: ὁπωρῶνεται δὲ πρὸς τοιαύτην ἀγορὴν εἰρήνην, καλὸν γῆρας, & δὴ πῶς πολυχρόνιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ Θεοφύλακτος ζῆν. τὸ γὰρ ἐνήμερον πολυπραγμοσύνην, ὅσα κτλ. βραχυτέρον φῶς σκότους αἰωνίου. μίαν γὰρ ἡμέραν ὑγιεινῶς εἶπαι πρὸς Θεῷ, ἀνὴρ, βούλεσθαι βιάσθαι μετὰ ἀρετῆς, ἢ μύρια ἔτη ἐν σκιά τῆς θανάτου. σιὰν τὸν φαῦλον ἀνιπτόβροτος βίον*: Pollicetur autem talem agenti pacem, bonam senectutem: id est, non longæuitatem, sed vitam cum prudentiâ coniunctam. Nam vel dici felicitas multitudinem annorum melior, quanto breuis aliqua lux tenebris æternis. Vnam enim diem, dixit salubriter vir propheta, malle se viuere cum virtute, quàm multa millia annorum in vmbra mortis. Vmbra mortis, malam indicans vitam. *Hæc Philo, ex Moysè & Dauide: iterumq; ipse David*: Melior

est dies vna in attriis tuis, super millia.

EPIST. LXXIX. I. SAXVM ESSE.] *Apud Seruium 111. Æn. Sallustius Scyllam saxum esse dicit, simile formæ celebratæ procul visentibus.*

2. ET QUIDEM NON TERRIBILE.] *Ego hoc rectum censeo, nec accedo, qui, modò terribile, supponunt: quasi etiam nunc pro veteri famâ esset. Non, inquam, accedo: nec res est tanta, aut fuit.*

3. VNO TANTVM VENTO.] *Quo illo? Austro. Vide Consol. ad Marc. cap. XVII. & suprâ, epist. XIV.*

4. CIRCA TAVROMENITANVM.] *Satis distitum, sed ventus nempe & fluctus eo ducunt. Seruius idem: Nam sorbet vniuersa, quæprehendit: & secundum Sallustium, ea circa Tauromenitanum litus egerit. Strabo, lib. VI. Demonstratur ante Messanam profunditas quædam vasta (Charybdis) in quam cætus freti abducunt nauigia contorta, & absorptorum fragmenta deuoluuntur ad litus Tauromenitanum.*

quam consumi, & sensim subsidere, ex hoc colligunt, quòd ⁵ aliquanto longius nau- A
gantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo defecit, sed quia
ignis euauit, & minùs vehemens ⁶ ac largus effertur: ob eandem causam, fumo quo-
que per diem segniore. Neutrum autem incredibile est, nec montem qui deuoretur quo-
tidie minui, nec ignem non manere eundem: qui non ipse ex se est, sed in aliquâ infer-
nâ valle conceptus exæstuat, ⁷ & alibi pascitur: in ipso monte non alimentum habet,
sed viam. In Lyciâ regio notissima est, ⁸ Ephestion incolæ vocant, perforatum pluri-
bus locis solum, quod sine vlllo nascentium damno ignis innoxius circuit. Læta itaque
regio est, & herbida, nil flammis adurentibus, sed tantùm vi remissâ ac languidâ reful-
gentibus. Sed reseruemus ista, tunc quæsituri, cùm tu mihi scripseris, quantum ab ipso
ore montis niues absint, quas ne æstas quidem soluit: adeò tutæ sunt ab igne vicino.
Non est autem, quòd istam curam imputes mihi: ⁹ morbo enim tuo daturus eras, etiam
si nemo mandaret tibi, donec Ætnam describas in tuo carmine, & hunc sollemnem om- B
nibus Poëtis locum attingas. quem quò minùs Ouidius tractaret, nihil obstitit, quòd
iam Virgilius impleuerat: ¹⁰ ne Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit. Om-
nibus præterea feliciter hic locus se dedit: & qui præceserant, non præripuisse mihi vi-
dentur quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, vtrum ad consumptam
materiam, an ad subactam accedas: crescit in dies, & inuenturis inuenta non obstant.
Præterea, condicio optima est vltimi. Parata verba inuenit, quæ aliter instructa nouam
faciem habent: nec illis manus iniicit, tamquam alienis: sunt enim publica. Iuriscon-
sulti negant, quidquam publicum vsucapi. Aut ego te non noui, aut Ætna tibi ¹¹ sali-
uam mouet. Iam cupis grande aliquid, & par prioribus scribere. Plus enim sperare mo-
destia tibi tua non permittit: quæ tanta in te est, vt videaris mihi retracturus ingenij tui
vires, si vincendi periculum sit. tanta tibi priorum reuerentia est. Inter cetera, hoc habet
boni sapientia: nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur. dum ad summum
perueneris, paria sunt: non est incremento locus, statur. Numquid sol magnitudini suæ C
adiicit? numquid luna vltra quàm solet procedit? maria non cresunt: mundus eundem
habitum ac modum seruat. Extollere se, quæ iustam magnitudinem impleuere, non
possunt. Quicumque fuerint sapientes, ¹² pares erunt & æquales. habebit vnusquisque
ex his proprias dotes: alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquen-
do, alius facundior: illud de quo agitur, quod beatum facit, æquale erit in omnibus. An
Ætna tua possit sublabi, & in seruire, an hoc excelsum cacumen & conspicuum per va-
sti maris spatia detrahat assidua vis ignium, nescio: virtutem non flamma, non ruina
inferius adducet. Hæc vna maiestas deprimi nescit, nec proferri vltra, nec referri potest.
Sic huius, vt caelestium, stata magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere. iam mul-
tum operis effectum est, imò si verum fateri volo, non multum. Nec enim bonitas est,
pessimis esse meliorem. Quis oculis gloriatur, qui suspicentur diem? quibus sol per cali-
ginem splendet? licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono
lucis. Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi, cùm emissus his tenebris, in
quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, & reddi-

tus D

5. ALIQUANTO LONGIVS.] *Aelianus Var. Hist. lib. v. cap. xi. τὸν γ' ἐν Αἴτνῃ φασὶν οἱ πλείοντες ἐξ ἑλκαστοῦ ὄραν, ἢ ἐπὶ τῷ ἑλκαστοῦ: Ætnam aiunt nauigantes e longinquo minùs aspici, quàm antea solebat.*

6. AC LARGVS EFFERTVR.] *Nostri omnes sic libri, & Gruteriani: tamen Modius e suis, ac largus effertur.*

7. ET ALIBI PASCITVR.] *Scripti, & alius: re-
ste. non ipsius montis visceribus, sed interiora sua pa-
bula habet.*

8. EPHESTION INCOLÆ.] *Scribe, Hephestion, ἠφαιστίων, quasi Vulcanum, a re ipsâ dictum. Plin-*

*nus lib. v. cap. xxvii. In Lyciâ mons Chimara, noctibus flagrans: Hephæstium ciuitas, & ipsa se-
pe flagrantibus iugis.*

9. MORBO ENIM TVO.] *Morbo animi. sic enim affectum, & titillationem illam poëticam appellat.*

10. NE SEVERVM QVIDEM CORNELIVM.] *Cui hodie opusculum de Ætnâ adseritur, quod exstat.*

11. SALIVAM MOVET.] *Quod fit in subito ap-
petitu cibi, aut obsonij. lingua & os humescunt, &
sumere allubescunt.*

12. PARES ERVNT ET ÆQVALES.] *Nos in
Manuduct. iii. Dissert. iii.*

13. LOCVM

Atus cælo suo fuerit, cum receperit ¹³ locum, quem occupauit forte nascendi. Sursum vocant illum initia sua. Erit autem illic, etiam antequam hac custodiâ exsoluatur, cum vitia disiecerit, purusque ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Hoc nos oportet agere, Lucili carissime, in hoc ire impetu toto: licet pauci sciant, licet nemo videat. Gloria, umbra virtutis est: etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur: ita gloria aliquando ante nos est, visendamque se præbet, aliquando in averso est, maiorque quò ferior, vbi inuidia secessit. Quamdiu videbatur furere Democritus? vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem ciuitas ignorauit? respuit: nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutilij innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum violatur, effulsit. Numquid non sorti suæ gratias egit, & exsilium suum complexus est? De his loquor, quos illustrauit fortuna, dum vexat: quàm multorum profectus in notitiam euasere, post ipsos? quàm multos fama non excepit, sed eruit? Vides Epicurum, quantopere non tantum eruditiores, sed hæc quoque imperitorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes, in quadam epistolâ, cum amicitiam suam & Metrodori, gratâ commemoratione cecinisset, hoc nouissimè adiecit, *Nihil sibi & Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quòd ipsos illa nobilis Græcia non ignotos solum habuisset, sed panè inauditos.* Numquid ergo non, postea quàm esse desierat, inuentus est? numquid non opinio eius emicuit? Hoc Metrodorus quoque in quadam epistolâ confitetur, *Se & Epicurum non satis eminuisse: sed post, se & Epicurum, magnum ¹⁴ paratumque nomen habituros, apud eos qui voluissent per eadem ire vestigia.* Nulla virtus latet: & latuisse, non ipsius est damnum. Veniet qui conditam, & sæculi sui malignitate compressam, dies publice. Paucis natus est, qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum millia, multa populorum superuenient: ad illa respice, etiam si omnibus tecum viuentibus silentium tuor indixerit, venient qui sine offensâ, sine gratiâ iudicent. Si quod est pretium virtutis ex famâ, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet, ac frequentabit. Nulli non virtus & vivo, & mortuo, retulit gratiam: si modò illam bonâ secutus est fide, si se non exornauit & pinxit, sed idem fuit, ¹⁵ siue ex denunciato videbatur, siue imparatus ac subitò. Nihil simulatio proficit, paucis imponit leuiter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui semper eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris.

EPIST. LXXX.

VULGVS ad spectaculum & ad stadium, sese ad studium & animum iuisse. Hunc colendum, non corpus: & facile id esse, si Bona velis. Ad libertatem eundem, quod sit spretis calcatisque cupidinibus. In eo veram felicitatem, non externo splendore esse. Bona.

HODIERNO die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod Homnes molestos ¹ ad spheromachiam auocauit. Nemo irrumpit, nemo cogitationem

13. LOCVM QVEM OCCVPAUIT.] Nempe illum in celo locum, vbi cum primo orbe fuit. Ex eo scintilla in terras desiliit, animus noster factus, eò rediturus.

14. PARATVMQVE NOMEN.] Fortasse, pacatumque: extra calumnias & detractiones.

15. SIVE EX DENVNCIATO.] Qui mos hodieq, inter magnates, præmittere & nunciare aduentum.

EPIST. LXXX I. AD SPHEROMACHIAM.] Libri, vt solet in Græcis, variant. Qui-

dam, ad spheram mathemam: alij, ad spero in athema: meus, asperam in ethnam. Spheromachia quidem nota est, pilaris lusus & certamen. Nominat Papinius in Siluis: Spheromachias spectamus, & pilaris lusus admittitur. Ipsa enim Pila, Sphæra dicitur. atque ita Sidonius lib. v. epist. xvii. Sphære primus ego signifer fui: & lusores, Sphæritas appellat. Seneca ad firmare etiam lectionem hanc videtur statim, dum ait Spectaculum non fidele, & luforium. Lubricum enim, anceps: & lusus magis, quàm certamen. Tamen Pincianus ille, iudicij bonus, ambigit.

rationem meam impedit: quæ hac ipsâ fiduciâ procedit audaciùs. ² Non crepuit subinde ostium, ³ non alleuabatur velum: ⁴ licebit vni vadere, quod magis necessarium est per se eunti, & suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? facio. sed permitto mihi & inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non seruiò illis, sed assentior. Magnum tamen verbum dixi, qui mihi silentium promittebam, & sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio profertur, & me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei ⁵ contentionem transfert. Cogito mecum, quàm multi corpora exerceant, quàm ingenia pauci: quantus ad spectaculum non fidele & lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo: quàm imbecilli animo sint, quorum lacertos humerosque miramur. Illud maximè reuoluo mecum. si corpus perducì exercitatione ad hanc patientiam potest, quâ & pugnos pariter & calces ⁶ non vnus hominis ferat, quâ ⁷ solem ardentissimum in feruentissimo puluere sustinens aliquis, & sanguine suo madens diem ducat: quanto faciliùs animus corroborari possit, vt fortunæ ictus inuictus excipiat, vt proiectus, vt conculcatus exsurgat? Corpus enim multis eget rebus, vt valeat: animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multâ potione opus est, ⁸ multo oleo, longâ denique operâ: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensâ. Quidquid facere te potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est vt sis bonus? velle. Quid autem melius potes velle, quàm eripere te huic seruituti, quæ omnes premit, quam mancipia quoque conditionis extremæ, & in his fordibus nata, omni modo exuere conantur? ⁹ Peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato, ¹⁰ pro capite numerant: ¹¹ tu non concupisces quanticumque ad libertatem peruenire, qui te putas in illâ natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaque ¹² in tabellas vanum coniicitur nomen libertatis: quam nec qui emerunt habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, à te petas. Libera te primùm metu mortis: illa nobis primum iugum imponit: deinde metu paupertatis. Si vis scire quàm nihil in illâ mali sit, compara inter se pau-

*ambigit, & Sphymachiam legi mallet: calcium & talorum pugnam. Nam & eò alludens mox Seneca: patientiam, quâ pugnos pariter & calces non vnus hominis ferat. Ego memini puer Athi Hainouie certamen hoc solenne videre, quo mariti & iuuenes, projectâ in medium pilâ, pugnis calcibusq; de eâ propellendâ certabant, & ad talem locum (qui meta erat) prouehendâ. Simile apud veteres? nescio. Equidem simplicem hic Sphymachiam fuisse, vix persuadeor. Cur enim ad cotidianum tale spectaculum, & in balneis usurpatum, tota ciuitas concurreret? nisi si eximij aliqui spherista. Cur item in Stadio praberetur? nam de eo sequitur: atque is athletarum magis locus, & qua subiungit, ad illos ducunt. Ewé-
xō igitur.*

2. NON CREPVIT SVBINDE OSTIVM.] *An in aperiendo, cum cardo veritur? an etiam tunc moris ostium digito vel manu percuti, ne inopinanti superuenires?*

3. NON ALLEVABATVR VELVM.] *Foribus cubiculi pratesum: de quo ego pluscula, ad Annalem Taciti XIII. Alleuabatur autem ab admissionalibus ministris: quos Aimoiu: lib. 11. De Gest. Franc. cap. v. tenentes cortinam, ab hoc more, appellat.*

4. LICEBIT VNI VADERE.] *Quidam, vno euadere: plerique autem omnes, vno, vel imo. Probo vulgatum; vel, vnum. Sententia. licebit mihi soli incedere, per cogitationes & studia mea ire: quod expedit illi, qui sectam non sequitur.*

5. CONTENTIONEM TRANSFERT.] *Vt contendam & conferam hoc certamen cum studio meliore.*

An placet cum quibusdam libris, contemplationem? certe mihi.

6. NON VNVS HOMINIS.] *Nam etsi paria ferre Athletarum pugnant, tamen aliquando mixti aut per cateruas: & vt id non fuerit, ordine alij post alios supponebantur. Ita vnus victor plures sustinebat.*

7. SOLEM ARDENTISSIMVM.] *Cicero: Pugiles in exercitati, etiam si pugnos & plagas ferre possint, Solem tamen sæpe ferre non possunt.*

8. MVLTO OLEO.] *Hæc item ad athletas, quorum crebra vinctio, multi cibi, & sagina.*

9. PECVLIVM SVVM.] *Redimere se ære suo serui solent. Vide, si lubet, me ad Taciti XIV. Annalem.*

10. PRO CAPITE.] *Id est, pro libertate. Nam D serui caput non habent.*

11. TV NON CONCVPISCES.] *Paria istis Epictetus Dissert. 1111. cap. 1. Pro istâ, quæ putatur libertas, alij se suspendunt, alij se præcipitant: est etiam cum totæ vrbes perierunt: & tu ob veram, ob insidiarum expertem, ob tutam libertatem nihil capias laboris? Vera autem hæc libertas, quam intelligunt, est finis Philosophiæ, ait Simplicius: illa nimirum, in quâ à parente & auctore Deo producti sumus, vt neque formidemus quidquam, nec doleamus, neque vlli deteriori naturæ aut rei seruiamus. Et hæc spectat illud Paradoxum decretum, Solum sapientem liberum esse.*

12. IN TABELLAS VANVM CONIICITVR.] *Manumissionis tabellas: quæ fidei causâ dabantur.*

13. SOLI-

A se pauperum & diuitum vultus. Sæpius pauper, & fidelius ridet: nulla ¹³ sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura, velut nubes leuis transit. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & suppurata tristitia: & quidem grauior, quia interdum non licet palam esse miseris: sed inter ærumnas cor ipsum excedentes, necesse est agere felicem. Sæpius hoc exemplo mihi vtendum est: nec enim vlllo efficacius exprimitur hic ¹⁴ humanæ vitæ mimus, ¹⁵ qui nobis partes has, ¹⁶ quas male agamus, assignat. ¹⁷ Ille qui in scenâ elatus incedit, & hæc resupinus dicit,

¹⁸ En impero Argis. ¹⁹ regna mihi liquit Pelops,
Quâ Ponto ab Helles atque ab Ionio mari
Vrgetur Isthmos:

seruus est, ²⁰ quinque modios accipit, ²¹ & quinque denarios. Ille qui superbus, atque impotens, & fiducia virium tumidus ait,

Quod nisi quieris Menelae, hac dextrâ occides:

B ²² diurnum accipit, ²³ in cænaculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominum, supraque turbam delicatos læticia suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despoliaueris. ²⁴ Equum empturus, solui iubes

13. SOLICITUDO IN ALTO EST.] In imo & profundo pectore.

14. HUMANÆ VITÆ MIMVS.] Augusti morturi questum, Ecquid hunc mimum vitæ satis commodè egisse videretur: Enchiridium Epicteti, cap. xxi. vide, & in illud Simplicium. In Anthologio:

Συνη πάς ὁ βίος, καὶ παύριος. ἢ μάθι πάλαι, τὴν ἀπὸ δὴν μεταθεῖς, ἢ φέρε τὰς ὁδύνας:

Scena est hæc vita, & mimus, vel ludere disce Seria postponens, vel cruciatie miser.

C 15. QVI NOBIS PARTES HAS.] Teles Pythagorici: Δειώσπερ ἢ ἀγαθὸν ὑποκελεῖται, ὃ, τι ἂν ὁ ποιητὴς περιεῖη παρὼσπον, τὸτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς ἔτω καὶ ἢ ἀγαθὸν ἀνδρα ὃ, τι ἂν περιεῖη ἢ τυχεῖ. καὶ ἢ δὲ αὐτῆ, φησὶν ὁ Βίων, ὡσπερ ποιητὴς εἶα, ὅτε μὴ πορτολόγου, ὅτε ὑπερλόγου περιεῖη ποιητὴς παρὼσπον, καὶ ὅτε μὴ βασιλέως, ὅτε δὲ ἀλλοῦ: Oportet, sicut boni histriorem, quamcumque personam poëta imposuerit, eam decorè exlequi & sustinere: sic & bonum virum, quamcumque fortuna dederit. Nam & hæc, ait Bion, velut poëtria, aliquando primi, aliquando vltimi actoris personam imponit, est etiam cum regis, & alias mendici. Laërtius etiam, in Zenone: Εἶναι γὰρ ὁμοίον τῷ ἀγαθῷ ὑποκελεῖται ἢ σοφόν. ὃς ἂν τε Θεοσπίτου, ἂν τε Ἀγαμέμνονος παρὼσπον ἀναλάβῃ, ἐκείτους ὑποκρίεται παροσπόντως: Esse bono histrioni similem Sapientem, qui siue Theristæ, siue Agamemnonis personam acceperit, vtramque decenter exprimit & imitatur.

16. QVAS MALE AGAMVS.] Nostrâ culpâ, & insitiâ: non illo sic imponente. Velles enim benè agi, & facit Sapiens.

17. ILLE QVI IN SCENÂ.] Atreus, qui Pelopis filius & heres. & quæ sequuntur, sunt ex Atij Atreæ.

18. EN IMPERO ARGIS.] Mei libri, Impero Argis, sine illâ particulâ. Et grandius mihi esset, Imperito Argis: siue antiquè, Imperitod.

19. REGNA MIHI LIQVIT.] In Fabio legitur, scepra mihi.

20. QVINQVE MODIOS ACCIPIT.] Dimen-

sum & cibarium seruale in menses. Etsi tamen in Donato scribitur: Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensē. Sed fieri potest, imo soler, vt honestiores plusculum acciperent, sicut isti actores. Ego aliquid super hac re i. Elector. cap. de Frumentis.

21. ET QVINQVE DENARIOS.] Septem denarios Lucianus videtur agnoscere, suo aeo. Sed hæc talia mutant. De modo isto lucaris (sic appellabant) ego ad i. Annal. Taciti.

22. DIURNVM ACCIPIT.] Diarium, & mercedulam.

23. IN CÆNACVLO.] Vbi tenuiores & inopes. Sic actor Plautinus, qui Ionem Amphitruonem refert, iocose:

Ego sum ille Amphitruo, cuius seruus Sofia, In superiore qui habito cænaculo. Tamen scripsi serè, centuculo, aut centunculo; meus, cetulo. Et de centunculo sane placeat: atque id stratum seruorum fuisse.

24. EQVVM EMPTVRVS.] Horatij illud obuium:

Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, apertos Inspiciunt.

Macrobins i. Saturn. cap. xi. Quemadmodum stultus est, qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum eius & frænum: sic est, qui hominem ex veste, aut conditione, quæ modo vestis nobis circumdata est, æstimandum putat. Apuleius, De Deo Socratis: Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, & balthei polmina inspicimus, & ornatissimæ ceruicis diuitias contemplamur: sed istis omnibus exuuiis amolitis & amotis, equum ipsum nudum, & solum corpus eius & animum contuemur. Socrates, in Stob. Serm. i. Οὐτε ἄσπερος εὐχεσθὲς κρῖνοιτ' ἂν ὁ πολυτελεῖ σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῆ φύσει λαμπερὸς ἔτι ἀπὸ ἀνιδαιῶς, ὁ πολυτιμὸν εἶσταν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ ἢ ψυχὴν γενναῖος: Neque equus generosus iudicetur, qui stratum & instructum splendidum habeat, sed qui naturâ sit talis: ita nec vir honestus, qui multas & æstimabiles opes habeat, sed qui animo sit præstans.

25. FASCIAM

bes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem in-
uolutum æstimas? Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscon-
dunt. Itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: siue crus alligatum, siue bra-
chium adspiceres, nudari iuberes, & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ
Sarmatiæve regem, insigni capitis decorum? si vis illum æstimare, totumque scite qua-
lis sit, ²⁵ fasciam solve. ²⁶ multum mali sub illâ latet. Quid de aliis loquor? si per-
pendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc
qualis sis, ²⁷ aliis credis.

EPIST. LXXXI.

DE homine ingrato exordium: tum quæstio, An grati esse debeamus aduersus eum, qui
antè iuuit, post nocuit? Subtiliter & diffusè hoc disputat, & variè distinguit. B

Q VERERIS incidisse te in hominem ingratum. Si hoc nunc primùm, age aut
fortunæ, aut diligentiae tuæ gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest,
nisi te malignum. Nam si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia: ita ne
apud alium pereant, apud te peribunt. Non respondeant potius, quàm non dentur: &
post malam segetem serendum est. Sæpe quidquid perierat assiduâ infelicis soli sterilita-
te, vnus anni restituit vbertas. Est tanti, vt gratum inuenias, experiri & ingratos. Nemo
habet tam certam in beneficiis manum, vt non sæpe fallatur: aberrent, vt aliquando
hæreant. Post naufragium maria tentantur: feneratorum ¹ non fugat à foro decoctor.
Citò inerti otio vita torpebit, si relinquendum est quidquid offendit. Te verò benignio-
rem hæc ipsa res faciat. nam cuius rei euentus incertus est, id, vt aliquando procedat,
sæpe tentandum est. Sed de isto satis multa in iis libris locuti sumus, qui de Beneficiis C
inscribuntur: illud magis quærendum videtur, quod ² non satis (vt existimo) explica-
tum est: An is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, & nos debito soluerit?
Adiice si vis & illud: Multo plus postea nocuit, quàm antè profuerat. Si rectam illam
rigidi iudicis sententiam quæris, alterum ab altero absoluet, & dicet: Quamuis iniuria
præponderet, tamen beneficiis donetur, quod ex iniuriâ superest. Plus nocuit: sed prius
profuit. itaque habeatur & temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt quàm vt admo-
neri debeas, quærendum esse, quàm libenter profuerit, quàm iniustus nocuerit: quoniam
animo & beneficia & iniuriæ constant. Nolui beneficium dare. victus sum aut vere-
cundiâ, aut instantis pertinaciâ, aut spe. Eo animo quidq; debetur, quo datur: nec quan-
tum sit, sed à quali profectum voluntate, perpenditur. Nunc coniectura tollatur. Et il-
lud beneficium fuit, & hoc quod modum beneficij prioris excessit, iniuria est. Vir bo-
nus utrosque calculos sic ponit, vt ³ se ipse circumscribat: beneficio adiicit, iniuriæ de-
mit. Ille alter remissior iudex, quem esse me malo, iniuriæ obliuisci debebit, officij me-
minisse. Hoc certè, inquit, iustitiæ conuenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, D
iniuriæ talionem, aut certè malam gratiam. Verum erit istud, cum alius iniuriam fece-
rit, alius beneficium dederit. nam si idem est, beneficio vis iniuriæ extinguitur. Nam
cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia lædenti, plus
quàm

25. FASCIAM SOLVE.] *Id est, diadema insignie regni. Nam hoc, non aliud quàm Fascia aut vitta capi circumdata.*

26. MULTUM MALI SUB ILLA.] *Regis cuiuspiam dictum, ad mulierculam admirantem: O mulier, hunc pannum humi iacentem non tollas, si scias quantum mali sub eo lateat.*

27. ALIIS CREDIS.] *Adulatoribus, & blandis hostibus.*

EPIST. LXXXI. I. NON FUGAT A FORO DECTOR.] *Alij, Coactor, referunt. Coactor quidem est, qui argentariorum aut feneratorum reliqua, & summulas exigit, qui & Collectarius dicitur: sed apertor Decoctori hic locus, an Coctori? nam mens & magis fidi libri, tortor.*

2. NON SATIS, VT EXISTIMO.] *Attigit tamen lib. III. De Benef. cap. XIII.*

3. SE IPSE CIRCUMSCRIBAT.] *Decipiat se, & ultro fallat in hoc calculo.*

A quàm venia debetur. Non pono vtrique par pretium: pluris aestimo beneficium, quàm iniuriam. ⁴ Non omnes debere sciunt grati beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & vnus è turbâ, ⁵ vtrique dum propè est ab accepto, reddere beneficium, ⁶ & pensare: ignorat autem ⁷ quantum debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quæque taxanda sit. Nam ille de quo loquebar modò, stultus, etiamsi bonæ voluntatis est, aut minùs quàm debet, aut tempore, aut quo non debet loco, reddit: id quod referendum est, effundit atque abiicit. Mira in quibusdam rebus verborum proprietates est: & consuetudo sermonis antiqui quædam efficacissimis, & officia docentibus, notis signat. Sic certè solemus loqui: *Ille illi gratiam retulit.* Referre, est vtrò quod debeas afferre. Non dicimus, *Gratiam reddidit.* Reddunt enim, & qui reposcuntur, & qui inuiti, & qui vbi-libet, & qui per alium. Non dicimus, *Reposuit beneficium, aut soluit:* nullum enim nobis placuit, quod ari alieno conuenit, verbum. Referre, est ad eum à quo acceperis, ferre. Hæc vox significat voluntariam relationem. Qui retulit, ipse se appellauit. Sapiens omnia examinabit secum, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, quemadmodum. Itaque negamus quemquam scire gratiam referre, nisi sapientem. non magis quàm beneficium dare quisquam scit, nisi sapientem: hic scilicet, qui magis dato gaudet, quàm alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quæ videmur inopinata omnibus dicere, *κατάδολγα* Græci vocant: & ait, Nemo ergo scit præter sapientem referre gratiam? ergo nec quod debet creditori suo, reponere quisquam scit alius? nec cum emit aliquam rem, pretium venditori persolvere? Sed ne nobis fiat inuidia, scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certè ait, *Solum sapientem referre gratiam scire.* Deinde idem admiratur, cum dicimus, ⁸ *Solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est.* Atqui & amoris & amicitiae pars est, referre gratiam: imò hoc magis vulgare est, & in plures cadit, quàm vera amicitia. Deinde idem admiratur, quòd dicimus fidem nisi in sapiente non esse: tamquam non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem habere, qui referre gratiam nescit? Desinant itaque infamare nos, tamquam incredibilia iactantes: & sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum & effigies. Nemo referre gratiam scit, nisi sapiens. Stultus quoque vtrumque scit, & quemadmodum potest, referat: scientia illi potius, quàm voluntas desit. Velle non discitur. Sapiens inter se omnia comparabit. maius eius opus, aut minus fit (quamuis idem sit) tempore, loco, causâ. Sæpe enim hoc non potuere diuitiæ in domum infusæ, quod opportunè dati mille denarii. Multum enim interest, donaueris, an succurreris: seruauerit illum tua liberalitas, an instruxerit. Sæpe quod datur, exiguum est: quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interesse, vtrum aliquis ⁹ quod dederat, sumpserit, an beneficium acceperit, vt daret? Sed ne in eadem, quæ ¹⁰ satis scrutati sumus, reuoluamur; in hac comparatione beneficij & iniuriæ, vir bonus iudicabit quidem quod erit æquissimum: sed beneficio fauebit, in hanc erit partem procliuior. Plurimum autem momenti persona solet afferre, in rebus eiusmodi. Dedisti mihi beneficium in seruo, iniuriam fecisti in patre: seruasti

D 4. NON OMNES DEBERE SCIUNT GRATI.] *Librorum hæc scriptura est, Romanam suppositiciam non moror. Lego tamen, gratè.*

5. VTIQUE DVM PROPE EST.] *Id est, in recenti beneficio, quod nondum excidit. Nam vulgus veteris obliuiscitur.*

6. ET PENSARE.] *Sententia est, potest par reddere, sed non paria facere: quia in beneficio non acceptum solum consideratur, sed animus, tempus, occasio tua & mea.*

7. QVANTVM DEBEAT.] *Alij, pro te debeat: meus, quantum præbeat.*

8. SOLVS SAPIENS SCIT AMARE.] *Vide Manducet. III. Differ. XVI.*

9. QVOD DEDERAT, SVMPSERIT.] *Mirè intricant libri: & hæc Muretiana, præter ipsos. Mitto alios, meus: Quantum autem, existimas, interest, vtrum aliquid quod dederat, vel quod præstaret, sumpserit, an beneficium. Alludunt alij, & Erasmi quidam codices, vtrum aliquis de ratâ quod præstaret sumpserit. Nos concinnamus: existimas, interest, vtrum aliquis de arcâ, vel quod præsto erat, sumpserit, an beneficium. Verissimè, opinor. Quid censet, inquit, interesse, vtrum aliquis domo ab arcâ, paratâ pecuniam sumpserit, an vt posset benefacere, beneficium acceperit? id est, ipse mutuum sumptum, alteri dederit? De sententiâ, nec ambigo, vix de scripturâ.*

10. SATIS SCRVTATI SVMVS.] *Libris De Beneficijs.*

11. PLVS

uasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps, per quæ procedit omnis collatio, A
 prosequetur: & si pusillum erit quod intersit, dissimulabit. Etiam si multum fuerit, si
 id donari saluâ pietate ac fide poterit, remittet: id est, si ad ipsum tota pertinebit iniuria.
 Summa rei hæc est. facilis erit in commutando: patietur ¹¹ plus imputari sibi. inuitus
 beneficium per compensationem iniuriæ soluet: in hanc partem inclinabit, huc verget,
 ut cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat enim, si quis beneficium libentius accipit,
 quàm reddit. Quanto hilarior est qui soluit, quàm qui mutuatur; tanto debet lætior es-
 se, qui se maximo ære alieno accepti beneficij exonerat, quàm qui accipiens cum maxi-
 mè obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quòd creditori quidem, præter for-
 tem, extra ordinem numerant: beneficiorum autem vsum esse gratuitum putant. Et illa
 crescunt morâ: tantoque plus soluendum est, quanto tardius. Ingratus est, qui benefi-
 cium reddit sine vsurâ. Itaque huius quoque rei habebitur ratio, cum conferentur acce-
 pra & expensa. Omnia facienda sunt, ut quàm gratissimi simus. nostrum enim in hoc
 bonum, quemadmodum iustitia non est, ut vulgò creditur, ad alios pertinens; maxima B
 pars eius in se redit. Nemo non cum alteri prodest, sibi profuit. Non eo nomine dico,
 quòd volet adiuuare aditus, protegere defensus, quòd bonum exemplum circuitu ad
 facientem reuertitur: sicut mala exempla recidunt in auctores, nec vlla miseratio con-
 tingit his, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt: sed quòd virtu-
 tum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad præmium: rectè facti, fe-
 cisse merces est. Gratus sum. non ut alius mihi libentius præster, priori irritatus exem-
 plo: sed ut rem iucundissimam ac pulcherrimam faciam. Gratus sum. non quia expedi-
 dit, sed quia iuuat. Hoc ut scias ita esse, si gratum esse non licebit, nisi vt videat ingratus,
 si reddere beneficium non aliter quàm per speciem iniuriæ potero; acquissimo animo ad
 honestum consilium, per mediam infamiam, tendam. Nemo mihi videtur pluris æsti-
 mare virtutem, nemo illi magis esse deuotus, quàm qui boni viri famam perdidit, ne
 conscientiam perderet. Itaque, ut dixi, maiore tuo, quàm alterius bono gratus es. Illi
 enim vulgaris & quotidiana res contingit, recipere quod dederat: tibi magna, & ex bea-
 tissimo animi statu profecta, gratum fuisse. Nam si malitia miseros facit, virtus beatos, C
 gratum autem esse virtus est: rem vsitatam reddidisti, inestimabilem consecutus es, con-
 scientiam grati: quæ nisi in animum diuinum, fortunatumque non peruenit. In con-
 trarium autem huic affectum, summa infelicitas vrget. Nemo si ingratus est, non miser
 erit: non differo illum, statim miser est. Itaque ingrati esse vitemus, non alienâ causâ,
 sed nostrâ. Minimum ex nequiriâ leuissimumque ad alios redundat: quod pessimum
 ex illâ est, & (¹² vt ita dicam) spississimum, domi remanet, & premit habentem. quem-
 admodum Attalus noster dicere solebat, *Malitia ipsa* ¹³ *maximam partem veneni sui bi-*
bit. Illud venenum, quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine suâ continent,
 non est huic simile: hoc, habentibus pessimum est. Torquet ingratus se, & macerat:
 odit quæ accepit, quia redditurus est, & extenuat: iniurias verò dilatat atque auget. Quid
 autem eo miserius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ? At contrâ sapientia exomat
 omne beneficium, ac sibi ipsa commendat, & se assiduâ eius commemoratione delectat. D
 Malis vna voluptas est, & hæc breuis, dum accipiunt beneficia: ex quibus sapienti lon-
 gum

11. PLUS IMPUTARI SIBI.] *Plus sibi deberi.*

12. VT ITA DICAM, SPISISSIMUM.] *Suspiciatur Pincianus pessimum: & ita sanè quidam libri. Tamen non mutem. At cur igitur præfatur, vt ita dicam? non quia vox inusitata, sed quia metaphora auaciore videri possit.*

13. MAXIMAM PARTEM VENENI SVI.] *Pulcherrimè. Ita Hierax Pythagoricus: Iniuria, inquit, & malitia ab auctore incipiens, in illum qui afficitur, redundat. Sed ipsum auctorem in primis lædit, minus eum qui patitur. Επι και άσ άυτί την κίνση λαμβάνει, και τή άπαρση. ἐγχεσμένη τοίνυν, τ*

τέκοντα πρώτον άνάππει, και πριν τεκεί εν ταίς άδίσι φλέγει, και δήσσα λυμαίνεται, και τή έπ' άυτίς έσ χρωζει δυσσοποιή τή βιαδί: Quoniam ab ipso auctore & motum, & incrementum accipit. Excitata igitur, eum qui parit primum apprehendit, & ante partum in ipsis nixibus conatibusque adurit, & transiens lædit, & suo veneno tingit, colore pessimo. Et statim: Ούτω και πής άδίκος, ίωτός τή κακίας πρώτος γένεται, πριν εις άλλους άφίνας: Ita quiuis improbus prius malitiam suam ipse bibit & degustat, priusquam in alios emittat. Dicat ex illo sumpsisse nostrum: quem etiam vide epistolâ LXXXVII.

Agum gaudium manet, ac perenne. Non enim illum accipere, sed accepisse delectat: quod immortale est, & assiduum. Illa contemnit, quibus læsus est: nec obliuiscitur per negligentiam, sed volens. Non vertit omnia in peius: sed nec quarit cui imputet casum, & peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur verba, nec vultus: quidquid accidit, benignè interpretando leuat: nec offensæ potius, quàm beneficij meminit. Quantum potest in priore ac meliore se memoriâ detinet; nec mutat animum aduersus benè meritos, nisi multum malefacta præcedant, & manifestum etiam conuenienti discrimen est: tunc quoque in hoc dumtaxat, vt talis sit post maiorem iniuriam, qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo benevolentia remanet. Quemadmodum reus ¹⁴ sententiis paribus absolvitur, & semper quidquid dubium est, humanitas inclinatur in melius: sic animus sapientis, vbi paria maleficiis merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet velle debere: & ¹⁵ hoc facit, quod qui post tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista, propter quæ vulgus insanit. Si referre vis gratiam, & in exilium eundem est, & effundendus sanguis, & suscipienda egestas, & ipsa innocentia sæpe maculanda, indignisque obicienda rumoribus. Non paruo sibi constat homo gratus. Nihil carius æstimamus, quàm beneficium, quamdiu petimus: nihil vilius, cum accepimus. Quæris quid sit, quod obliuionem acceptorum nobis faciat? cupiditas accipiendorum. cogitamus non quid impetratum, sed quid impetrandum sit. Abstrahunt a recto diuitia, honores, potentia, & cetera, quæ opinione nostrâ cara sunt, pretio suo vilia. Nescimus æstimare res: de quibus non cum famâ, sed cum rerum naturâ deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quo mentes in se nostras trahant, præter hoc, quod mirari illa consueuimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudantur, sed concupiscuntur, quia laudata sunt: & cum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credimus, sic & in hoc fidei populi credamus, nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc vibes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt: in hoc bonis malisque conueniet. Erunt qui voluptates laudent, erunt qui labores malint: erunt qui dolorem maximum malum dicant, erunt qui ne malum quidem appellent: diuitias aliquis ad summum bonum admittet, alius illas dicet humanæ malæ vitæ repertas: nihil esse eo locupletius, cui quod donet fortuna non inuenit. In tantâ iudiciorum diuersitate, referendam benè merentibus gratiam, omnes vno tibi, quod aiunt, ore affirmabunt: in hoc tam discors turba consentiet, cum interim iniurias pro beneficiis reddimus. Et prima causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potuit. Eò perductus est furor, vt periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna conferre. nam quia putat turpe non reddere; non vult esse, cui reddat. Tibi habe, quod accepisti: non repeto, non exigo. profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius, quàm ex beneficij violati pudore.

D 14. SENTENTIIS PARIBVS.] Seneca pater *Controuersia* III. lib. 1. itemq; prima, libri III.

15. HOC FACIET, QUOD QUI POST TABULAS.] *E Pinciani duobus libris hæc sunt, & boni argutiq; sensus. Tamen meus auctior: hoc facit, quod qui accepto quidem præstauerat vsuram vel huiusmodi remittit, vel tabulas nouas soluit. Alij as-*

sident: quid dicam, hæc. A glossulis, aut interpolatione, hæc omnia esse? vix probabile est. Tentabam obiter: hoc faciet, quod qui accepto quod prærogauerat, vsuram vel eius modum remittit, vel, tabulis nouis, soluit. Sed hæc satis hæc sententiæ applico. Tabulas nouas scimus esse, cum es alienum remittitur, & noui igitur Codices fiunt.

EPIST. LXXII.

CONTRA delicias, & mollem vitam: itemque otium ignavum. studiis id dedicandum esse: & praesertim Philosophiae, quae munit contra metus, & externa omnia mala, contra ipsam mortem. Frustrà in hanc nos argutus aut Sophismatis armari; & obiter contra facientes. Mortem per se indifferentem esse: sed talem, aut talem, honestam, & contrà. Iterumque contra ca-
uillatores. Bona.

DESII iam de te esse sollicitus. Quem, inquis, deorum sponsorem accepisti? eum scilicet qui neminem fallit, animum, recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est. potest fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I, quâ cœpisti: & in isto te vitæ habitu compone, placidè, non molliter. Malè tibi esse malo, quàm molliter. Malè nunc sic accipe, quemadmodum à populo solet dici, durè, asperè, laboriosè. Audire solemus sic quorundam vitam laudari, quibus invidetur: *Molliter vivit*. hoc dicunt, malus est. Paullatim enim effeminatur animus, atque in similitudinem otij sui & pigritiæ, in quâ iacet, soluitur. Quid ergo? viro non vel obrigescere satius est? Deinde delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem. Multum interest inter otium, & conditiuum. Quid ergo, inquis, non satius est vel sic iacere, quàm istis officiorum vorticibus volutari? Vtraque res letalis est, & contractio, & torpor. Puto, æquè qui in odoribus iacet mortuus est, quàm qui rapitur vno. Otium sine litteris mors est, & hominis viui sepultura. Quid denique prodest secessisse, tamquam non trans maria nos sollicitudinum caussæ persequantur? Quæ latebra est, in quam non intret metus mortis? quæ tam munita, & in altum subducta vitæ quies, quam non dolor territet? Quocumque te abdidideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quæ circumeunt nos, quò aut fallant, aut vrgeant: multa intus, quæ etiam in mediâ solitudine exæstuant. Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis laceffitum non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, & arce se suâ vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, vt putamus, fortuna longas manus: neminem occupat, nisi hærentem sibi. Itaque quantum possumus, ab illâ resiliamus: quod sola præstabit sui naturæque cognitio. Sciat quò iturus sit, vnde ortus: quod illi bonum, quod malum sit: quid petat, quid deuitet: quæ sit illa ratio, quæ appetenda ac fugienda discernat, quâ cupiditatum mansuescit infania, timorum sæuitia compefcitur. Hæc quidam putant ipsos etiam sine philosophiâ repressisse: sed cùm securos aliquis casus expertus est, exprimitur sera confessio. Magna verba excidunt, cùm tortor poposcit manum, cùm mors propius accessit. Possis illi dicere: Facilè prouocabas mala absentia: ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas: ecce mors, quam contra multa animosè locutus es: sonant flagella, gladius micat:

Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.

Faciet autem illud firmum assidua meditatio: si non verba exercueris, sed animum: si contra mortem te præparaueris: aduersus quam non exhortabitur, nec attollet, qui cauillationibus tibi persuadere tentauerit, mortem malum non esse. Libet enim, Lucilivitorum optime, ridere ineptias Græcas, quas nondum, quamuis mirer, excussi. Zeno noster hac collectione vititur: Nullum malum gloriosum est: mors autem gloriosa est:
mors

EPIST. LXXXII. I. QVI IN ODORIBVS IACET.] Simile hoc prouerbiale, in Theognide: *Ασπλάσσοι δὲ τὰ πνοιὴ ὅμοιον ἔραμα θάροντι.*

2. INEXPUGNABILIS MVRVS.] Dixi aliquid *Manud. III. Dissert. I.*

3. LACESSITVM NON TRANSIT.] *Meus, non traxit: quod esset, deiecit, euerit.*

4. SINE PHILOSOPHIA REPRESSISSE.] *Nescio an, repperisse, aptius, vt priora omnia complectatur.*

5. QVAMVIS MIRER.] *Imò damnas, non miraris. Legebam olim, quamuis iners. Nunc melius arbitror, litterâ additâ: quamuis mirere. Licet mireris, & iacitus carpas, nondum abiici.*

A mors ergo non est malum. Profecisti. liberatus sum metu: post hæc, non dubitabo porrigere ceruicem. Non vis feuerius loqui, nec morituro risum mouere? Non mehercule facile tibi dixerim, vtrum ineptior fuerit, qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum extinguere: an qui hoc tamquam ad rem pertineret, conatus est soluere. Nam & ipse interrogationem contrariam opposuit, ex eo natam, quod mortem inter Indifferentia ponimus, quæ *ad id quod* Græci vocant. Nihil, inquit, indifferens gloriosum est: mors autem gloriosum est: ergo mors non indifferens. Hæc interrogatio vides ⁶ vbi obrepit. mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est: & cum dicit, Indifferens nihil gloriosum est: concedo tibi ita, vt dicam, nisi gloriosum esse, nisi circa Indifferentia: ⁷ Indifferentia autem esse dico, nec bona, nec mala, tamquam morbum, dolorem, paupertatem, exsilium, mortem: nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed is quem non submittit, nec incuruat: laudatur non exsilium, ⁸ sed qui hoc non doluit: laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegit dolor.

B Nemo mortem laudat, sed eum cui mors antè abstulit animum, quam conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloriosa: sed quidquid virtus ex illis adiit, tractauitque, honestum & gloriosum facit. Illa in medio posita sunt: interest, ⁹ vtrum malacia illis an virtus manum admouerit. Mors enim illa, quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est & erubescenda. ¹⁰ Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras quæreret, ¹¹ ad exonerandum ventrem secessit, & euocatus ad mortem, iussuque præbere ceruicem: *Præbebo*, inquit, *ita viuam*. Quæ dementia est fugere, cum retro ire non possis? *Præbebo*, inquit, *ita viuam*. panem adiecit, vel sub Antonio. O hominem dignum, qui vitæ dederetur! Sed, vt cæperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse, nec bonum: Cato illà honestissimè vsus est, turpissimè Brutus. Omnis res, quod non habuit decus, virtute additâ sumit. Cubiculum lucidum dicimus: hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quæ à nobis indifferentia ac media dicuntur, diuitiis, viribus, formæ, honoribus, regno: & contra, morti, exsilio, malæ valetudini, doloribus, quæque alia aut minùs aut magis pertinuimus: aut malitia, aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida, nec frigida est. in fornacem coniecta concaluit: in aquam remissa refrigit. Mors honesta est, per illud quod honestum est: id est virtus, & animus externa contemnens. Est & horum, Lucili, ¹² quæ appellamus Media, grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est, quomodo vtrum ¹³ capillos pares habeas, necne: mors inter illa est, quæ mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est, & permanendi conseruandique se infixa voluntas, atque aspernatio dissolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui assueuimus rerum copiâ educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod hæc iam nouimus: illa ad quæ transituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaque etiam si

- D 6. VBI OBREPAT.] *Latenter imponat.*
7. INDIFFERENTIA AVTEM ESSE DICO.] *Nos fuisse Manud. II. Dissert. XXII.*
8. SED QVI HOC NON DOLUIT.] *Mens, & quidam hic auctiores: non doluit, quamuis isset: quod & in Pinciam fuit. Lego, quamuis esset.*
9. VTRVM MALACIA ILLIS.] *A Mureto est, & sunt qui defendant. Mihi tamen certum libris credere, qui, malitia, scribunt. Opponit enim Virtuti, & est Græcorum uaria.*
10. HIC EST ENIM BRVTVS.] *Decimus ille Brutus, qui à Mutinâ in Macedoniam fugam intendit, sed perfidiâ hospitis captus in viâ & proditus est.*
11. AD EXONERANDVM VENTREM.] *Seneca hoc fide nititur: nemo alius, quos hodie legimus, im-*

pegit. De Cn. Carbone hoc saltem Valerius lib. I X. cap. XI II. qui tertio consulatu suo, iussu Pompeij ad supplicium ductus, petijt à militibus demisse, vt sibi aluum alleuiare, priusquam exspiraret, liceret: quod miserimæ lucis vlu diutiùs frueretur. At idem de nostro hic Bruto: Exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit? Nam à Furio comprehensus, non solum ceruicem gladio subtraxit, verum etiam constantius eam præbere admonitus, ipsi his verbis iurauit: Ita viuam, dabo.

12. QVÆ APPELLAMVS MEDIA, GRANDE DISCRIMEN.] *Executus sum in Manuductione, loco dicto.*

13. CAPILLOS PARES.] *Hoc exemplo sollemniter Stoici utebantur, ex Laertio & Stobæo. Nihil autem interest scilicet, pares an impares habeam.*

etiam si indifferens mors, non tamen inter ea est quæ facile negligi possint: magnâ excitatione durandus est animus, vt conspectum eius accessumque patiat. Mors contemni debet magis, quàm solet. multa enim de illâ credimus: multorum ingeniis certatum est, ad augendam eius infamiam. Descriptus est carcer infernus, & perpetuâ nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci,

*Ossa super recubans antro semesâ cruento,
Æternum latrans exsanguis territat umbras.*

Sed etiam cum persuaseris ista fabulas esse, nec quidquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus. ¹⁴ Æquè enim timent, ne apud inferos sint, quàm ne nusquam. His aduersantibus, quæ nobis infudit longa persuasio, fortiter pati mortem, quid ni gloriosum sit, & inter maxima opera mentis humanæ? quæ numquam ad virtutem exurgeret, si mortem malum esse crediderit: exurgeret, si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura, vt aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre veniet, & cunctanter: non est autem gloriosum, quod ab inuito & tergiuersante fit. nihil facit virtus, quia necesse est. Adiace nunc, quod nihil honestè sit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nullâ parte sui repugnauit. Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorum metu fit, aut spe bonorum, ad quæ peruenire tanti sit, deuorata vnus mali patientiâ. Dissident inter se iudicia facientis. Hinc est, quod iubcat proposita perficere: illinc, quod retrahat, & ab re suspectâ ac periculosâ fuget. Igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordî animo decreta peragit: non timet quod facit.

*Tu me cede malis, sed contra audentior ito,
Quàm tua te Fortuna sinet.*

Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc è pectore est: ¹⁵ alioquin hæsitabit impetum moratura suspicio. trudetur in id, quod inuadendum est. Nostri quidem videri volunt Zenonis interrogationem veram esse, fallacem autem alteram & falsam, quæ illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem Dialecticam, & ad illos artificij veteriosissimi nodos: totum genus istud exturbandum iudico, quo circumscripti se qui interrogatur, existimat, & ad confessionem perductus aliud responderet, aliud putat. Pro veritate simplicius agendum est: contra metum fortius. Hæc ipsa quæ voluntur ab illis, ¹⁶ solvere malim & expendere, vt persuadeam, non vt imponam. In aciem educturus exercitum, pro coniugibus ac liberis mortem obiturum, quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios, totum Reip. bellum in vnâ transferentes domum. Laco-nas tibi ostendo, in ipsis Thermopylarum angustiis positos, nec victoriam sperantes, nec reditum. ille locus illis sepulchrum futurus est. Quemadmodum exhortaris, vt totius gentis ruinam, obiectis corporibus excipiant, & vitâ potius quàm loco cedant? Dices, Quod malum est, gloriosum non est: mors gloriosa est: mors ergo non malum? O efficacem concionem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus, & stans mori? At ille Leonidas quàm fortiter illos allocutus est? Sic, inquit, commilitones prandente, tanquam apud inferos cenaturi. Non in ore creuit cibus, non hæsit in faucibus, non elapsus est manibus: alacres illi & ad prandium promiserunt, & ad cenâ. Quid ¹⁷ dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est? Ire commilitones illò necesse est: unde redire non est necesse. Vides quàm simplex & imperiosa virtus sit. Quem mortalium circumscriptiones vestræ fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Frangunt animum, qui numquam minùs contrahendus est, & in minuta ac spinosa cogendus, quàm cum aliquid

14. ÆQUE ENIM TIMENT.] Est solita hystorologia. & vult dictum: Æquè timent, ne nusquam sint (id est, pereant) quàm ne apud inferos.

15. ALIOQVIN HÆSITABIT IMPETVM.] Afsentior Crutero, hebetabit.

16. SOLVERE MALIM ET EXPENDERE.] Imò verò, expendere: & ita illud voluntur intellige-

tur. Dialectici contrahunt & conuolunt, rhetores expandunt.

17. DVX ILLE ROMANVS.] Q. Cæditius opinor, qui cccc. milites duxit in montem, imò in mortem, per medios hostium cuneos. Agellius, & Florus in primo bello Punico, etsi alius aliter virum appellat.

A 18 grande componitur. Non trecētis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet: quomodo illos docebis malum non esse? quomodo opiniones totius æui, quibus protinus infantia imbuitur, euinces? quod auxilium inuenies? Quid dices imbecillitati humanæ? quid dices quo inflammati in media pericula irruant? quâ oratione hunc timendi consensum, quibus ingenij viribus obnixam contra te persuasionem humani generis auertes? verba mihi captiosa componis, & interrogatiunculas nectis. Magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Africâ struam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisque petierunt. 19 Ne Python quidem vulnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida, ferrum, & quidquid humanæ torferant manus, reuiceret. 20 molaribus demum fracta saxis est: & aduersus mortem tu tam minuta iacularis? subulâ leonem excipis? Acuta sunt ista quæ dicis. Nihil est acutius aristâ. quædam inutilia & inefficacia, ipsa subtilitas reddit.

B

EPIST. LXXXIII.

VIVENDVM, vt coram Deo inspectore & arbitro. Adiungit de suâ tunc vitâ, temperantiâ, vigilantia. Iterum (vt priore epistola) contra luxuriosos, & qui minus sermionibus aut cauillis Sapientiam eneruant. Docet ab ipso Zenone, contra Ebrietatem differere. Atqui fortius clariusque agendum: & exemplum prebet, & vitium illud damnat. Bona.

SINGVLOS dies tibi meos, & quidem totos, indicari iubes. Benè de me iudicas, si nihil esse in illis putas, quod abscondam. Sic certè viuendum est, tamquam in conspectu viuamus: sic cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum inspicere possit: & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? 1 nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, & cogitationibus mediis interuenit. Sic interuenit dico, 2 tamquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes, & quid agam, & quo ordine, libenter tibi scribam. obseruabo me protinus: & quod est utilissimum, diem meum recognosciam. Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. Quid facturi simus, cogitamus, & id rarè: quid fecerimus, non cogitamus. atqui consilium futuri ex praterito venit. Hodiernus dies solidus est. nemo ex illo quidquam mihi eripuit: totus inter fratrum lectionemque diuisus est. Minimum exercitationi corporis datum: & hoc nomine ago gratias senectuti. non magno mihi constat: cum me moui, lassus sum. Hic autem exercitationis, etiam fortissimis, finis est. 3 Progyrnastas meos quæris? vnus mihi sufficit 4 Earinus, puer (vt scis) amabilis: sed mutabitur. Iam aliquem tenerio-

rem

18. GRANDE COMPONITVR.] *Meus*, componit.

D 19. NE PYTHON QUIDEM.] *Meus*, & quidam, Nephitio: ex quo ingeniosè P. Faber, ne Pythonio: quasi dicat, nec Apollo ille, qui Pythonem occidit, hanc laferit. Sed profectò audacius & elatius hoc fit: ac planè Erasmo assentior, ne pilo quidem. Crescit enim oratio, Non sagitte, non fundâ lapides, non pili vehementior iactus potuit, sed tormenta denique occiderunt.

20. MOLARIBVS DEMVM FRACTA.] Quos ballistæ inuorquebant. Valerium vide lib. 1. Orosium, Agellium, Plinium.

EPIST. LXXXIII. I. NIHIL DEO CLVSVM EST.] Efficax & pium dogma! quod Epictetus aliquoties inculcat. vt lib. 1. 1. Dissert. cap. VIII. Dei statuâ aut simulacro præsentem, non ausis tale aliquid facere, qualia facis: ipso autem Deo intrinsecus præsentem, & omnia inspiciente & au-

diente, non vercundaris hæc cogitare, hæc agere, & ignare naturæ tuæ, & Diis infelste? Iterum libro 1. cap. XIV. cum promississet Deum omnia intueri, omnibus adesse, magis quam Solem: tamen, inquit, etiam custodem cuique nostrum addidit, & Genium curatorem. Cum igitur fores obduxeris, & tenebras intus feceris, ne succurrat dicere, Solus sum: non enim es: sed Deus intus est, & Genius noster intus est. quibus quid opus illato lumine, vt videant quid faciatis? Ille autem Genius, est habitans in nobis Deus, vt Seneca hic sentit: etsi de adficiente etiam capias verè.

2. TAMQVAM ALIQVANDO DISCEDAT.] Atqui non discedit: & dictum sic excusat. pro hoc sensu, melius in interrogatione esse ferri.

3. PROGYRNASTAS MEOS.] Habebant priuatum istos, velut Præexercitores, qui docebant & ducebant.

4. EARINVS PVER.] Quasi veruus & floridus: & tali

A ro, ¹⁷ si solet ebrius fieri, & huic obnoxius vitio est. Nunc à Zenone dici qui solet fieri ebrius, non qui sit. Huic autem neminem commissurum arcana, quæ per vinum eloqui possit. quod est falsum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum qui est ebrius, non cum qui futurus est. Plurimum enim interesse conceditur inter ebrium & ebriosum. potest & qui ebrius est, tunc primùm esse, nec habere hoc vitium: & qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. Itaque id intelligo, quod significari verbo isto solet: præsertim cum ab homine diligentiam professo ponatur, & verba examinante. Adhuc nunc, quod si hoc intellexit Zeno, & nos intelligere voluit, ambiguitate verbi quæsiuit locum fraudi: quod faciendum non est, ubi veritas quæritur. Sed sanè hoc senserit: quod sequitur, falsum est, ei qui solet ebrius fieri, non committi sermonem secretum. Cogita enim quàm multis militibus, non semper sobriis, & imperator, & tribunus, & centurio, tacenda mandauerit. De illà C. Cæsaris cæde, illius dico qui superato Pompeio Rempublicam tenuit tam creditum est Tillio Cimbro, quàm C. Cassio.

B Cassius totà vitâ aquam bibit: Tillius Cimber & nimius erat in vino, ¹⁸ & scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: *Ego, inquit, ¹⁹ quemquam feram, qui vinum ferre non possum?* Sibi quisque nunc nominet eos, quibus scit & vinum malè credi, & sermonem benè. Vnum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam, ne intercidat. Instruenda est enim vita exemplis illustribus. non semper confugiamus ad vetera. ²⁰ L. Piso, vrbis custos, ebrius ²¹ ex quo semel factus est, fuit. maiorem partem noctis in conuiuio exigebat: vsque in horam sextam ferè dormiebat: hoc erat eius matutinum. Officium tamen suum, quo tutela vrbis continebatur, diligentissimè administravit. Huic & diuus Augustus dedit secreta mandata, cum illum ²² præponeret Thraciæ, quam perdomuit: & Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in vrbe & suspecta relinqueret & inuisa. ²³ Puto quia illi benè cesserat Pisonis ebrietas, postea ²⁴ Cossium fecit vrbis præfectum, virum grauem, moderatum, sed inersum vino, & madentem: adeò, vt ex senatu aliquando, in quem è conuiuio venerat, oppressus inexcitabili somno, tolleretur. Huic tamen Tiberius multa suâ manu scripsit, quæ committenda ne ministris quidem suis iudicabat. Nullum Cossio aut priuatum secretum, aut publicum elapsum est. Itaque declamationes istas de medio remoueamus: Non est animus in suâ potestate, ebrietate deuinctus. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris eiecat: sic vino exaltuante, quidquid in imo iacet abditum, effertur, & prodit in medium. Onerati mero, quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne secretum quidem: quod suum alienumque est, pariter effundunt. Sed quamuis hoc solet accidere, ita & illud solet, vt cum his quos scimus libentius bibere, ²⁵ de rebus necessariis deliberemus. Falsum est ergo hoc, quod patrociniij loco ponitur, ei qui solet ebrius fieri, ²⁶ non dari tacitum. Quanto satius est, aperte accusare ebrietatem, & vitia eius exponere? quæ etiam tolerabilis homo vitauerit, nedum perfectus ac sapiens. cui satis est sitim extinguere: qui etiam si quando orta est hilaritas, alienâ causâ producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo videbi-

D

17. SI SOLET EBRIUS FIERI.] Ita. si Græcè *μᾶλλον* dixit, in utrumque ea vox valet. At vix Latinis: & *μᾶλλον*, siue qui solet & gaudet, Ebriosus dicitur.

18. ET SCORDALVS.] Dixi epist. lvi.

19. QUEMQUAM FERAM.] *Supra me dominum. nrape Cæsarem.*

20. L. PISO VRBIS CVSTOS.] De quo Tacitus vi. Annalium, atque ego ibi: Suetonius Tiberij cap. xlii.

21. EX QVO SEMEL FACTVS EST.] Ita scripti meliores. si rectè, sensum puto, Post vnâ illam ebrietatem, quæ Præfectum vrbis fecit, placuit semper esse ebrium. Vel etiam, Cum semel in die ebrius, semper erat, non desistebar.

22. PRÆPONERET THRACIÆ.] *Hac in Tacito, & meo Commentario.*

23. PUTO QVIA BENE.] *Sciungenda à prioribus, vt distinxit. non enim Cossium præfecit iens in Campaniam Tiberius, sed quinquennio circiter post, quod ex Annalibus, & morte Pisonis, clarum.*

24. COSSVM FECIT.] *Cossium Cornelium Cn. F. Lentulum, qui Consul sub Augusto anno DCCLII. an filium eius, qui sub Tiberio Consul DCCLXXVIII.*

25. DE REBUS NECESSARIIS DELIBEREMVS.] *Imò consilia tunc non liberiora tantum, sed meliora, in quibusdam præsertim ingenis, de quo Plutarchum lege Quæst. Conuii. vii. cap. vlt.*

26. NON DARI TACITVM.] *Sensus, non mandari aut credi secretum. Sed phrasis insolentior. an foris, non nudari tacitum?*

debimus, ²⁷ an sapientis animus nimio vino turbetur, & faciat ebriis solita. Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quam turpe sit, plus sibi ingerere quam capiat, & stomachi sui non nosse mensuram: quam multa ebrii faciant, quibus sobrii erubescant: nihil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor, sed breuior. Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit: & intellecto facinore, mori voluit, ²⁸ certe debuit. Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit: obstantem malis conatibus verecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi, quam bonâ voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit, tunc libidinosus ne cubiculum quidem exspectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido: B omne vitium ²⁹ detegitur & prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum: stomachi tormenta, cum effertescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen vtcumque tolerabile est, dum illi vis sua est: quid cum somno vitiatur, & quæ ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes, bellicosasque, hostibus tradidit: hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit: hæc contumacissimos, & iugum recusantes, in alienum egit arbitrium: hæc inuictos acie mero domuit. Alexandrum, cuius modò feci mentionem, tot itinera, tot prelia, tot hiemes, per quas, victâ temporum locorumque difficultate, transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi, & ille ³⁰ Herculanæus ac fatalis scyphus condidit. Quæ gloria est, capere multum? Cum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusauerint, cum superstes toti contiuiuo C fueris, cum omnes viceris virtute magnificâ, & nemo tam vini capax fuerit, vincêris à dolio. M. Antonium, magnum virum & ingenij nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia non Romana traiecit, quam ebrietas, ³¹ nec minor vino Cleopatrarum amor? Hæc illum res hostem reipublicæ, hæc hostibus suis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum ³² capita principum ciuitatis cœnanti referrentur, cum inter apparatusissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptionum recognosceret, cum vino grauis, sitiret tamen sanguinem. ³³ Intolerabile erat quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod hæc in ipsâ ebrietate faciebat? Ferè vinolentiam

27. AN SAPIENTIS ANIMVS.] Stoicum enim dogma est, Non fieri ebrium. Vide Manuduct. III. Dissert. XVIII.

28. CERTE DEBUIT.] Assumptum est à veteri meâ coniecturâ. nam libri ferè, deliuit, aut diruit, quidam, decuit. In quibusdam &, eruit: ex quo bene etiam Gruterus, meruit.

29. DETEGITUR ET PRODIT.] In meo, detexitur, in aliis, taxatur: ex quo fecerim, laxatur: scilicet remoto omni verecundia repagulo aut freno.

30. HERCVLANEVS SCYPHVS.] Ita Plutarchus, in Alexandro: quosdam tradere, quod scypho Herculis epoto, statim in morbum incidisset. Quis autem ille? In Athenâ x i. leges, Boëotios primum magnos quosdam argenteos scyphos fecisse, quos Herculanæos vocant, quia Hercules ille Boëotius sit vsus. Idem scriptor in x i i. ostendit, scyphum eum libatorium fuisse, & in extremâ mensâ usurpatum. Nam Herculem epulandi cupi-

dissimum fuisse: ideoque apud homines, eius exemplo, morem obtinuisse, vt libantes nihil in calice vini relinquant. Adde ex Nicetâ Choniata, de Camatero Logothetâ. magnum edonem & bibonem fuisse, superasse illos, in quorum manibus amphoræ, vt calices, versabantur, καὶ τὸν σκύφον εἶχον ἀεὶ ἐπὶ τῶν ἐσθίων ἢ ἡπαιδίων: & habebant semper post cœnam illum scyphum Herculanæum.

31. NEC MINOR VINO, CLEOPATRÆ.] Putarem, vini.

32. CAPITA PRINCIPVM.] In proscriptione, nominatim Ciceronis.

33. INTOLERABILE ERAT, QVOD.] Concinnus olim: Intolerabile erat, quod ebrius fieret: quanto intolerabilius. Et libri scripti sanè huc ducunt. Sententia est, Turpe erat illum Triumvirum & reip. curatorem palam ebrium fieri: quid talia faceret? At quidam libri quia habent, quod ebrius faceret (vt meus) possis legere, ebrius iaceret.

A tiam crudelitas sequitur. ³⁴ violatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radij solis offensionem: ita ebrietates continuæ efferant animos. Nam cum sæpe apud se non sint, ³⁵ consuetudine insaniam durata vitia, vino concepta, etiam sine illo valent. Dic ergo, quare sapiens non debeat ebrius fieri. Deformitatem rei & importunitatem ostende rebus, non verbis: quod facillimum est. Proba istas, quæ voluptates vocantur, ubi transcenderint modum, pœnas esse. Nam si illud argumentaberis, ³⁶ sapientem multo vino inebriari, & retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit: licet colligas, nec veneno potio moriturum, ³⁷ nec sopore sumpto dormiturum, nec elleboro accepto quidquid in visceribus hærebit, ³⁸ eieciurum, deieciurumque. Sed si tentantur pedes, lingua non constat: quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium?

B EPIST. LXXXIV.

STILVVM lectionemque alternanda esse. Lecta autem, in succum unum vertenda, & nostra faciendâ. Denique adhortatio ad Sapientiam. Bona & vitia monita.

ITINERA ista quæ segnitiam mihi excutiunt, & valetudini meæ prodesse iudico, & studiis. Quare valetudinem adiuuent, vides: cum pigrum me, & negligentem corporis, litterarum amor faciat, ¹ alienâ operâ exercëor. Studiis quare profint, indicabo. ² A lectionibus recessi. Sunt autem, ut exillimo, necessariæ. primum, ne sim me vno contentus: deinde, ut cum ab aliis quæ sita cognouero, tum & de inuentis iudicem, & cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium: & studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus. altera res contristabit, & vires exhauriet: de stilo dico: altera soluet ac diluet. Inuicem hoc illo commutandum est, & alterum altero temperandum: ut quidquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus. ³ Apes (ut aiunt) debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde quidquid attulere, disponunt, ac per fauos digerunt: & ut Virgilius noster ait,

— liquentia mella

Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

De illis non satis constat, virum succum ex floribus ducant, qui protinus inel sit: an quæ collegerunt, in hunc saporem mixturâ quadam, & proprietate spiritus sui, mutant. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos ⁴ mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cæli,

⁵ aut

34. VIOLATUR ENIM.] Libri, violatur, villatur, meus, vellatur. ex quo Pincianus belluatur; ingeniosè faci:bat. Ego suspiror; fellatur, amarescit & bilefert, à felle. quod nouitium nobis verbum; sed & alia in Senecâ.

35. CONSVETVDINE INSANIÆ DVrata.] Liber meus & quidam, consuetudo. Lego: Nam cum sæpe apud se non sint, consuetudo insaniam durat, ac vitia vino concepta etiam f. i. valent. Vera eius mens, & lectio. Sæpe per ebrietatem à se abeunt: & ut redeant, manet consueudo insanendi, ac vini vitia sine vino.

36. SAPIENTEM MVLTÒ VINO.] Vide Paradoxum istud, in Manduct. III. Dissert. XVIII.

37. NEC SOPORE SVMPTO.] Ita vocat soporiferum medicamen, ut Aemilius Probus in Dion, & noster v. De Benefic.

38. EIECTVRVM DEIECTVRVMQVE.] Si vox altera non superest (nec puto) accipe, Eie-

cturum superne, Deieciurum inferne. Vis utraque helleboro.

EPIST. LXXXIV. I. ALIENA OPERA.] Equorum qui in effedo vehunt, aut seruorum in sella.

2. A LECTIONIBVS RECESSI.] Imò cum quibusdam libris, non recessi: & sequentia docent. Sequela etiam sermonis & illatio postulat. Quare profint studiis: quia gestatio legere non impedit, vel certe legentem audire. Itaque meus & aliquot scripti, à lectoribus habent: & statim, necessarii.

3. APES, VT AIVNT.] Hæc omnia transscripsit Macrobius i Saturn. initio.

4. MEL IN ARVNDINVM FOLIIS.] Strabo lib. xv. Εἰρηὸς δὲ καὶ περὶ τῆς καλαμῶν ἐπι ποιοῦσι μέλι, μελιωτῶν μὲν ἄσων: Dicitur quòd & ex arundinibus mel faciant, cum apes non habeant. Intelligunt nostrum istud Saccharum, Arabicâ voce dictum.

5. AVT

aut ipsius arundinis humor dulcis & pinguior gignat. In nostris quoque herbis vim A
 eandem, sed minus manifestam & notabilem poni: quam persequatur & contrahat
 animal huic rei genitum. Quidam existimant, conditurâ & dispositione in hanc quali-
 tatem verti, quæ ex tenerissimis virentium florentiumque decerpserint: non sine quo-
 dam, vt ita dicam, fermento, quo in vnum diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud, quàm
 de quo agitur, abducatur, nos quoque apes debemus imitari, & quæcumque ex diuersâ le-
 ctione congesimus, separare. melius enim distincta seruantur. Deinde adhibitâ inge-
 nij nostri curâ & facultate, in vnum saporem varia illa libamenta confundere: vt etiam
 si apparuerit vnde sumptum sit, aliud tamen esse, quàm vnde sumptum est, appareat.
 quod in corpore nostro videmus, sine vllâ operâ nostrâ, facere naturam. Alimenta quæ
 accepimus, quamdiu in suâ qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt:
 at cum ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in vires & in sanguinem transeunt.
 Idem in his, quibus aluntur ingenia, præstemus: vt quæcumque hausimus, non patia-
 mur integra esse, ne aliena sint. Concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, non B
 in ingenium. Assentiamur illis fideliter, & nostra faciamus, vt vnum quiddam fiat ex
 multis: sicut vnus numerus fit ex singulis, cum minores summas & dissidentes compu-
 tatio vna comprehendit. Hoc faciat animus noster. omnia quibus est adiutus, abscon-
 dat: ipsum tantum ostendat, quod effecit. Etiam si alicuius in te comparebit similitu-
 do, quem admiratio tibi alius fixerit: similem esse te volo quomodo filium, non quo-
 modo imaginem. Imago, res mortua est. Quid ergo? non intelligetur cuius imiteris
 orationem? cuius argumentationem? cuius sententias? Puto aliquando ne intelligi qui-
 dem posse, si magni viri. nec enim omnibus, quæ ex quoque velut exemplaria traxit,
 formam suam impressit, vt in vnitatem illam competant. Non vides quàm multorum
 vocibus chorus constet? vnus tamen ex omnibus sonus redditur. aliqua illis acuta est,
 aliqua grauis, aliqua media. accedunt viris faminae, interponuntur tibiae: singulorum
 illis latent voces, omnium apparent. De choro dico, quem veteres philosophi noue-
 rant. In commissionibus nostris plus cantorum est, quàm in theatris olim spectatorum C
 fuit. cum omnes vias ordo canentium impleuit, & cauea aeneatoribus cincta est,
 & ex pulpito omne tiliarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis.
 Talem animum esse nostrum volo, vt multæ in illo artes, multa præcepta sint, multa-
 rum atatum exempla, sed in vnum conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? as-
 fiduâ intentione: si nihil egerimus, nisi ratione suadente. hanc si audire volueris, dicet
 tibi: Relinque ista iam dudum, ad quæ discurretur. relinque diuitias, aut periculum pos-
 sidentium, aut onus. relinque corporis atque animi voluptates: molliunt & eneruant.
 relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa. nullum habet terminum. tam sollicita
 est, ne quem ante se videat, quàm ne post se alium. laborat inuidiâ, & quidem duplici.

Vides

5. AVT IPSIVS ARVNDINIS HVMOR.] Illa
 veritas est. Lucanus 111.

Quique bibunt tenerâ dulces ab arundine
 succos.

Nec coctura etiam ignota ius fuit, ex Statio:

Et quas percoquit Ebusia cannas.

6. NEC ENIM OMNIBVS QVÆ.] Turbant
 libri, & variant. Aly, nec enim ex omnibus quæ
 ex quo velut exemplaria struxit, formam: meus,
 nec enim ex omnibus quæ hec vel ex quo. Ego
 faciebam: nec enim omnibus, quæ velut exempla-
 ria struxit, ex æquo formam suam impressit, tra-
 iectio aliquâ vocum. De sententiâ vix ambigo eam
 esse. Ille magnus vir, inquit, cui similem te velis, non
 ubique sui similis, nec eadem semper stili forma. Itaq,
 ne postus quidem æqualiter referre in æqualem.

7. QVEM VETERES PHILOSOPHI.] Quid
 philosophis cum choro? sibi aut vox insituta est, aut

mutanda potius in philodi. Nam Grecis φιλῶδολ,
 cantus amantes.

8. IN COMMISSIONIBVS NOSTRIS.] Omnino
 sic legendum: atque ita meus & meliores. Commis-
 siones ludorum dici, satis notum est: & sequentia Seneca
 palam de ludis. At vidi qui pertinaciter comessatio-
 nes retinent: quo argumento? quia in veterum con-
 uitiis, inquit, cantores, & tibicines, & cithariste.
 Aliud nos doceant. Illud oportebat, tanto numero,
 quanto spectatores in theatris fuisse. Id autem qui
 potest? & qua canatio sic capax? Sequentia etiam
 resutant.

9. CVM OMNES VIAS.] Theatrorum. nam
 via inter cuneos, & præcinctiones. Vbiq; igitur
 (nota) ibi cantores dispositi. Via autem quomodo sint
 in tricliniis?

10. CAVEA AENEATORIBVS.] En, & hic thea-
 trum. Tibicines autem sollemniter in ludis, ad com-
 mistendos, & finiendos. Vide me Satur. 11. cap. XIX.

II. MAGNO

A Vides autem quàm miser sit is, cui inuidetur, si & inuidet? Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa, rixa salutarium, limina? multum habent contumeliarum, ut intres: plus, cum intraueris. Præteri istos gradus diuitum, & magno aggestu suspensa vestibula. non in prærupto tantum istic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige, tranquillissimasque res, & simul amplissimas, pete. Quæcumque videntur eminere in rebus humanis, quamuis pusilla sint, & comparatione humillimorum extant, per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna submit: omnia quidem sub te, quæ pro excelsissimis habentur, adspicies, sed tamen venies ad summa per planum.

EPIST. LXXXV.

SOPHISMATA improbat, & à seriis studiis ea ardet. Exempla quædam dat, sed ad vitia traducit: & contra Peripateticos, Sapientem vacare affectibus debere. Deinde, Beatam vitam sibi sufficere: unam & æqualem esse, seu longam, seu breuem. Non etiam imminui ab externis, etsi mala, aut damna incurrant: & Sapientem omnibus bene uti. Bona, sapiens Epistola.

PEPERCERAM tibi, & quidquid nodosi adhuc supererat, præterieram: contentus quasi gustum tibi dare eorum, quæ à nostris dicuntur, ut probetur virtus ad explendam beatam vitam sola satis efficax. Iubes me, quidquid est interrogationum aut nostrarum, aut ad traditionem nostram excogitarum, comprehendere: quod si facere voluero, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor, hoc me argumentorum genere non delectari. pudet in aciem descendere pro diis hominibusque susceptam, subulâ armatum. Qui prudens est, & temperans est: qui temperans est, & constans: qui constans est, & imperturbatus est. qui imperturbatus est, sine tristitiâ est. qui sine tristitiâ est, beatus est: ergo prudens beatus est, & prudentia ad beatam vitam satis est. Huic collectioni hoc modo Peripateticorum quidam respondent. ut imperturbatum, & constantem, & sine tristitiâ, sic interpretentur, tamquam imperturbatus dicatur, qui raro perturbatur & modicè, non qui numquam. Item sine tristitiâ cum dici aiunt, qui non est obnoxius tristitiæ, nec frequens, nimiusve in hoc vitio. Illud enim humanam naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitiâ: sapientem non vinci maxore, ceterum tangi: & cetera in hunc modum sectæ suæ respondentia. Non hi tollunt affectus, sed temperant: quantulum autem sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & maestissimis lætior, & effrænatissimis moderatior, & humillimis maior? Quid si miretur velocitatem suam Ladas, ad claudos debilesque respiciens?

*Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec cursu teneras leffisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suspensa tumentî,
Ferret iter, celeres nec tingeret aquare plantas.*

Hæc est pernicitas per se æstimata, non quæ tardissimorum collatione laudatur. Quid si sanum voces, leuiter febricitantem? non est bona valetudo, mediocritas morbi. Sic, inquit,

11. MAGNO AGGESTU SUSPENSÆ VEST.] *suprà, epist. LXXXII: Subulâ leonem excipis. Spoliorum aggestu, quæ affigi postibus solent.*

12. NON IN PRÆRUPTO TANTVM.] *Et aliè stabis, ut cadere possis; & parum firmiter, ut labi.*

EPIST. LXXXV. I. SUBVLA ARMATVM.] *Tenui & subtili isto arguitur telo. Sic*

2. NON HIS TOLLUNT AFFECTVS.] *Adde De Ira 1. cap. VII. & VIII.*

3. VELOCITATEM SVAM LADAS.] *Primus restitui, cum scriberetur laudans. Ladas autem celebrata in adagium usque velocitatis cursor.*

4. QVO-

inquit, sapiens imperturbatus dicitur, ⁴ quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono viro intelligo, sed vacationem. nulla debent esse, non parua. Nam si vlla sint, crescent, & interim impediunt. Quomodo oculus maior & perfectio suffusio excacat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar illis erit ratio, & velut torrente quodam auferetur: praesertim cum illi non vnum, sed vniuersum affectuum cœtum relinquis, cum quo colluctetur. Plus potest quamuis mediocrium turba, quam posset vnius magni violentia. Habet pecuniæ cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non concitatam: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam, sed minus vagam ac mobilem: habet libidinem, non insaniam. Melius cum illo ageretur, qui vnum vitium integrum haberet, quam cum eo qui leuiora quidem, sed omnia. Deinde nihil interest, quam magnus sit affectus: quantuscumque est, parere nescit, consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non domesticum & mite; natura enim illorum est furda suadenti: sic non sequuntur, non audiunt affectus, quantulicumque sint. Tigres, leonesque numquam feritatem exuunt, aliquando submitunt: & cum minimè exspectaueris, exasperatur toruitas mitigata. Numquam bonâ fide vitia mansuescunt. Deinde si ratio proficit, ne incipient quidem affectus. si inuitâ ratione cœperint, inuitâ perseuerabunt. Facilius est enim, initia illorum prohibere, quam impetum regere. Falsa est itaque ista mediocritas & inutilis, eodemque loco habenda, quo si quis diceret modicè insanendum, modicè avertendum. Sola virtus habet, non recipiunt animi mala, temperamentum: facilius sustuleris illa, quam rezeris. Numquid dubium est, quin vitia mentis humanæ inueterata & dura, ⁵ quæ morbos vocamus, immoderata sint: vt auaritia, vt crudelitas, vt impotentia, vt impietas? ergo immoderati sunt & affectus: ab his enim ad illa transitur. Deinde si das aliquid iuris tristitiæ, timori, cupiditati, ceterisque motibus prauis, non erunt in nostrâ potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus iritantur. Itaque crescent, prout magnas habuerint minorésve causas, quibus concitentur. maior erit timor, si plus quò exterreatur, aut propius adspexerit: acrior cupiditas, quò illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostrâ potestate non est, an sint affectus; ne illud quidem est, quanti sint: si ipsis permisisti incipere, cum causis suis crescent, tantique erunt, quanti fient. Adhuc nunc, quòd ista quantumuis exigua sint, in maius excedunt. numquam perniciofa seruant modum. Quamuis leuia initia morborum, serpunt: & ægra corpora, minima interdum mergit accessio. Illud verò cuius dementia est credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrij terminos? Quomodo ad id finiendum satis valeo, ad quod prohibendum parum valui? cum facilius sit excludere, quam admissa comprimere. Quidam ita distinxerunt, vt dicerent: Temperans ac prudens positione quidem mentis, & habitu tràquillus est, euentu non est. nam quantum ad habitum mentis suæ, non perturbatur, nec contristatur, nec timet: sed multè extrinsecus causæ incidunt, quæ illi perturbationem afferant. Tale est quod volunt dicere: Iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, vitio timoris carere, affectu non carere. Quod si reci-

4. QUOMODO APYRINA DICUNTUR.] Hæc ipsa sunt in vetere scriptore Telete, apud Stob. Serm. CVI. ubi disputat hanc ipsam materiem, περί ἀπειρίας, De Imperturbatione. Visne igitur, inquit, vt quemadmodum malum Punicum ἀπύρινον dicimus, & homines ἀπερχήλους καὶ ἀπληρούς, (sine collo, aut latere:) ita etiam indolentes, ac intrepidus? Nam ibi significamus ἀπλῶς, non simpliciter sine costis aut lateribus, sed breuibus iis aut prauis: sicut & Amentem dicimus & Exsensum, non qui planè iis caret, sed qui talem mentem & sensus habet. An potius ista credi ridiculum est? sed quemadmodum innocens &

impeccans dicitur, qui ab omni noxâ & peccato purus est; sic & indolens, & intrepidus, dicendus est, qui extra dolorem metumque omnino sit. Adde sis plura. Sed pro Senecâ, vides vstatum Apyrinorum exemplum hic fuisse. Sunt autem Apyrina, vel Apyrena (vtrumque Græcis) Punica, quibus lignosus nucleus abest, & candidior natura, & blandiores sunt acini: vt Plinius li. XIII. cap. XIX. & nominat iterum libro XXIII. cap. VI. Quò similitudo igitur pertineat, clarum: non nullos habere affectus, sed rariore & mitiore, sicut Punica illa nucleos.

5. QUÆ MORBOS VOCAMVS.] Suprà, ep. LXXV.

6. PVTANT

A si recipitur, vsu frequenti timor transit in vitium : & ira in animum admissa, habitum illum irâ carentis animi reterit. Præterea, si non contemnit venientes extrinsecus causas, & aliquid timeret, cum fortiter eundem erit aduersus tela, ignes, pro patriâ, legibus, libertate, cunctanter exhibet, & animo recedente. Non cadit autem in sapientem hæc diuersitas mentis. Illud præterea iudico obseruandum, ne duo quæ separatim probanda sunt, misceamus. Per se enim colligitur, vnum bonum esse quod honestum : per se rursus, ad vitam beatam satis esse virtutem. Si vnum bonum est, quod honestum, omnes concedunt ad beatè viuendum sufficere virtutem : econtrario non remittetur, si beatum sola virtus facit, vnum bonum esse quod honestum est. Xenocrates & Speusippus ⁶ putant beatum vel solâ virtute fieri posse : non tamen vnum bonum esse quod honestum est. Epicurus quoque iudicat, cum virtutem habeat, beatum esse, sed ipsam virtutem non satis esse ad beatam vitam : quia beatum efficiat voluptas, quæ ex virtute est, non ipsa virtus. Inepta distinctio. Idem enim negat, vnumquam virtutem esse sine voluptate.

B ita si ei iuncta semper est, atque inseparabilis, & sola satis est : habet enim secum voluptatem, sine quâ non est, etiam cum sola est. Illud autem absurdum est, quod dicitur beatum quidem futurum vel solâ virtute ; non futurum autem perfectè beatum : quod quemadmodum fieri possit, non reperio. Beata enim vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile : quod si est, perfectè beata est. Si deorum vita nihil habet maius aut melius : beata autem vita diuina est : nihil habet, in quod amplius possit attolli. Præterea, si beata vita nullius est indigens, omnis beata vita perfecta est, eademque est & beata, & beatissima. Numquid dubitas, quin beata vita summum bonum sit ? ergo si summum bonum habet, summè beata est. Quemadmodum summum, adiectionem non recipit (quid enim supra summum erit) ita ne beata quidem vita, quæ sine summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris, & multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies : cum summum bonum intelligam, quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minùs beatus quàm alius, sequitur, vt hic alterius vitam beatioris

C magis concupiscat, quàm suam. beatus autem nihil suæ præfert. Vtrumlibet ex his incredibile est : aut aliquid beato restare, quod esse quàm quod est malit : aut id illum non malle, quod illo melius est. Vtique enim quo prudentior est, hoc magis se ad id quod est optimum, extendet, & id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiamnum potest, imò qui debet ? Dicam quid sit, ex quo veniat hic error. Nesciunt beatam vitam vnâ esse. in optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque ⁷ in æquo est longa & breuis, diffusa & angustior, in multa loca, multasque partes distributa, & in vnum coacta. Qui illam numero æstimat, & mensurâ, & partibus, iam illi quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beatâ vitâ eximium ? quod plena est. Finis, vt puta, edendi bibendique satietas est : hic plus edit, ille minus : quid refert ? vterque iam satur est. hic plus bibit, ille minus. quid refert ? vterque non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus : nihil interest si tam illum multi anni

D beatum fecerunt, quàm hunc pauci. Ille quem tu minùs beatum vocas, non est beatus : non potest nomen imminui. Qui fortis est, sine timore est : qui sine timore est, sine tristitiâ est : qui sine tristitiâ est, beatus est. Nostorum hæc interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur, falsam nos rem, & controuersam pro confessâ inducere, eum qui fortis est, sine timore esse. Quid ergo ? inquit. fortis imminetia mala non timebit ? istud dementis alienati que, non fortis est. Ille verò, inquit, moderatissimè timeret, sed in totum extra metum non est. Qui hæc dicunt, rursus in idem reuoluuntur, vt illis virtutum loco sint minora vitia. Nam qui timet quidem, sed rariùs & minùs, non caret malitiâ, sed leuiore vexatur. At enim dementem puto, qui mala imminetia non extimescit. Verum est quod dicit, si mala sunt : sed si scit mala illa non esse, & vnâ tantum turpitudinem malum iudicat, debet securè pericula adspicere, & aliis timenda con-

6. PUTANT BEATVM VEL SOLA VIRTUTE.]
Non tamen beatissimum: & in eo à Stoâ disident,
vt mox obserues.

7. IN ÆQVO EST LONGA ET BREVIS.] In
Manuduct. III. Dissert. III.

contemnere. aut si stulti & amentis est, mala non timere: quo quis prudentior est, hoc A
timebit magis. Ut vobis, inquit, videtur, præbebit se periculis fortis. Minimè, non timebit illa, sed vitabit: cautio illum decet, timor non decet. Quid ergo? inquis. mortem, vincula, ignes, alia tela fortunæ non timebit? Non: scit enim illa non esse mala, sed videri: omnia ista humanæ vitæ formidines putat. Describe captiuitatem, verbera, catenas, egestatem, & membrorum lacerationes, vel per morbum, vel per iniuriam: & quidquid aliud attuleris, inter lymphaticos metus numerat. Ista timidus timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nostrâ sponte veniendum est? Queris, quid sit malum? Cedere his quæ mala vocantur, & illis libertatem suam dedere, pro quâ cuncta patienda sunt. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quæ nobis iugum imponunt. Non dubitarent quid conueniret forti viro, si scirent quid esset fortitudo. Non est enim inconsculta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio: scientia est distinguendi quid sit malum, & quid non sit. Diligentissima in tutelâ sui fortitudo est, & eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est. Quid ergo, si ferrum B
intentatur ceruicibus viri fortis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si viscera sua in sinu suo vidit, si ex intervallo, ⁸ quò magis tormenta sentiat, repetitur, & per siccata viscera recens demittitur sanguis, non timere istum tu dices, non dolere? iste verò dolet: sensum enim hominis nulla exiit virtus: sed non timet. iniuctus ex alto dolores suos spectat. Quaris, quis tunc animus illi sit? qui ægrum amicum adhortantibus. Quod malum est, nocet: quod nocet, deteriorem facit: dolor & paupertas deteriorem non faciunt: ergo mala non sunt. Falsum est, inquit, quod proponitur: non enim si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas & procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent: Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procellâ, quia non possit id quod proposuit efficere, nec tenere cursum suum: deteriorem illum in arte suâ non fieri, in opere fieri. Quibus Peripateticus: Ergo, inquit, & sapientem deteriorem faciet paupertas & dolor, & quidquid aliud tale fuerit: virtutem enim illi non eripiet, sed opera eius impediet: Hoc rectè diceretur, C
nisi dissimilis esset gubernatoris conditio, & sapientis. Huic enim propositum est in vitâ agendâ, non vtique quod tentat efficere, sed omnia rectè facere: gubernatori propositum est, vtique nauem in portum perducere. Artes ministræ sunt: præstare debent, quod promittunt: sapientia domina rectrixque est. Artes seruiunt vitæ, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deteriorem vllâ tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promissit, sed vtilem operam, & nauis regendæ scientiam. hæc eò magis apparet, quò illi magis aliqua fortuita vis obstitit. Qui hoc potuit dicere, ⁹ *Neptune numquam hanc nauem, nisi re-* *ctam*: arti satisfecit. tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Quid ergo? inquis. non nocet gubernatori ea res quæ illum tenere portum vetat? quæ conatus eius irritos efficit? quæ aut refert illum, aut detinet, & exarmat? Non tamquam gubernatori, sed tamquam nauiganti nocet. Alioquin gubernatoris artem adeò non impedit, vt ostendat. tranquillo enim, vt aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt, D
vt ostendat. tranquillo enim, vt aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt, D
rectori eius, quæ rector est. Duas personas habet gubernator: alteram communem cum omnibus qui eandem conscenderunt nauem, quæ ipse quoque vector est: alteram propriam, quæ gubernator est. tempestas tamquam vectori nocet, non tamquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienum bonum est; ad eos quos vehit, pertinet: quomodo medici ars ad eos, quos curat: sapientia commune bonum est, & eorum cum quibus viuit, & proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse nocetur, cuius ministerium aliis pro-

8. QVÒ MAGIS TORMENTA SENTIAT, REPE-
TITVR.] Est *Arena* verbum, & in re gladiatoria sol-
lennè, Repete: id est, ingemina iectus, atque iterum.
Pinctarius, referitur: non audio.

9. NEPTVNE NVMQVAM HANC NAVEM.]
Hoc ipsum in *Telete*, eodem argumento: καλῶς τὸ τῆ

νελευρήτου. Αλλ' ἔν γε ὃ πῶσειδον ὀρῶν. ἔτι καὶ
ἀνὴρ ἀγαθὸς εἶπαι πρὸς τὴν τύχην, Αλλ' ἔν γε ἀνδρα,
καὶ ἡ βλάνα: Pulchrè hoc à gubernatore, Ne-
ptune tamen rectam. Ita & vir bonus compellat
Fortunam, At virum tamen, non peponem. Ad-
de *Senecam Consol. ad Marc. cap. vi.*

A promissum tempestate impeditur: sapienti non nocetur à paupertate, non à dolore, non ab aliis tempestatibus vitæ. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est, non in effectu. tunc maximus, cum illi fortuna se opposuit: tunc ipsius sapientiæ negotium agit, quam diximus & alienum bonum esse, & suum. Præterea, ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum aliqua necessitates preinunt. Propter paupertatem ¹⁰ prohibetur docere, quemadmodum tractanda respublica sit: at illud docet, quemadmodum tractanda sit paupertas. per totam vitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad utrosque casus aptus est: bonorum rector, & malorum victor. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tam in secundis quam in aduersis exhibeat: nec materiam eius, sed ipsam intueatur. Itaque nec paupertas illum, nec dolor, nec quidquam aliud quod imperitos auertit & præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? vitur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc viliores materiam obtulisses, fecisset quale ex illâ fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit, in diuitiis explicabit; si minus, in paupertate: si poterit, in patriâ; si minus, in exilio: si poterit, imperator; si minus, miles: si poterit, integer; si minus, debilis. quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illâ memorabile efficiet. Certi sunt domitores ferarum, qui sæuissima animalia & ad occursum ¹¹ exterrantia hominem, docent pati iugum: nec asperitatem excussisse contenti, ¹² vsque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat, ¹³ osculatur tigrim suus custos, elephantem minimus Æthiops iubet ¹⁴ subsidere in genua, & ¹⁵ ambulare per funem. Sic sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, & ¹⁶ vbiicumque horrenda, cum ad hunc peruenere, mansueti sunt.

EPIST. LXXXVI.

C

DE villâ Africanæ, adfiscio & balneo, nec polito, nec lauto. Contra luxum sui aui. In extremo, de oleis ferendis, occasione villæ.

IN ipsâ Scipionis Africanæ villâ iacens hæc tibi scribo, ¹ adoratis manibus eius & arâ, quam sepulcrum ² esse tanti viri suspicor: animum quidem eius in cælum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi. non quia magnos exercitus duxit (hos enim & Cambyfes furiosus, ac furore feliciter vsus habuit) sed ob egregiam moderationem pietatemque, magis

10. PROHIBETUR DOCERE.] *Factis nempe & vsu: quia ex censu ad rempublicam admittentur. Non prohibetur scriptis: ut Zeno, Chrysippus, alij.*

11. EXTERRENTIA HOMINEM.] *Rectè ad sensum Muretus: quid ita tamen libri omnes, expauentia? Legam: ad occursum expauenti ea homine: aut certe, expauentia, sit legendum.*

12. VSQUE IN CONTUBERNIVM.] *Vt unâ degant, ac versentur.*

13. OSCVLATUR TIGRIM.] *Hæc talia in ludis publicè tunc exhibita, & obseruata.*

14. SUBSIDERE IN GENVA.] *Ad rectorem illum cervice accipiendum.*

15. AMBVLARE PER FUNEM.] *Suetonius Galba, cap. vi. atque ibi Scholiasta: nos in epistolâ super Elephantis.*

16. VBI CUMQUE HORRENDA.] *Quidam libri, quæcumque: fuerit, cuiuscumque.*

EPIST. LXXXVI. 1. ADORATIS MANIBUS EIVS ET ARÂ.] *Arâ, quæ diis manibus ex more poni solet, & millena aliquot hodie existant. Tamen meus & quidam arcâ, quod valde amplector, non tam quia cineres siue urnas in Arcis aut loculis lapideis conditos etiam sciam, quàm quòd mos gentis Cornelia tale hic poscat. De eo Plinius lib. vii. In gentem Corneliâ nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere. Atquin ex eâ Scipio, ergo in arcâ cadauer conditum.*

2. ESSE TANTI VIRI SUSPICOR.] *Cur suspicaris tantum? quia ambegebatur, & potuit Cenotaphium modò esse. Cerèd alterum aut hic, aut iuxta Romanam fuit, vbi item ostendebatur sepulchrum. Linius xxxviii. Africanum alij Romæ, alij Linterni, & mortuum, & sepultum, tradunt. Vtrobique monumenta ostenduntur, & statux. De statuâ, nihil hic Seneca, & oportet translata fuisse. Communior autem fama de Linterno fuit: pro quâ Strabo & Valerius.*

AA 2

3. AVT

magis in illo admirabilem, cum reliquit patriam, quam cum defendit. Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Romæ libertas. Nihil, inquit, volo derogare legibus, nihil institutis. æquum inter omnes ciues ius sit: utere sine me beneficio meo patria. causâ tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, si plus quam tibi expedit, creui. Quid ni ego admittere hanc magnitudinem animi, quâ in exsilium voluntarium secessit, & ciuitatē exonerauit? Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam, neutrum fas erat. Itaque dedit locum legibus, & se Liternum recepit, tam suum exsilium Reip. imputaturus, quam Hannibalis. Vidi villam structam lapide quadrato, murum circumdatum siluæ, turres quoque in propugnaculum villæ utrimque subrectas. Cister-nam ædificiis ac viridibus subditam, quæ sufficere in usum vel exercitus posset. Balneo-lum angustum, tenebrososum ex consuetudine antiquâ, non videbatur maioribus no-stris caldum, nisi obscurum. Magna ergo me voluptas subit, contemplantem mores Sci-pionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluetur corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, ter-ramque (ut mos fuit præcis) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam fordido steterit, hoc illum pauimentum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauati sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt; nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt; nisi illis vndique opeto-fa & in picturæ modum variata circumlitio prætexitur, nisi vitro absconditur ca-mera; nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas no-stras circumdedit; in quas multâ sudatione corpora exinanita demittimus; nisi aquam

3. AVT ROMÆ LIBERTAS.] Ita Muretus, suâ non Seneca mente. Nam libri plerique omnes, aut Roma in libertate: quidam, aut Roma libertati quomodo & Otho Frisingensis legit & transcripsit lib. II. cap. XL. Vetera nempe hæc menda sunt: ego emaculæ, aut Romæ libertati. Aut deserere Romam Scipio debebat, aut premere eius (Scipione indignum) libertatem. Quid ita quia præsens erans libertati erat, ob opes & gratiam: & ipse magni animi facta iam ediderat supra eam: Lintum, Valerium, atque alios vide. Huc faciunt omnino sequentia. Siquis tamen, cum Othone, Roma libertati, volet: sensus esto, Parum tuita Roma libertatem esset, illo præsentem.

4. ERO ET ARGUMENTVM.] Docebo, quam nil nisi æquale & ciuile possis ferre.

5. LITERNVM RECEPIT.] Quod aliàs Linternum: fuitque iuxta Cumas, procul à Baiis octavo lapide.

6. PRETIOSIS ORBIBVS.] Nam crustas aut segmenta marmorum varîè figurabant, in orbem, in ovum, in quadratam, in quadratam. Ita & Iuuenalis Lacedæmonium orbem dixit.

7. ALEXANDRINA MARMORA.] Plura sanè Alexandria & Aegypto aduehebantur, Luculleum nigricans, Ophites maculans, Porphyrites puniceans, & hæc ipsa iterum distincta: an autem unum aliquod propriè Alexandrinum dictū fuerit, ignoro.

8. NUMIDICIS CRUSTIS.] Atquin Isidorus negat crustis aptum. Nam ita ait: Numidicum marmor Numidia mittit, ad cutem succum dimittit croco similem, vnde & nomen accepit, non crustis, sed in massa & liminum usu aptum. Vbi quod est, ad cutem, lege cotem: & vult core attritum, talem succum crocinum emittere. At de crustis, large fallitur: Plinium vide lib. XXXV. cap. 1.

disertim contra asserentem. Male autem eundem legit ac transcripsit libro XXXVI. cap. VI. ubi ista: Numidicum marmor non in columnis tantum crustisve, sed in massa ac vilissimo liminum usu, nisi quis emendat (& velim) in Isidoro: non crustis modo, sed.

9. CRUSTIS DISTINCTA SVNT.] Sidonius II. epist. 11. negat in suo balneo hæc esse. Non illic Paros, Caryllos, Phryges, Numide, rupium variatarum posuere crustas. Vary igitur generis coloris, crusta parietes distinguebant. Adde Plinium, sodes, XXXV. cap. 1. & videbis Neroniano auro hoc tale inuentum.

10. IN PICTURÆ MODVM.] Musium ojus intelligit, quo solent ambire quadras aut orbis, & velut marginare. Ideo addit, circumlitioem prætexi. Vera autem etiam pictura in Musiis, id est varie rerum forma.

11. NISI VITRO ABSCONDITVR CAMERA.] Plinius XXXVI. Pulsa ex humo pauimenta in cameras transferre, è vitro: nouitium & hoc inuentum. Statius in ipso Etrusci balneo:

Effulgent camerae vario fastigia vitro. Reperio & loco marmoris, Vitrum in Bibliothecæ parietibus, apud Boetium: in domus ipsius, apud Vopiscum in Firmo.

12. MVLTÀ SVDATIONE EXINANITA.] Nam post sicum balneum, siue Laconicum, quidam in piscinas, frigidamque descendebant. Martialis VI. de Balneo Tuccæ:

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Crudâ Virgine Martiæ mergi.

Quomodo autem ibi Virgine, aut Martia? ita, illi: quia ex Aqueductibus, concessu Principum, derivabant. Frontinus dicit, & palam Statius plusculis versibus in Balneo Etrusci.

13. CORPORA EXINANITA.] Sic epistolâ CVIII. Deco-

Aquam ¹⁴ argentea epistomia fuderunt. Et adhuc plebeias fistulas loquor: quid cum ad balnea libertinorum peruenire? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, ¹⁵ impensæ causâ: quantum ¹⁶ aquarum per gradus cum fragore labentium? Eò deliciarum peruenimus, ut ¹⁷ nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimæ sunt rimæ, magis quàm fenestree, muro lapideo exfectæ, ut sine iniuriâ munimenti, lumen admitterent. At nunc ¹⁸ blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut ¹⁹ totius diei solem fenestris amplissimis recipiant; nisi & lauantur simul ²⁰ & colorantur, nisi ex folio agros & maria prospiciunt. Itaque quæ concursum & admirationem habuerant ²¹ cum dedicarentur, hæc in antiquorum numerum reiciuntur, cum aliquid noui luxuria commenta est, quo ipsa se obrueret. At olim & pauca erant balnea, nec vlllo cultu exornata. Cur enim ornaretur ²² res quadrantaria, & in vsum, non ablectamentum reperta? ²³ Non suffundebatur aqua, nec recens semper ²⁴ velut ex talido fonte currebat: nec referte credebant, in quàm perlucidâ sordes deponerent. Sed, dij boni, quàm iuuabat illa balnea intrare obscura, & ²⁵ gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem tibi ædilem, aut Fabium Maximum, aut ex Cornelis alique manu suâ temperasse? Nam hoc quoque nobilissimi ²⁶ ædiles fungebantur officio, intrandi ea loca quæ populum receptabant, exigendi quæ munditias, & vtilem ac salubrem temperaturam: non hanc, quæ ²⁷ nuper inuenta est, similis

Decoquere corpora, & sudoribus exinanire. *Tamen meliores libri, exsanata, & alij alludunt: ego etiam adfertum olim iui Elect. l. cap. xvi.*

14. ARGENTEÆ EPISTOMIÆ.] *Proba vox, & obitacula significat, ori vasorum aut labrorum (ut hic) indita, quibus versis, liquorem emittant. Libri tamen epistomica, aut epitomia ferè habent: unde Tac. Cuiusmodi placitum, epitomia reponere, quæ vox Verticilla significat, proprie quibus aliquid intenditur, ut chorda aut fides. Sed de argento, etiam Statius in Balneo Etrusci,*

Nil ibi plebeium, nusquam Temesæa notabis
Æra, sed argento felix propellitur vnda,
Argento quæ cadit, labrisque nitentibus instat.

15. IMPENSÆ CAUSSA.] *Non in vsum, sed ut opes ostentent. Plinius hoc appellat, lautitiæ causâ. xxxvi. cap. vi. Columnis utebantur antiqui nec lautitiæ causâ, sed quia firmius aliter statui non poterant.*

16. AQUARVM PER GRADVS.] *E labris aut receptaculis, in solia inferiora & subiecta.*

17. NISI GEMMAS CALCARE.] *Tale Statius in Tiburtino Mantly: Calcabam nec opus opus. Plinius xxiii. cap. xii. ostendit vulgò etiam strata argento balnea mulierum fuisse: imò passim pavimenta aurata. Seneca De Irâ iii. cap. xxxv. Qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare. Et Epist. xvi. Non tantum habere, sed calcare diuitias.*

18. BLATTARIA VOCANT.] *Satis commode quidem, nam id genus lucem fugit, & tenebrosis balneis gaudet, innasciturque. Idem Plinius.*

19. TOTIVS DIEI SOLEM.] *Laudat & Lucianus in Balneis rō wpeyēs, benè luminosum: & Martialis, de illo Tuca:*

Lux ipsa est ibi longior, diesque

Nulla tardior à loco recedit.

Statius, in Etrusci: Multus ubique dies. Plinius lib. i. epist. lxxi. Balneum plurimum sol implet, & circumit.

20. ET COLORANTVR.] *Solent sub die in solari, post vntionem: hic licet & libet in ipso balneo, sic aprico.*

21. CVM DEDICARENTVR.] *De publicis balneis accipe, atque ea sollemniter solent vñibus populi dedicari.*

22. RES QUADRANTARIA.] *Notum est, quadrantem mercedulam balneatoris fuisse.*

23. NON SUFFVNDEBATVR AQUA.] *A seruo ministro? imò opinor etiam tunc habuisse, qui subseruiunt. An potius è vasis illis labrisque, non manabat calida assidue aqua? Nam sequitur:*

24. VELVT EX CALIDO FONTE.] *Quod ad Dracones, aut Milliaris, in quibus calefiebat aqua, liceat referre, aut ad labra exceptoria, & per epistomia, de quibus dictum, effundentia. De Milliaris, vide Quæst. Nat. iii. cap. xxiv.*

25. GREGALI TECTORIO.] *Si rectum est, vulgare tectorium è calce explico, non marmore aut crustis. Sed meus & alij, gratali tectorio, quidam gregali: ex quo aliquis, cretali.*

26. ÆDILES FUNGEBANTVR.] *Quorum erat loca inspicere, & curare valetudini apta, aut vsibus cottidianis, ut munda ea aptaq; essent. Sic popinas, ganças, balneas, & hæc talia tuebantur: quæ Seneca alibi dicit, loca Ædilem metuentia. De quibus ego ad Taciti Annal. ii. in fine. Proprie autem de Balneis, noto & in Plutarcho iii. Quæst. Nat. cap. x. Ignis ex oleâ, inquit, inimicus est balneis, & tabulata ac fornices subditus labefactat. Idè periti Ædiles non permittunt Balnearum redemptoribus lignis oleaginis vti, sicut nec lolium conuicere in ignem aut herbas, quòd horum vapor grauedines capitis ac vertigines concinnat.*

27. NVPER INVENTA EST, SIMILIS INCENDIO.] *De quâ & Plutarchus Quæst. commu. viii. cap. ix. Olim, inquit, temperies balnearum erat, & remissio, adèd vt rex Alexander febricitans iaceret in balneo, & Gallorum coniuges pultis ol-*

similis incendio. adeò quidem vt conuictum in aliquo scelere feruum, viuum lauari oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse, ardeat balneum, an caleat. Quanta nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quòd non in caldarium suum ²⁸ latis specularibus diem admiserat? quòd non in multa luce decoquebatur, & exspectabat, vt in balneo concoqueret? O hominem calamitosum, nescit viuere! ²⁹ Non pacatà aquà lauabatur, sed saepe turbidà, & cum plueret vehementius, pene lutulentà. Nec multum eius intererat, an sic lauaretur: veniebat enim, vt sudorem illuc ablueret, non vt vnguentum. Quas nunc quorundam futuras voces credis? Non inuideo Scipioni: verè in exilio vixit, qui sic lauabatur. Imò si scias, non quotidie lauabatur. Nam, vt aiunt qui priscos mores vrbs tradiderunt, brachia & crura quotidie abluabant, quæ scilicet fordes opere collegerant: ceterum toti ³⁰ nundinis lauabantur. Hoc loco dicet aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum. Postquam munda balnea inuenta sunt, ³¹ spurciores sunt. Descripturus infamem & nimis notabilem deliciis Horatius Flaccus, quid ait?

³¹ *Pastillos Rufillus olet.* —

Dares nunc Rufillum, perinde esset, ac si hircum oleret, & Gorgonij loco esset, què idem Horatius Rufillo opposuit. Parum est sumere vnguentum, ni bis die terque renouetur, ne euanescat in corpore. Quid, quòd odore tanquam suo gloriantur? Hæc si tibi nimium tristitia videbuntur, villæ imputabis: in quâ ³³ didici ab Ægialo diligentissimo patrefamilia (is enim nunc huius agri possessor est) quamuis vetus arbutum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alteri ponit. Quod vidi, hoc dico: illud arboretum trimum aut quadrimum fastidienti fructus autumno deponere. te quoque proteget illa, quæ

Tarda venit, seris factura nepotibus umbram,

vt ait Virgilius noster: qui non quid verissimè, sed quid decentissimè diceretur, adspexit; nec agricolas docere voluit, sed legentes delectare. Nam (vt omnia alia transeam) hoc quod hodie mihi necesse fuit reprehendere, adscribam:

Vere sabis satio est, tunc te quoque medica putres

Accipiunt sulci, et milio venit annua cura.

An vno tempore ista ponenda sint: & ³⁴ an vtriusque verna sit satio, hinc æstimes licet.

Iunius

las in balnea inferentes, vnà cum liberis vescerentur, ibi lauantibus. Νὺν δὲ λυτῶσιν εἶκοι τὰ βαλανία, καὶ ὑλακτέσι, καὶ ἀπαράττωσι. ὁ δὲ ἐλκόμενος ἀπὸ ἐν αὐτοῖς, ὑγροῦ μίγματος καὶ πυρὸς ἡγεμονίας, ἐδὲν ἐν τῷ σώματος ἡσυχίαν ἀγνῆ, ἀλλὰ πᾶσαν ἀτομον κλονί καὶ ταραχῆ καὶ μεθίστησιν ἐξέρχεται, ἀ χειρὶ κατὰ βίωσιν αὐτοῦς πεπρωμένους καὶ ζῶντας. Nunc autem rabidorum, & latrantium, & sese lacertantium, balnea imaginem præbent. Aër verò in iis, mixtus ex humido & igneo, nihil permittit in corpore quiescere, sed omnem particulam eius, & velut atomon, mouet ac perturbat, & sede suâ exagitat, donec restinguamus istos ita incensos & feruentes: aquâ nempe frigidâ, & à loco abductos. Puto autem hæc ad Laconica pertinere, vbi cibos decoquebant, & corpus exinanibant: quæ non semel tangit noster.

²⁸ **LATIS SPECULARIBVS.]** Ita assolent. contra ventos obicere specularia (vicem hodie vitrearū) & illos excludere, lucem admittere. *Martialis:*

Hibernis obiecta Notis specularia pueros
Admittunt soles, & sine fece diem.

²⁹ **NON PACATA AQUA.]** Scripti, non facta aqua. & discernitur igitur, à delicatis aquâ etiam, ne turbida interueniret, exceptam sacco aut centunculo in canalibus esse.

³⁰ **NUNDINIS LAVABANTVR.]** Cum in urbem venirent.

³¹ **SPURCIORES SVNT.]** Meus & quidam, puriores sunt. quod si interrogatione esset, cur displiceat?

³² **PASTILLOS RUFILLVS.]** Pastilli sunt Grecorum διασπασματα, ὡς ἀναρπάζουσι τοὺς ἰσχυρὰς, ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ συνίχθη: Medicamenta, quibus sudores tollunt, amara & alstringentia. *Plutarchus Quest. Coniun. l. cap. vi. Vtebantur hircosi.*

³³ **DIDICI AB ÆGIALO.]** Quem & Plinius memorat inter vineæ nobiles cultores *lib. xiv. cap. iv.* Magna fama & Vetuleno Ægialo, perinde libertino, fuit in Campaniæ ture Linternino, maiorq; etiam fauore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exsilium. *Vides possessorem villa huius Scipionis fuisse.*

³⁴ **AN VTRIVSQVE VERNA SIT SATIO.]** Calumniatur, an reprehendit, nescio: illud vereor. Nam milium quidem & Iunio seritur, vt hic noster: sed quid vetat, & Vere seri, vt Virgilius? Imò Plinius inter ea habet, quæ trinâ tempestate anni seruntur, *Acstate, Hieme, Vere. Vide lib. xviii. cap. vii.*

35. CVM

A Iunius mensis est quo tibi scribo, iam proclivius in Iulium. Eodem die vidi fabam mentes, milium ferentes. Ad oliuetum reuertor, quod vidi duobus modis dispositum. Magnarum arborum truncos circumcisissis ramis, & ad vnum redactis pedem, ³⁵ cum scapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illæ pependant. Hoc fimo tinctum in scrobem demisit: deinde terram non aggestit tantum, sed calcavit & pressit. Negat quidquam esse ³⁶ hac (vt ait) spissatione efficacius. videlicet frigus excludit & ventum. minus præterea mouetur: & ab hoc nascentes radices prodiere patitur, ac solum apprehendere, quas necesse est teneras adhuc, & precario hærentes, leuis quoque reueltatio. parum autem arboris ³⁷ antequam obruat radit. ex omni enim materiâ quæ nudata est, vt ait, exeunt radices nouæ. Non plures autem super terram eminere debet truncus, quàm tres aut quattuor pedes: statim enim ab imo vestietur: nec magna pars, quemadmodum in oliuetis veteribus, arida & terorruda erit. Alter ponendi modus hic fuit. Ramos fortes, nec corticis duri, quales esse nouellarum arborum solent, eodem genere deposuit. Hi paulò tardiùs surgunt: sed cum tamquam à plantâ processerint, nihil habent in se horridum, nec triste. Illud etiam nunc vidi, vitem ex arbusculo suo annosam transferri: huius capillimenta quoque (si fieri potest) collegenda sunt, deinde liberaliùs sternenda vitis, vt etiam ex corpore radicescat. Et vidi non tantum in mense Februario positas, sed etiam Martio exacto tenent, & complexæ sunt non suas vltimos. Omnes autem istas arbores, quæ (vt ita dicam) ³⁸ grandiscapiæ sunt, ait aquâ adiuuandas cisterninâ: quæ si prodest, habemus pluuiam in nostrâ potestate. Plura te docere non cogito: ne quemadmodum Ægialus noster ³⁹ me sibi aduersarium parauit, sic ego parem te mihi.

EPIST. LXXXVII.

C FRUGALITAS Seneca, & externorum contemptus: admonitio ad alios, vt sic velint, faciantque. Dissertatiuncula deinde, quibus approbat Fortuita in bonis non esse: dumtaxat Commoda dici posse.

NAVFRAGIVM, antequam nauem ascenderem, feci: quomodo acciderit, non adiicio, ¹ ne & hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum: quorum ² nullum esse falsum, nec tam mirabile quàm primâ facie videtur, cum volueris approbabo, inò etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, quàm multa haberemus superuacua, & quàm facillè iudicio possemus deponere, quæ si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissimis seruis, quos vnum capere vehiculum potuit, sine vllis rebus, nisi quæ corpore nostro continebantur, ³ ego & Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcitra in terrâ iacet, ego in culcitrâ. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit. ⁴ paratum fuit non magis

D

35. CVM SCAPO SVO TRANSTVLIT.] Prisci libri, cum rapo suo, aut rapto, aut vt meus, capto. Cuius probat rapum, & ita appellari ipsum caput, quia eâ sit formâ. Mihi, scapo, placebat.

36. HAC, VT AIT, SPISSATIONE.] Ita aliqui scripti: Muretus tamen & adfecte, pisatione: quasi pisatione: quod miror. Non enim ἀσπύσιος pisatio à pifere. Vulgatâ quid clarius?

37. ANTEQVAM OBRVAT, RADIT.] Pincianus correxit, cum antea radix legeretur: placet vel inuitis libris.

38. GRANDISCAPIÆ SVNT.] Græco verbo, μακροκαυλοι: & vel hinc supra probes, de Scapo.

39. ME SIBI ADVERSARIVM.] Aemulum in diuitiis, & vel superare conantem.

EPIST. LXXXVII. I. NE ET HOC IVTES.] Fallor, aut asserendo legendum: vt & hoc. Nam ita nudè positum, Paradoxum est: si explicaret, desinat.

2. NULLVM ESSE FALSVM.] Sunt enim, vt Cleanthes aiebat, ἀπαράστα ἰδέσθαι, & τὴν ἀσπίδιον: præter opinionem, non præter verum. Epictetus, 19. Dissert. 1. Vide me in Manud. III. Dissert. II.

3. EGO ET MAXIMVS MEVS.] Est ille Caspianus Maximus, inter intimos & fidos eius amicos: de quo Tacitus, & Martialis. Notauit ad Taciti Annalem xv. in fine, & locum hunc ibi adde.

4. PARATVM FVIT NON MAGIS HORA.] Meus & quidam, parentium fuit. Hæreo in his vocibus, & totâ clausulâ. quid est, non magis horâ?

magis horâ, ⁵ nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Illæ, si panem habeo, A pro pulmentario sunt: ⁶ si non, pro pane. ⁷ quotidie mihi annum nouum faciunt, quem ego faustum & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine: qui numquam maior est, quàm vbi aliena seposuit: & fecit sibi pacem, nihil timendo: fecit sibi diuitias, nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. ⁸ Mulæ viuere se ambulando testantur, mulio ⁹ exalceatus non propter ætatem. Vix à me obtineo, vt hoc vehiculum velim videri meum. Durat adhuc peruersa recti vercundia. quoties in aliquem comitatum lautiozem incidimus, inuitus erubescō: quod argumentum est, ista quæ probo, quæ laudo, nondum habere certam sedem & immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriatur. Parùm adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palàm ferre, etiam nunc curo opiniones viatorum. Contra totius generis humani opiniones mittenda vox erat: Infantis, erratis, stupetis ad superuacua, neminem æstimatis suo. Cùm ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem ponitis singulorum: quibus aut pecuniam credituri estis, aut beneficia. B Nam hæc quoque iam expensa fertis. Latè possidet, sed multum debet: habet domum formosam, sed alienis numinis paratam: familiam nemo citò speciosiorez produceret, sed nominibus non respondet. Si creditoribus soluerit, nihil illi supererit. Idem in reliquis quoque facere debebatis, excutere quantum proprii quisque habeat. Diuitem illum putas, quia aurea supellex etiam in viâ cum sequitur, quia in omnibus prouinciis arat, quia ¹⁰ magnus kalendarij liber voluitur, quia tantum suburbanj agri possidet, quantum inuidiosè in desertis Apuliæ possideret: & cùm omnia dixeris, pauper est. quare? quia debet. quantum, inquis? omnia: nisi fortè iudices interesse, vtrum aliquis ab homine, an à fortunâ mutuum sumpserit. Quid ad rem pertinent mulæ faginatæ, vnius omnes coloris? Quid ista vehicula cælata?

— instrati ostro alipedes, pictisq̄ue tapetis.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Recti auro, siluum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem possunt facere, nec mulam. M. Cato Censorius (quem tam reip. hercule profuit nasci quàm Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) ¹¹ canterio vehebatur, & ¹² hippoperis quidem impositis, vt se-

Imò nullo parato opus, si panis tantum & carica. Muretus aut legi alibi paratum sine magis hirâ: unde eruit, sine magiro: quod Græcè esset sine coquo. Nescio. nihil tale in nostris libris.

5. NUSQ̄YAM SINE CARICIS.] Meus nunc & statim, numquam. De Caricis autem (ea ficus arida sunt, à Carîâ, unde frequentes, vt Caunæ, à Cauuo:) de Caricis, inquam, certum hæc talia, ficus, palmulas, palmulas in prandium siue gustum olim fuisse. Ita Augustus ad Tiberium: Nos in clesedo palmulas gustauimus.

6. SI NON, PRO PANE.] Plinius xv. cap. xix. Ficus panis simul & obsonij vicem siccata implent. vtpote cùm Cato, cibaria turis operariis iustâ lege fanciens, minui iubeat per fici maturitatem.

7. COTTIDIE MIHI ANNUM NOVVM.] Hæc enim dulcia anno nouo, quasi omen, dare & mittere inuicem solebant, talia futuri anni. Ouidius i. Fastor.

Quid vult palma sibi, rugosaq; carica, dixi,
Et data sub niueo condita mella cado?

Omen, ait, causa est vt res fapor ille sequatur,
Et peragat cceptum dulcis vt annus iter.

Et caricis igitur, & cariotas siue palmulas (palmulas poëta dicit) tunc solent datare. Martialis:

Aurea porrigitur lani cariotas kalendis.

8. MULÆ VIVERE SE AMBVLANDO.] Mulæ mulorumque in vehiculis vsus, etiam heroicis temporibus apud Homerum. In pretio erant. Plautus:

Ego faxim muli, pretio qui superant equos,
Sint viliores Gallicis canteris.

Et præsertim mulæ Galaticæ, ex Plutarchi *περί φιλοποδοῦστας*. Per viam etiam illarum creber vsus. Aufonius:

Cornipedes rapiant imposita petorita mulæ.

Nunc aut noster, macras se habuisse, & quas motus indicaret viuere: præter diuitum morem, quibus in vsu D mulæ faginatæ, vnius omnes coloris, hæc ipsâ epistola statim, & Consol. ad Marc. cap. xi.

9. EXALCEATVS NON PROPTER ÆTATEM.] Sed egestatem.

10. MAGNVS KALENDARIJ LIBER VOLVTVR.] Id est, sanæ pecunie liber. nam kalendis vsura cedebant, & petebantur. Itaque nomina, & pecunia, per kalendas, in tali codice scribebantur. de quo Martialis:

Superba densis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ calendarum.
Sæpe noster, & Iurisconsulti.

11. CANTERIO.] Equo secto.

12. HIPPOPERIS QUIDEM.] Horatius manticam appellat:

A vt secum vtilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his ¹³ trosvlis ¹⁴ in viâ diuitibus, ¹⁵ cursores & Numidas, & multum ante se pulueris agentem. Hic sine dubio cultior comitatorque quam M. Cato videretur: hic, inter illos apparatus delicatos qui cum maxime dubitat, ¹⁶ vtrum se ad gladium locet, an ad cultrum. O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium (& quod super omnia hæc est) Catonem, vno caballo esse contentum, & ne toto quidem! Partem enim sarcinæ, ab vtroque latere dependentes, occupabant. Ita non omnibus ¹⁷ obesis mannis, & ¹⁸ asturconibus, & tollutariis præferres vnicum illum equum, ab ipso Catone defricum? Video non futurum finem in istâ materiâ vllum, nisi quem mihi ipse fecero. Hic itaque conticescam, quantum ad ista: quæ sine dubio talia diuinavit futura, qualia nunc sunt, qui primus appellauit impedimenta. Nunc volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere, ad virtutem pertinentes, quam satisfacere vitæ beatæ contendimus. Quod bonum est, bonos facit: nam & in arte musicâ quod bonum est, facit musicum: B fortuita bonum non faciunt: ergo non sunt bona. Aduersus hoc sic respondent Peripatetici, vt quod primum proponimus, falsum esse dicant. Ab eo, inquit, quod est bonum, non vti que fiunt boni. In musicâ est aliquod bonum, tamquam tibia, aut chorda, aut organum aliquod aptatum ad vsus canendi: nihil tamen horum facit musicum. Hic respondebimus. Non intelligitis, quomodo posuerimus, quod bonum est musico. Non enim id dicimus, quod instruit musicum, sed quod facit: tu ad suppellectilem artis, non ad artem venis. Si quid autem in ipsâ arte musicâ bonum est, id vti que musicum faciet. Etiamnum facere id planius volo. Bonum in arte musicâ duobus modis dicitur: altero, quo effectus musici adiuuatur: altero, quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta, tibiæ, & organa, & chordæ, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis: vt forsitan non potest arte. Hoc non est æquè duplex in homine. idem enim bonum & hominis, & vitæ. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est: opes autem & lenoni, & lanistæ contingunt: ergo non sunt bona. Falsum est, inquit, quod proponitur. Nam & in grammaticâ, & in arte medendi, aut gubernandi, videmus bona humillimis quibusque contingere. Sed istæ artes non sunt, magnitudinem animi professæ, non consurgunt in altum, nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem, & supra cara mortalibus collocat: nec ea quæ bona, nec ea quæ mala vocantur, aut cupit nimis, aut expauescit. Chelidon, vnus ¹⁹ ex Cleopatæ mollibus, patrimonium grande possedit. ²⁰ nuper Natalis, tam improbæ linguæ quam impuræ, ²¹ in cuius ore fæmine purgabantur, & multorum heres fuit, & multos habuit heredes. Quid ergo? vtrum illum pecunia impurum effecit, an ipse pecuniam impurauit? quæ sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit. Virtus super ista consistit, ²² suo

— nunc mihi curto

Ite licet mulo.

Mantica cui lumbos onere vlceret, atq; eques armos.

D 13. TROSSVLIS.] *Suprà, epist. LXXVI.*

14. IN VIA DIUITIBVS.] *Qui & in viâ diuitias suas explicant, tales videri volunt.*

15. CURSORES ET NUMIDAS.] *Epist. CXXIII.* Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, agmen cursorum antecedit. *Vide.*

16. VTRVM SE AD GLADIVM LOCET.] *Iste quidem diues apparet, sed ære alieno obrutus deliberat, vtrum auctoret se & faciat gladiatorem, an bestiarium. Mos pessimi cui, vt honeste nati arena operas locarent, grandi pretio. Itaque iste desperabundus hoc agit. Gladius, gladiatorum est; culter, venatorum. *Vide me Saturn. 11. cap. 111.**

17. OBESIS MANNIS.] *Buricis, siue byrdonibus, parus equis. Gallica vetus vox est.*

18. ASTURCONIBVS.] *Martialis:*

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues,

Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

19. EX CLEOPATRÆ MOLLIBVS.] *Sunt effeminati, eunuchi, id genus. Linius XXXI. Prosequentibus mollibus viris, qui ioci causâ conuiuio interfuerant. Paulo post eosdem semiuiros, & oblectanos vocat. Nonius Marcellus: Maltas veteres molles appellari voluerunt, quasi μαλακός. Lucilius: Insanum vocant (puto, Infamem) quem maltam ac fæminam dici videt. Etiam Mollities, ipsa illa Ἰνδία νόσος.*

20. NUPER NATALIS.] *Non ille Antonius Natalis, qui in Pisonianâ coniuratione, Senecam ipsum accusauit (in Taciti xv. Annali:) nam ait, nuper fuisse: ergo iam obierat. Quis scit, an pater huius?*

21. IN CUIVS ORE FÆMINÆ.] *Fuit quod ille Scaurus, Ligur. De Benef. 1v. cap. XXXI.*

22. SVO

22 suo ære censetur: nihil ex istis 23 quomodolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina, & gubernatio, non interdicat sibi ac suis admirationem talium rerum. Qui non est vir bonus, potest nihilominus medicus esse: potest gubernator, potest grammaticus, tam mehercules quam coquus. Cui contigit habere non qualibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet, talis est. Fiscus tanti est, quantum habet: imò 24 in accessionem eius venit quod habet. Quis pleno sacco ullum pretium ponit, nisi quod pecuniæ in eo condita numerus efficit? Idem euenit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones illorum & appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo, quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse. Itaque indolentiam nunquam bonum dicam. habet illam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem, & molestiâ vacare, bonum dicam. quid est otiosius verme? Quæres, quæ res sapientem faciat? 25 quæ Deum. Des oportet illi aliquid diuinum, aliquid caeleste, magnificum. Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet possessorem patitur. Vide,

Et quid quæque serat regio, & quid quæque recuset.

Hic segetes, illic veniunt felicius vnae:

Arbori factus alibi, atque inuisa virescunt

Gramma. nonne vides, croceos vt Tmolus odores,

India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?

At Chalybes nudi ferrum. —

Ista in regiones descripta sunt, vt necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alius ab alio aliquid peteret. Summum illud bonum, & ipsum suam habet sedem: non nascitur vbi ebur, nec vbi ferrum. Quis sit summi boni locus, quæris? animus. hic nisi purus ac sanctus est, Deum non capit. Bonum ex malo non fit: fiunt autem ex auaritiâ diuitiæ: ergo non sunt bonum. Non est, inquit, verum, bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim & furto pecunia nascitur. itaque malum quidem est sacrilegium & furtum: sed ideò, quia plura mala facit, quàm bona. Dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis & corporis & animi. Quisquis hoc dicit, necesse est recipiat, sacrilegium sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliquâ parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentosius potest? 26 Quamquam sacrilegium, furtum & adulterium inter bona haberi, prorsus persuasimus. Quàm multi furto non erubescunt, quàm multi adulterio gloriantur? nam 27 sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc, quòd sacrilegium, si omnino ex aliquâ parte bonum est, etiam honestum erit, & rectè factum vocabitur: nostra enim actio est: quod nullius mortalium cogitatio recipit. ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, vt dicitis, ob hoc vnum sacrilegium malum est, quia multum mali adfert: si remiseris illi supplicia, si securitatem sponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium, in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem aut ad carcerem differs. statim puniuntur cum facta sunt, imò dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quàm ficus ex oleâ. ad semen nata respondent: bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem est honestum & bonum. Quidam ex nostris aduersus hoc sic respondent: putemus pecuniam bonum esse vndecumque sumptam, non tamen ideò ex sacrilegio pecunia est, etiam si ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige. In eadem urnâ & aurum est, & vipera. Si aurum ex urnâ sustuleris, quia illic & vipera est, non ideò mihi

VINA

22. SVO ÆRE CENSETVR.] Proprio, non aduenticio bono.

23. QVOMODOLIBET INCVRRENTIBVS.] Magis probo, quolibet: quod scripti quidam.

24. IN ACCESSIONEM EIVS VENIT.] Intellege. ipse fiscus, siue sportula pecuniaria, accedit pecunie. Nihil est, sine eâ.

25. QVÆ DEVM.] Perfecta ratio: quæ pars in

nobis est Communis illius Rationis, id est Dei. Tamen in meo, & quibusdam: quæ ceteri: in vno, quæ Deum ceteri. Quid hoc sit, non peruado.

26. QVAMQVAM SACRILEGIVM.] Cruteri est emendatio, & certa.

27. SACRILEGIA MINVTA.] Tale quispiam: Paruos fures in compedibus, magnos in purpurâ spectari.

A vna aurum dat, quia viperam habet, sed aurum dat, cum & viperam habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit: non quia turpe & sceleratum est sacrilegium, sed quia lucrum habet. quemadmodum in illâ vna viperâ malum est, non aurum quod cum viperâ iacet: sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. Quibus opponitur: Dissimilima vtriusque rei conditio est. Illuc aurum possum, sine viperâ tollere: huc lucrum sine sacrilegio facere non possum. lucrum istud non est appositum sceleri, sed immixtum. Quod dum consequi volumus, in multa mala incidimus: id bonum non est: dum diuitias consequi volumus, in multa mala incidimus: ergo diuitiæ bonum non sunt. Duas, inquit, significationes habet propositio vestra. vnam, dum diuitias consequi volumus, in multa nos mala incidere: in multa autem mala incidimus, & dum virtutem consequi volumus. Aliquis, dum nauigat studij causâ, naufragium fecit: aliquis captus est. Altera significatio talis est: Per quod in mala incidimus, id bonum non est. Huic propositioni non erit consequens, per diuitias nos, aut per voluptates in mala incidere: aut

B si per diuitias in multa mala incidimus, non tantum bonum diuitiæ non sunt, sed malum sunt. Vos autem illas dicitis tantum, bonum non esse. Præterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid vsus: ²⁸ inter commoda illas numeratis. Atqui eadem ratione ne commodum quidem erunt: per illas enim multa nobis incommoda eueniunt. His quidam hoc respondent: Erratis, qui incommoda diuitiis imputatis. Illæ neminem lædunt. aut sua cuique nocet stultitia, aut aliena nequitia. sic, quemadmodum gladius, qui neminem occidit, occidentis telum est. Non ideo diuitiæ tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur. Posidonius (vt ego existimo) melius: qui ait diuitias esse causam malorum, non quia ipsæ faciunt aliquid, sed quia ²⁹ facturos irritant. Alia est enim causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat: alia præcedens. hanc præcedentem causam diuitiæ habent. Inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam contrahunt, & vsque eò mentem alienant, vt fama pecunie nos etiam nocitura delectet. Bona autem omni carere culpâ decet. pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant: extollunt quidem & dilatant,

C sed sine tumore. Quæ bona sunt, fiduciam faciunt: diuitiæ audaciam. Quæ bona sunt, magnitudinem animi dant: diuitiæ insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia, quam species magnitudinis falsa. Isto modo, inquis, etiam malum sunt diuitiæ, non tantum bonum non sunt. Essent malum, si per se nocerent, si (vt dixi) haberent efficientem causam: nunc præcedentem habent, & quidem non irritantem tantum animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt verisimilem, ac plerisque credibilem. Habet virtus quoque præcedentem causam, ad inuidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam invidetur: sed nec ex se hanc causam habet, nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis obicitur à virtute, quæ illos in amorem & admirationem vocet. Posidonius sic interrogandum ait: Quæ neque magnitudinem animo dant, nec fiduciam, nec securitatem, non sunt bona: diuitiæ autem, & bona valetudo, & similia his, nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. Hanc interrogationem magis etiamnum hoc modo intendit: Quæ neque magnitudinem animo dant, nec fiduciam, nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creant, mala sunt: à fortuitis autem in hæc impellimur: ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. Alia est commodorum conditio, alia bonorum. Commodum est, quod plus vsus habet, quam molestiæ: bonum sincerum esse debet, & ab omni parte innoxium. Non est id bonum, quod plus prodest: sed quod tantum prodest. Propterea commodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos homines, & ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum: sed commodum dicitur,

28. INTER COMMODA ILLAS.] Stoicorum
ἰσχυρὰ. Vide Manud. II. Dissert. XXII.

29. FACTVROS IRRITANT.] Pro totâ hæc
pulsiva, & similia in Sophoclis Antigona, de Argæto:
Τὸ δ' ἐνδιδύσκου καὶ παραλλόουσι φρένας
Χρητὰς ἄρως αἰχρὰ ἀρά γυμὰ ἰσχυρὰ βροτῶν,

Παυροβίας δ' ἐδύζου ἀνθρώπων ἔχου,
καὶ πάντας ἔργα δυσέβουαν εἰδέναι.

Hoc illud est, quod mutat & mentes docet
Ad scæda rerum & praua se conuertere:
Fraudes dolosq; suggerit mortalibus,
Et improbos, simulq; & impios, facit.

citur, à maiore sui parte æstimatum. Bonum ad vnum sapientem pertinet, inuiolatum A esse oportet. Bonum animum habe. vnus tibi nodus, sed Herculeus, restat. Ex malis bonum non fit: ex multis paupertatibus diuitiæ fiunt: ergo diuitiæ bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt. Peripatetici & fingunt illam, & solunt. Ait autem Posidonius, hoc sophisina per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab Antipatro refelli. Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orationem: Græci dicunt *καὶ ἐπιποσιν*. non quòd habeat, dicitur, sed quòd non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest: diuitias multæ res faciunt, non multæ inopiæ. Aliter quàm debes, paupertatem intelligis. Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest. Facilius quod volo exprimerem, si Latinum verbum esset, quo *ποπία* significatur. Hanc paupertati Antipater assignat. Ego non video quid aliud sit paupertas, quàm parui possessio. De isto videbimus, si quando valdè vacabit, quæ sit diuitiarum, quæ paupertatis substantia: sed tunc quoque considerabimus, numquid B fatius sit paupertatem permulcere, diuitiis demere supercilium, quàm litigare de verbis, quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad concionem vocatos. Lex de abolendis diuitiis fertur: his interrogationibus suafuri aut dissuafuri sumus? his effecturi, vt populus Romanus paupertatem, fundamentum & causam imperij sui, requirat ac laudet? diuitias autem suas timeat? vt cogitet has se apud victos reperisse? Hinc ambitum, & largitiones, & tumultus, in urbem sanctissimam temperantissimamque irrupisse? nimis luxuriosè ostentari gentium spolia? quod vnus populus eripuerit omnibus, facilius vni ab omnibus eripi posse? Hæc fatius est suadere, & expugnare affectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur: si minùs, apertius.

E P I S T. L X X X V I I I.

LIBERALIA studia in bonis non esse, nec ad Virtutem per se ducere. Singillatim hoc docet, in Grammatica, Musica, Geometria, Astronomia. Et si tamen non ducunt, conducunt: id est, inuuant & preparant. Tum diuisio alia Artium, in Vulgares, Ludicras, Pueriles, Liberales: & in istis, solam Philosophiam esse, quæ verè liberum facit. Sola etiam de Bonis Malisque indagat, sola noscit. Sola igitur colenda, aut præcipuè est: & ostendit, quàm inutilia, aut superflua Philologi sectentur, quidam etiam Philosophi. O bona hic, ô aurea! Legite iuuenes, senesque.

DE liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras. ² Nullum suspicio, nullum in bonis numero, ³ quod ad æs exit. Meritoria artificia sunt, hæctenus vtilia, si præparant ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis immorandum est, quamdiu nihil animus agere maius potest. rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sint vides, quia homine libero digna sunt. Ceterum ⁴ vnum studium verè liberale est, quod liberum facit, hoc sapientiæ, sublime, forte, magnanimum: cetera pu- D filla & puerilia sunt. An tu quidquam in istis esse credis boni, quorum professores turpissimos

EPIST. LXXXVIII. I. DE LIBERALIBVS STUDIIIS.] In plerisque priscis seorsim, quasi liber, scribitur, inscribiturq;: L. Annæi Senecæ liber de septem artibus liberalibus. Ita & in meo, locaturq; post epistolas, & libellum De remediis fortuitarum. Mihi tamen Epistola videtur: & plures tales longæ sunt, an longiores.

2. NULLVM SUSPICIO.] Vt Stoicus loquitur. nam & Zeno (quod obiectum à multis) τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἀχρηστον διαφάνει, ἐν ἀρχῇ τῆς παιδείας: liberalem doctrinam inutilem declarat, initio suæ Reipublicæ. Hæc talia, vitæ temperanda, & dextrè

capienda sint, dixi 1. Manuduct. Diff. 1. & 11.

3. QVOD AD ÆS EXIT.] Scripti, ædes exit; quidam, adhæsit. Haud valdè à vulgato, id est vero abeunt: & miror viros doctos sic damnare. Equidem vel tenco editum, ad æs exit, vel rescribo, ad æs it. Sit, Non numero inter bona, artes que mercedulam aut pecuniam quaerunt. Et verò sequentia verba nonne palam Meritoria artificia appellant? Nam Muretus, Militaria, cum legi voluit, aliud profecto egit.

4. VNUM STUDIVM VERE LIBERALE.] Idem ad Heluiam, cap. XVI.

§. HOME-

A piffimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam illud de liberalibus studiis quærendum iudicauerunt, an virum bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant. Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latius euagari vult, circa historias. Iam vt longissimè fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frænat? Ad geometriam trãscamus, & ad musicam: nihil apud illas inuenies, quod vetet timere, vetet cupere: quæ quisquis ignorat, alia frustra scit. Videndum vtrùm doceant isti virtutem, an non. si non docent, nec tradunt quidem: si docent, philosophi sunt. Vis scire, quàm non ad docendam virtutem confederint? adspice quàm dissimilia inter se omnium studia sint. atqui similitudo esset idem docentium. Nisi fortè tibi ⁵ Homerum philosophum fuisse persuadent, cùm his ipsis quibus colligunt, negent. Nam ⁶ modò Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto ⁷ ne immortalitatis quidem pretio recedentem: modò Epicurèum, ⁸ laudantem statum quietæ ciuitatis, & inter conuiuia cantusque vitam exigentis: modò Peripateticum, ⁹ bonorum tria genera inducentem: modò Academicum, ¹⁰ incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt: ista enim inter se dissident. Demus illis, Homerum philosophum fuisse. nempe sapiens factus est, ¹¹ antequam carmina vlla cognosceret: ergo illa discamus, quæ Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quærere, vtrùm ¹² maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet; quàm scire an minor Hecuba fuerit, quàm Helena, & quare ¹³ tam malè tulerit ætatem. Quid, inquam, annos ¹⁴ Patrocli & Achillis inquirere, ad rem existimas pertinere? Quæris, ¹⁵ Vlixes vbi errauerit, potiùs quàm efficias, ne nos semper erremus?

Non

5. HOMERVM PHILOSOPHV M PERSVA-
DENT.] Certè mihi, si quisquam fuit. Vide Manu-
duct. 1. Dissert. VII.

6. MODÒ STOICVM.] Et sunt in eo, quæ huc
ducant. Sed de istis sequentibus, videsis Plutar-
chum libro De Homero, per partes & sectas, vt hic
Seneca, exsequentem.

7. NE IMMORTALITATIS.] Quam Calypso
pollucebatur.

8. LAUDANTEM STATVM QUIETÆ CIVITA-
TIS.] Duplex talis locus. prior initio Iliad. Iota, vbi
Ulysses in Alcinoi gratiam, laudat Phæacum dapfitem
illam vitam: quos versus Plutarchus, & ex eo Mure-
tus, huc conducunt. Alter est Iliad. Tau. in descriptio-
ne clypei Achillis: qui magis sanè ad Seneca ista fa-
cit. Erant, inquit, in eo duæ ciuitates pulchræ
factæ:

D — ἐν τῇ μὲν ἴα γάμοι τ' ἔσαν, εἰλαπῆλαι τε,
Νύμφαι τ' ἐν θαλάμοις, δαΐδων ὑπολαίμων πο-
μυράων,
Ἡγῆσιον ἀνὰ ἄστῃ, πολλὸς δ' ὕμνησιος ὄρωρει:
Inque vnâ connubia, item conuiuia agebant,
E thalamis sponse, facibus præeuntibus, ibant,
Atque frequens Hymenæus erat, vocelque
fauentes.

Tum de choreis addit, cantu & citharâ, & iudiciis:
quæ, ad statum spectant, vt noster, quietæ ciuitatis.
Nam altera ciuitas, in turbis & bello.

9. BONORVM TRIA GENERA.] Simul omnia,
de Mercurio, complexus, Iliad. ω.

— οἶος δ' ἦ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγῆτης,

Πέπνυσαι τε ῥόν, μακάρων δ' ἔξ εὐσι τοκίων:

— qualis corpore tu pulcher, pulcher quo-
que formâ:

Atque animo prudens, & natus stirpe beatâ.
Dat corporis formam, animi bona, & nobilitatem.

10. INCERTA OMNIA DICENTEM.] Idèd Pyr-
rhonj sibi vindicabant, & duces suæ sectæ præscribe-
bant: Lærtius in Pyrrhone.

11. ANTEQVAM CARMINA VLLA COGNO-
SCERET.] Hæc assertio (bonâ tuâ pace Seneca) teme-
raria aut improba mihi visa. Quidam statim à puero
carmina cognouisse potuit, nec sapiens esset Probabilis,
fuisse talem, antequam talia, id est carmina illa diui-
na scriberet: idj, assentimur. Ergo pro cognosceret,
ego quidem vellem, conderet.

12. MAIOR ÆTATE HOMERVS.] Assertio
Plutarchus, Consolat. ad Apollonium, atque alij: alij
contrâ. Varro, quasi arbiter, putat non esse dubium,
quin aliquo tempore eodem vixerint, apud Agel-
lium III. cap. XI. Idem Agellius in Chronologia: De
Homero & Hesiodo inter omnes ferè scriptores
constat, ætatem eos egisse vel iisdem ferè tem-
poribus, vel Homerum aliquanto antiquiorem.
Videsis Velleium, & nostras ibi Notas.

13. TAM MALE TVLERIT.] Vt senior videre-
tur, quàm esset.

14. PATROCLI ET ACHILLIS.] Politianus in
Miscellaneis, cap. XLV.

15. VLIXES VBI ERRAVERIT.] Similis cor-
reptio illa Bionis, apud Stobæum Serm. VII. Bίαν
ἔλεγε τοὺς γραμματικοὺς ζητοῦντας περὶ Οδυσσεὺς
πλάνης, μὴ ἔξετάζειν τὴν ἰδίαν. μὴ δὲ καθορᾶν, ὅτι
καὶ ἐν ὧν τῶ πλάγῳ πλανῶνται, πονεῖντες περὶ τὰ μὴ ἐν
χρήσιμα: Bion aiebat, Grammaticos de errore
B B Vlyffis

Non vacat audire, vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit, an ¹⁶ extra notum nobis A orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia. Vlixis mala impellit. non deest forma quae sollicitet oculos, non hostis: hinc monstra effera, & humano cruore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia, & tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad haec tam honesta ¹⁷ vel naufragus nauigem. Quid inquiris, an Penelopa impudica fuerit, ¹⁸ an verba saeculo suo dederit, an Vlixem illum esse quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me, quid sit pudicitia, & quantum in ea bonum: in corpore, ¹⁹ an in animo posita sit. Ad musicum transeo. Doce me, quomodo inter se acuta ac graues voces consonent, quomodo neruorum disparem reddentium sonum fiat concordia. Fac potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi, qui sint ²⁰ modi flebiles. monstra potius, quomodo inter aduersa non emittam flebilem vocem. Metiri me geometres docet latifundia. potius doceat, quomodo metiar B quantum homini sit satis. Numerare docet me arithmetica, & ²¹ auaritia commodare digitos. potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes. Non esse feliciter, cuius patrimonium ²² tabularios lassat: imò quam superuacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes diuidere, si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri, & comprehendere etiam si quid decempdam effugit, si tristem me facit vicinus potens, & aliquid ex meo abradens? Doce me, quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, & auito expellor. Quid? ante auum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit, expedire potes? Non dominus istò, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? ²³ si bene tecum agitur, heredis. Negant iurisperiti quidquam vsucapi, quod publicum est: publicum est hoc quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcunque acceperis formam. C interualla siderum dicis: nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum. dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in vita rectum sit, ignoras? Venio nunc ad illum qui caelestium notitia gloriarur.

Frigida Saturni quò sese stella receperet,

Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes:

Hoc scire quid proderit? vt sollicitus sim, cum Saturnus & Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius vespertinum faciet occasum videntem Saturno? Potius hoc discam, vbi cumque sunt ista, propitia esse, non posse mutari. Agit illa continuus ordo fatorum, & inuitabilis cursus: per statas vices remeant. Effectus rerum omnium ²⁴ aut mouent, aut no-

Vlyssis que rentes, suum non inquirere: nec animaduertere, quòd in hoc ipso errarent, in vanis & inutilibus illis laborantes.

16. EXTRA NOTVM NOBIS ORBEM.] *Id est, vltra columnas Herculis, in mari exteriore. Vide in Agellio lib. XIV. cap. VI.*

17. VEL NAUFRAGVS NAVIGEM.] *Magis probem, naufragus: quod scripti quidam.*

18. AN VERBA SAECULO SVO.] *Bis idem quaerit. Itaque Gruterus volebat, An Penelope pudica. Ego in prioribus non mutem, sed hic litterulam: ac verba. & sic connectam.*

19. AN IN ANIMO POSITA.] *In ipso animo: est enim virtus. ideoq; nec oppresso corpore amittitur, vt Augustinus egregie disputat De Ciuit. Dei I. cap. XVII. & XVIII. Vis aliena pudicitiam non excutit, etsi pudorem incutit.*

20. MODI FLEBILES.] *Lydy.*

21. AVARITIAE COMMODARE DIGITOS.] *D Nam digitis ipsis numerabant, & numeros exprimebant.*

22. TABVLARIOS LASSAT.] *Tabulae erant accepti & expensi, veltigalium & opum. Qui praerant, Tabularij dicti. Legas in Glosis etiam, Aed-puntis, Tabularius: id est Numerator vel Calculator, quia in tabulis exercet.*

23. SI BENE TECVM AGITVR.] *Id est, vt felix sis & ex voto res succedat, prolis tuae: aut si non habes, externi heredis. Quid si nec heredis? nam potes intestatus mori, potest tyrannus eripere & fisco applicare.*

24. AVT MOVENT, AVT NOTANT.] *Nos de eo in Physiol. II. Dissert. XIII.*

25. QVVD

A aut notant. Sed siue quidquid euenit faciunt, ²⁵ quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert prouidere, quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient.

Si uerò solem ad rapidum stellasque sequentes

Ordine respicias, numquam te crastina fallat

Hora, nec insidiis noctis capere serena.

Satis abundeque prouisum est, ut ab insidiis tutus essem. Numquid me crastina non fallit hora? fallit enim, quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit, nescio: quid fieri possit, scio. Ex hoc nihil desperabo: totum exspecto. Si quid remittitur, boni confulo. Fallit me hora, si parcit: sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio & non utique casura. Vtique secunda exspecto: malis paratus sum. In illo feras me necesse est ²⁶ non per præscriptum euntem. Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis, quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriae ministros. Æquè luctatores, & totam ²⁷ oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus: aut & unguentarios recipiam, & cocos, & ceteros voluptatibus nostris ingenia accommodantes sua. Quid enim, oro te, liberale habent isti ²⁸ ieiuni vomitores, quorum corpora in sagine, animi in macie & ueterno sunt? An liberale studium istud esse iuuentuti nostræ credimus, quam maiores nostri ²⁹ rectam exercuerunt, hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset iacentibus. Sed nec hæ nec illæ docent, aluntve virtutem. Quid enim prodest equum regere, & cursum eius fræno temperare, affectibus effrenatissimis abstrahi? Quid prodest multos vincere luctatione vel cæstu, ab iracundiâ uinci? Quid ergo? nihil liberalia nobis conferunt studia? ad alia multum, ad virtutem nihil. Nam & hæ uiles ex professo artes, quæ manu constant, ad instrumenta uitæ plurimum conferunt, tamen ad virtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia ³⁰ animum ad accipiendam virtutem præparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui uocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox præcipiendis locum parat: sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt. Quattuor ait esse Posidonius artium genera. Sunt vulgares & fordidae, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. Vulgares opificum, quæ manu constant, & ad instruendam uitam occupatæ sunt: in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. Ludicræ sunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui ³¹ pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato uarietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non nouere) mirantium.

25. QUID IMMUTABILIS REI.] *Belle in Anthologia:*

D El µὴ ἴν' μαθεῖν, ἀ δὲ παθεῖν,
Καὶ μὴ παθεῖν καλὸν ἴν' τὸ μαθεῖν.
El δὲ δὲ ἴν' μαθεῖν, ἀ δ' ἴν' μαθεῖν,
Τὸ δὲ μαθεῖν; ἤδη γὰρ παθεῖν:
Scire si licet, quæ debes subire,
Et non subire: pulchrum sit scire.
Sed si subire oportet, quæ licet scire,
Quorsum scire? nam debes subire.

26. NON PER PRÆSCRIPTVM EUNTEM.] *Non numerantem artes liberales, ut vulgus.*

27. OLEO AC LUTO.] *Ceromate, & haphæ. supra epist. LVII. initio. Atbleticam intelligit.*

28. IEIUNI VOMITORES.] *De quibus epist. CXXII. vide.*

29. RECTAM EXERCERVNT.] *Mou, rectum*

exercuerunt hastile iacere: atque ita legendum. Rectum hastile idè, quia sequitur Sudem torquere. In sudis exercitiis, gladio se parabant, & ventilabant: hastile autem, missile telum erat in rectum. Tamen si quis tueri, rectam, uelit: possit è sequentibus, Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset iacentibus. Opponat rectis, iacentes.

30. ANIMUM AD ACCIP. VIRT. PRÆPARANT.] *Philo, De congressu quæ. erudit. gratiâ: Ω' αὐτὸ ἐν οἰκίαις αὐλοῖσι ἀρκεῖνται κλισιάδων, ἐν δὲ ἀδελφοῖσι τὰ ἀρκεῖνται, δὲ ἂν εἰσὶν βαδῖς ἐν ἄνεσι. ἄνω καὶ ἀρετῆς ἀρκεῖνται τὰ ἐκλυκία. ταῦτα γὰρ ἰδὸς ἐστὶν ἐκείνῃ φέρουσα: Ut in ædibus vestibula sunt ante fores; in opidis pro-urbia, per quæ in ipsa iur: sic uirtuti præiacent liberales artes. Hæc enim uia est, quæ fert ad illam.*

31. PEGMATA PER SE.] *Affatim de iis nos, libello De Amphitheatro, cap. XXII.*

tium. Pueriles sunt, & aliquid habentes liberalibus simile, hæc artes quas *ἱερὰ τέχνη* A
Græci, nostri liberales vocant. Solæ autem liberales sunt, imò (vt dicam verius) liberæ,
quibus curæ virtus est. Quemadmodum, inquit, est animi aliqua pars philosophiæ nat-
uralis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis; sic & hæc quoque liberalium artium tur-
ba locum sibi in philosophiâ vindicat. Cùm ventum est ad naturales quæstiones, geo-
metriæ testimonio statur. Ergo eius quam adiuuat, pars est? multa adiuuant nos; nec
ideò partes nostræ sunt: imò si partes essent, non adiuuarent. Cibus adiutorium corpo-
ris, nec tamen pars est. Aliquid nobis præstat geometriæ ministerium. Sic philosophiæ
necessaria est, quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriæ pars est, nec illa philosophiæ.
Præterea, vtraque fines suos habet. sapiens enim causas naturalium & quærit & nouit,
quorum numeros mensurasque geometres persequitur & supputat. Quâ ratione con-
stent cælestia, quæ illis sit vis, quæve natura, sapiens scit: cursus & recursus & obserua-
tiones, per quas descendunt & alleuantur, ac speciem interdum stantium præbent, cùm
cælestibus stare non liceat, colligit mathematicus. Quæ causa in speculo imagines ex- B
primat, scit sapiens: illud tibi geometer potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab
immagine, & qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse solem philoso-
phus probabit: quantus sit, mathematicus, qui vsu quodam & exercitatione procedit:
sed vt procedat, impetranda illi quædam principia sunt. Non est autem ars sui iuris, cui
precarium fundamentum est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus ³² à solo exci-
tat. Mathematica (vt ita dicam) superficialia est, in alieno ædificat, aliena accipit princi-
pia, quorum beneficio ad vltiora perueniat: si per se iret ad verum, si totius mundi nat-
uram posset comprehendere, dicere multum collaturam mentibus nostris quæ tractatu
cælestium crescunt, trahuntque aliquid ex illo. Vnâ re consuminatur animus, scientiâ
bonorum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit. Nulla autem ars
alia de bonis ac malis quærit. ³³ Singulas habet circumire virtutes. Fortitudo contem-
ptrix timendorum est: terribilia, & sub iugum libertatem nostram mittentia, despicit,
prouocat, frangit: numquid ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides sanctissimum C
humani pectoris bonum est, nullâ necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur
præmio. Vre, inquit, cæde, occide, non prodam: sed quò magis secreta quæret dolor,
hoc illa altiùs condam. numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Tempe-
rantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum
redigit, nec vnquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum,
non quantum velis, sed quantum debeas, sumere. Humanitas vetat superbum esse ad-
uersus socios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus comem se, facilemque omnibus
præstat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum id maxime, quod alicui
bono futurum est, amat. numquid liberalia studia hos mores præcipiunt? non magis
quàm simplicitatem, ac modestiam, ac frugalitatem, ac parsimoniam: non magis quam
clementiam, quæ alieno sanguini tamquam suo parcat, & scit homini non esse homine
prodigè vtendum. Cùm dicatis, inquit, sine liberalibus studiis ad virtutem non perue-
niri, quemadmodum negatis illa nil conferre virtuti? quia nec sine cibo ad virtutem per- D
uenitur, cibus tamen ad virtutem non pertinet. Ligna nihil naui conferunt, quamuis
non fiat naui sine lignis. Non est, inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri, sine quo
non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studiis veniri ad sapien-
tiam posse: quamuis enim virtus discenda sit, tamen non per hæc discitur. Quid est au-
tem, quare existimem, non futurum sapientem eum qui litteras nescit: cùm sapientia
non sit in litteris? Res tradit, non verba: & nescio an ³⁴ certior memoria sit, quæ nullum
extra se subsidium habet. Magna & spatiosa res est, sapientia: vacuo illi loco opus est:
de diuinis humanisque discendum est: de præteritis, de futuris, de caducis, de æternis,
de tem-

32. A SOLO EXCITAT.] *Ab ipsiis fundamentis.*

33. SINGVLAS HABET CIRCVMIRE.] *Mu-
retus, lubet, substituit: Pythæus, hauet, ego vellem,
habeo, si musai: vel, habe.*

34. CERTIOR MEMORIA SIT.] *Ideò Druides
(apud Cæsarem VI. Gallicor.) fas non putabant sua
litteris mandare. quòd nolent eos, qui discunt,
litteris confisos, minus memoriæ studere.*

- A de tempore: de quo vno, vide ³⁵ quàm multa quærantur. Primum, an per se sit aliquid: deinde, an aliquid ante tempus sit: si tempus cum mundo cœpit, an & ante mundum quia fuerit aliquid, fuerit & tempus. Innumerabiles ³⁶ quæstiones sunt de animo tantum: unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit: an aliunde aliò transeat, & domicilium mutet, ad alias animalium formas, aliasque coniectus: an non amplius quàm semel seruiat, & emissus ³⁷ vagetur in toto: vtrum corpus sit, an non sit: quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit: quomodo libertate suâ vsurus, cum ex hac effugerit caucâ: an obliuiscatur priorum, & illic nosse se incipiat, ³⁸ postquam de corpore abductus in sublime secessit. Quamcumque partem rerum humanarum diuinarumque comprehenderit, ingenti copiâ quærendorum ac discendorum fatigaberis. Hæc tam multa, tam magna, vt habere possint liberum hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus. laxum spatium res magna desiderat. expellantur omnia: totum pectus illi vacet. At enim delectat artium notitia multarum.
- B Tantum itaque ex illis retineamus, quantum est necessarium. ³⁹ An tu existimas reprehendendum, qui superuacua vsu sibi comparat, & pretiosarum rerum pompam in domo explicat: non putas eum, qui occupatus est in superuacua litterarum supellecile? Plus scire velle quàm sit satis, intemperantia genus est. Quid, quòd ista liberalium artium confectatio molestos, verbosos, intempestiuos, sibi placentes facit, & ideò non dicentes necessaria, quia superuacua didicerunt? ⁴⁰ Quattuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit: ⁴¹ miser, si tam multa superuacua legisset. In his libris de patriâ Homeri quæritur, in his de Æneâ ⁴² matre verâ: in his ⁴³ libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his, ⁴⁴ an Sappho publica fuerit: & alia, quæ erant dediscenda, si scires. In nunc, & longam esse vitam nega. Sed ad nostros quoque cum perueneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno impendio temporum, magnâ alienarum aurium molestiâ, laudatio hæc constat: *O hominem litteratum!* Simus hoc titulo rusticiore contenti: *O virum bonum!* Itane est? annales euoluam omnium gentium, & quis primus carmina scripserit, quæram: quantum temporis inter Orphea interfit & Homerum, cum fastos non habeam, computabo: & Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam: & ætatem in syllabis conteram? Itane in geometria puluere hærebo? Adeò mihi præceptum illud salutare excidit: *Tempori parce?* Hæc sciam, ⁴⁵ vt quid ignorem? Appion grammaticus qui sub C. Cæsare ⁴⁶ totâ circumlatus est Græciâ, &

⁴⁷ in no-

35. QVAM MVLTÀ QVÆRANTVR.] *Explicata hæc à nobis, cum sequentibus, Physiol. II. Dissertat. vltimâ.*

36. QVÆSTIONES SVNT DE ANIMO.] *Totus & hic locus ordine pertractatus Physiol. III. Dissert. VIII. & deinceps.*

37. VAGETVR IN TOTO.] *περὸ ὅλων: in Mundo.*

38. POSTQVAM DE CORPORE.] *Est Mureti. nam libri, an de corpore, vel, unde. Lego: cum de corpore.*

39. AN TV EXISTIMAS.] *Hæc & sequentia nimis velim Philologi nostri attendant, & admittant.*

40. QVATTVOR MILLIA LIBRORVM.] *Suidas notat, tria millia & quingentos scripsisse. Didymus fuit ab assiduitate & perperione laboris μαθηματικός: fertis visceribus: vixitque Ciceronis & Augusti auro.*

41. MISER, SI TAM MVLTÀ.] *Haud male alij libri, misereret, si.*

42. MATRE VERA.] *Nam opinione mater Venus erat.*

43. LIBIDINOSIOR ANACREON.] *Superfluens quæstio, & verè grammatica. Vtrumque autem in eo eximie comparet.*

44. AN SAPPHO PVBLICA.] *Vidi qui vellet, Sappho pudica; alium qui, Sappho Sibylla; ego (siquid mutandum) vellem, pullaria. Scitum, quid ei obiectum. Sed, publica, si tenetur; explica, an & vulgo se vulgauerit.*

45. VT QVID IGNOREM?] *Veteres, & quid. Sensum non elicio: non quidem aptum, aut salutarem. Fortasse: Hæc sciam, & quis ignorem? Id esset, Illa extra me sciam: ipse quis sim, nesciam: vel etiam: & quid si ignorem?*

46. TOTA CIRCVMLATVS EST GRÆCIA.] *Quasi manibus gestatus, & vt publica quadam pompa. Tamen, circulator, in meo libro optimo legitur: & probem. Agyrta fuit & circulator. Est qui ἀγυρταῖος vulgò agnominabatur, vt in Clemente, Eusebio, Agellio legas, quasi multi-victor: sue, vt in Suidâ, Ἀγύρτων ὁ ἀγυρταῖος, filius scilicet Plistonice: Didymi, de quo antè, discipulus, & agnominatus item ab assiduitate μαθηματικός, labor: à Tiberio iocose & verè, cymbalum mundi.*

BB 3

47. IN NO-

47 in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat: Homerum vtraque A materiâ consummatâ, & Odysseâ, & Iliade, principium adiecit operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferbat, quod 48 duas litteras in primo versu posuisset ex industriâ librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire. Non vis cogitare, quantum temporis tibi auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum occupatio quotidiana, quantum somnus. metire atatem tuam: tam multa non capit. De liberalibus studiis loquor: philosophi quantum habent superuacui, quantum ab vsu recedentis? Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones, & coniunctionum ac præpositionum proprietates descenderunt, & inuidere grammaticis, inuidere geometricis. Quidquid in illorum artibus superuacuum erat, transfulere in suam. Sic effectum est, vt diligentius sciant loqui, quam viuere. Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, & quam infesta veritati sit. 49 Protagoras ait, de omni re in vtramque partem disputari posse, ex æquo. & de hac ipsâ, an omnis res in vtramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait, ex his B quæ videntur esse, nihil magis esse, quam non esse. Parmenides ait, ex his quæ videntur, 50 nihil esse in vniuersum. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait nihil esse. Circa eadem ferè Pyrrhonij versantur, & Megarici, 51 & Eretrici, & Academici, qui nouam induxerunt scientiam, nihil scire. Hæc omnia in illum superuacuum studiorum liberalium gregem contice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hî spem omnis scientiæ eripiunt: fatius est superuacua scire, quam nihil. Illi non præferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verum: hî oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in rerum naturâ est, nisi dubium: si Nausiphani, hoc vnum certum est, nihil esse certi: si Parmenidi, nihil est præter vnum: 52 si Zenoni, ne vnum quidem. Quid ergo nos sursum? quid ista quæ nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est, aut inanis, aut fallax. Non facile dixerim, vtrum magis irascatur illis, qui nos nihil scire voluerunt: an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire.

C

EPIST. LXXXIX.

PHILOSOPHIAE & Sapientia discrimen: & illius diuisio varia, partiumque iterum diuisio, & descriptio. Monitum deinde, hæc & talia ad mores atque animum referenda: & obiter in male diuites inuebitur, luxumque simul & auaritiam castigat.

REM vilem desideras, & ad sapientiam properanti vtrique necessariam, diuidi philosophiam, & ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Vtinam quemadmodum vniuersi mundi facies in conspectum venit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum! Profectò enim omnes mortales in admirationem sui raperet, relictis his quæ nunc magna, magnorum ignotantiâ, credimus. Sed quia contingere hoc non potest, D sic erit a nobis adspicienda, quemadmodum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem

47. IN NOMEN HOMERI.] Cognominatus passim alter Homerus.

48. DVAS LITTERAS.] Scilicet M. & H. in voce μῆν: quæ signant XLVIII. Quid alius nugator (in Plutarcho, Quæst. Conu. IX. cap. III.) qui totidem syllabas in primo versu Iliados, & illo Odysseæ notabat? idem, in viroque postremo. Nam septemdecim syllaba sunt in iis utriusque operis, sedecim in sine.

49. PROTAGORAS AIT.] Hæc omnia, pertrahat II. Manud. Dissert. IV.

50. NIHIL ESSE IN VNIVERSVM.] Docui ibi scribendum, Ex his quæ videntur, vnum esse vniuersum, vel si vis, vniuersa.

51. ET ERETRICI.] Olim emendauimus: & sic dissi à patriâ Menedem, sectæ auctoris. De non-scientiâ, idem ferè Pyrrhonius censebat.

52. SI ZENONI.] Cognomento, Eleati.

EPIST. LXXXIX. I. SIC ERIT A NOBIS ADSPICIENDA.] Mirum quid ita libri in vniculâ notâ turbent. Nam alij, abscondenda, adspicienda; meus, abscondenda.

A dem animus totam molem eius amplectitur, nec minus illam velociter obit, quam cælum acies nostra: nobis autem, quibus perrumpenda caligo est, & quorum visus in proximo deficit, singula quæque ostendi facilius possunt, vniuersi nondum concipibus. Faciam ergo quod exigis, & philosophiam in partes, non in frusta, diuidam. Diuidi enim illam, non concidi, vtile est. nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus. Quidquid in maius creuit, facilius agnoscitur, si discessit in partes: quas (vt dixi) innumerabiles esse & paruas, non oportet. Idem enim vitij habet nimia, quod nulla diuisio: simile confuso est, quidquid vsque in puluerem sectum est. Primum itaque, sicut videtur tibi dicam, inter sapientiam & philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanæ: philosophia sapientiæ amor est & affectatio. Hæc ostendit, quò illa peruēnit. Philosophia vnde dicta sit, apparet: ipso enim nomine fatetur. ³ Quidam sapientiam ita finierunt, vt dicerent eam diuinorum & humanorum scientiam. Quidam ita:

B Sapientia est, nosse diuina & humana, & horum causas. Superuacua mihi videtur hæc adiectio, quia causæ diuinorum humanorumque partes sunt. Philosophiam quoque, fuerunt qui aliter atque aliter definirent. alij, studium illam virtutis esse dixerunt; alij, studium corrigendæ mentis. A quibusdam dicta est, appetitio rectæ rationis. Illud quasi constet, aliquid inter philosophiam & sapientiam interesse. Neque enim fieri potest, vt idem sit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter avaritiam & pecuniam interest, cum illa cupiat, hæc concupiscatur: sic inter philosophiam & sapientiam. Hæc enim illius effectus, & præmium est: illa venit, ad hanc itur. Sapientia est, quam Græci σοφία vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, sicut philosophiā nunc quoque vtuntur. Quod & togatæ tibi antiquæ probabunt, & inscriptus ⁴ Dossenni monumento titulus:

Hospes resiste, & sopheriam Dossenni lege.

Quidam ex nostris, quamuis philosophia studium virtutis esset, & hæc peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas distrahi posse. Nam nec philosophia sine virtute est, nec sine philosophiâ virtus est. Philosophia studium virtutis est, sed per ipsam virtutem: nec virtus autem esse sine studio sui potest, nec virtutis studium sine ipsâ. Non enim quemadmodum in his qui aliquid ex distante loco ferire conantur, alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quæ ad vrbes perducunt, extra ipsas sunt, ad virtutem venit per ipsam. Cohærent ergo inter se philosophia, virtusque. ⁵ Philosophiæ tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi auctores: Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant. Ceterum inuenti sunt, & qui in pauciora philosophiam, & qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem ⁶ adiecerunt, Civilem: quia quamdam propriam exercitationem desideret, & circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem, quam Græci οἰκονομικήν vocant, administrandæ rei familiaris scientiam. Quidam & de generibus vitæ locum separauerunt. Nihil autem horum in illâ parte morali non reperitur. Epicuræi duas partes philosophiæ putauerunt esse, Naturalem atque Moralem: ⁷ Rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogere ambigua fecerent, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum, quem ⁸ De iudicio & regulâ appellant, alio nomine rationalem induxerunt: sed eum accesserunt

2. INTER SAPIENTIAM ET.] *Nos in Manud. II. Dissert. VII.*

3. QUIDAM SAPIENTIAM ITA.] *De his omnibus functionibus, ibidem.*

4. DOSSENNI MONUMENTO.] *Fuit Fabius Dossennus Atellanarum scriptor, cuius mentio & versus in Plinij XIV. cap. XIII. Item Horatio, Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis.*

5. PHILOSOPHIÆ TRES PARTES.] *Explicauit Manuduct. II. Dissert. V.*

6. ADIECERVNT CIVILEM.] *Politicam.*

7. RATIONALEM REMOVERVNT.] *Laërtius: Τὴν διαλεκτικὴν ὡς παράληψαν ἀποδοκιμαζουσαν: Dialecticam, vt superfluam, remouerunt.*

8. DE IUDICIO ET REGVLÂ.] *Diuidunt ipsi philosophiam in tres partes, τὸ κωνομικὸν, καὶ φυσικὸν, καὶ ἠθικὸν.*

sionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cū rationalibus sustulerunt, A & contenti fuerunt moralibus: sed hi quoque qui remouent, aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt: vt vna sit de fugiendis & expetendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causæ rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. ⁹ Aristo Chius non tantum superuacuas esse dixit naturalem & rationalem, ¹⁰ sed etiam contrarias: morale quoque, quam solam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum ¹¹ qui monitiones continet, sustulit, & pædagogi esse dixit, non philosophi: tamquam quidquam aliud sit sapiens, quam humani generis pædagogus. Ergo cū tripertita sit philosophia, morale eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus diuidi placuit: vt ¹² prima esset inspectio suum cuique distribuens, & ¹³ æstimans quanto quidque dignum sit, maximè vtilis. quid enim est tam necessarium, quam prætia rebus imponere? Secunda ¹⁴ de impetu: tertia ¹⁵ de actionibus. Primum enim est, vt quanti quidque sit, iudices: secundum, vt impetum ad illa capias ordinatum temperatumque: tertium, B vt inter impetum tuum, actionemque conueniat, vt in omnibus istis tibi ipsi consentias. Quidquid ex his tribus defuerit, turbat & cetera. Quid enim prodest, intus æstimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse, & habere cupiditates in tuâ potestate, si in ipsâ rerum actione tempora ignores, nec scias quando quidque, & vbi, & quemadmodum agi debeat? Aliud est enim, dignitates & prætia rerum nosse: aliud articulos: aliud impetus refranare, & ad agenda ire, non rueri. Tunc ergo vita sibi concors est, vbi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, perinde remissus acriorve, prout illa digna est peti. Naturalis pars philosophiæ in duo scinditur: Corporalia, & Incorporalia. Vtraque diuiduntur in suos, vt ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, ¹⁶ in ea quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur: gignuntur autem elementa. ¹⁷ Ipse elementi locus, vt quidam putant, simplex est: vt quidam, in materiam, & ¹⁸ causam omnia mouentem, & elementa diuiditur. Superest vt rationalem partem philosophiæ diuidamus. Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem & interrogantem diuisa. Hanc *διαλεκτικὴν*, illam *ῥητορικὴν* placuit vocari. hæc verba curat, & sensus, & ordinem. *διαλεκτικὴ* in duas partes diuiditur: ¹⁹ in verba, & significationes: id est, in res quæ dicuntur, & vocabula quibus dicuntur. ²⁰ Ingens deinde sequitur vtriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam:

— Et summa sequar fastigia rerum.

Alioqui

καὶ ἡθικὸν: Canonicam (sive Regularem) Physicam, Ethicam. Regularem dicunt, quæ introductiones ad opus continet: tractaturque de eâ in libro vnicuique, qui Canon sive Regula inscribitur. Sed ea pars, quia iudicium format ac præparat, appellantur etiam *περὶ κερτιρίου, καὶ ἀρχῆς, καὶ στοιχειωτικὸν*: De Iudicatorio, & Principio, & Elementarem. Ista Laërtius in Epicuro: & ex his Seneca mens clara.

9. ARISTO CHIUS.] Zenonis auditor. de cuius hoc sensu Laërtius: τὸν τε φυσικὸν τόπον καὶ τὸν λογικὸν ἀνήκει. λέγων ἢ μὲρ ἐξ ὁπαρῆμας, τὸν δὲ ἐδὲν ὁπαρῆμας: Physicum & Logicum locum sustulit, dicens illum esse super nos, hunc nihil ad nos.

10. SED ETIAM CONTRARIAS.] Impedire Sapientiam, aduersari Virtuti.

11. QUI MONITIONES CONTINET.] Τὴν ἀκατασκευαστικὴν, de qua in epist. XCIV. atque ibidem Aristonis hæc contemptio.

12. PRIMA ESSET INSPECTIO.] Hæc diuisio tenuis aut sterilis est, præ illâ quæ in Laërtio ponitur, ex mente & vsu plurimum Stoicorum. vide.

13. ÆSTIMANS QUANTO QUIDQUE.] Eff

igitur pars, quæ in Laërtio dicitur, *περὶ τῆς πρώτης ἀξίας*: de primâ æstimatione.

14. DE IMPETV.] In eodem, *περὶ ὀρμῆς*.

15. DE ACTIONIBVS.] Et ipse agnoscit, *περὶ πράξεων*.

16. IN EA QUÆ FACIUNT.] Duo prima principia, Deum & Materiam. Etsi alterum illorum patitur, Dei respectu: sed agit tamen, compositorum. D

17. IPSE ELEMENTI LOCVS.] Non satis hæc capio. vt quid enim iam Elementa cum Principiis confundit? Nisi si Elementum aliter à quibusdam capi vult, & vt ipsa Principia contineat, atque etiam Elementa. Hoc apparet.

18. CAUSSAM OMNIA MOV.] Ipsum Deum, sive (vt Stoici sepe) eius Rationem.

19. IN VERBA, ET SIGNIFICATIONES.] In Laërtio Zenone: ἢ Διαλεκτικὴν διαίρεσθαι ἵς τὴν ἑπὶ τῶν σημασιολογῶν, καὶ τῶν φωνῶν τόπων: Dialecticam diuidi in eorum Quæ significantur, & Vocis locum.

20. INGENS DEINDE SEQVITVR.] Videnda in ipso Laërtio, ibidem.

21. HÆC

A Alioqui si voluero facere partium partes, quaestionum liber fiet. ²¹ Hæc, Lucili viro-
rum optime, quò minus legas non deterreo: dummodo quidquid legeris, ad mores sta-
tim referas. Illos compesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma,
cupiditates tuas publicasque, quantum potes, vexa: & istis dicentibus, Quousque ea-
dem? responde, Ego debeo dicere, Quousque eadem peccabitis? Remedia antè vultis,
quàm vitia desinere. ego verò eò magis dicam, & quia recusatis, perseverabo. Tunc in-
cipit medicina proficere, vbi in corpore alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiam
inuitis profutura. Aliquando aliqua ad vos non blanda vox veniet: & quia verum sin-
guli audire non vultis, publicè audite. Quousque fines possessionum propagabitis? ager
vni domino, qui populum cepit, angustus est. Quousque arationes vestras porrigetis,
²² ne prouinciarum quidem satiatione contenti circumscribere prædiorum modum? Illu-
strium fluminum per priuatum decursus, & amnes magni, magnarumque gentium ter-
mini, vsque ad ostium à fonte, vestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis vestris
B maria cinxistis: nisi trans Hadrianum, & Ionium, Ægæumque, vester villicus regnet:
nisi insulæ, ducum domicilia magnorum, inter vilissima rerum numerentur. Quàm
vultis, latè possidere: sit fundus, quod aliquando imperium vocabatur: facite vestrum
quidquid potestis, ²³ dum plus sit alieni. Nunc vobiscum loquor, quorum æquè spa-
tiosè luxuria, quàm illorum auaritia diffunditur. Vobis dico, Quousque nullus erit la-
cus, cui non villarum vestrarum fastigia immineant? nullum flumen, cuius non ripas
ædificia vestra prætexant? Vbicumque scatebunt aquarum calentium venæ, ibi noua di-
uersoria luxuriæ excitabuntur. Vbicumque in aliquem sinum littus curuabitur, vos pro-
tinus fundamenta iacietis, ²⁴ nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, ²⁵ maria
agetis introrsus. Omnibus licet locis testæ vestra splendeant, alicubi imposita monti-
bus, in vastum terrarum marisque prospectum, alicubi ex plano in altitudinem mon-
tium educta: cum multa ædificaueritis, cum ingentia; tamen & singula corpora estis,
& paruula. Quid profunt multa cubicula? in vno iacetis. ²⁶ Non est vestrum, vbicum-
que non estis. Ad vos deinde transeo, quorum profunda & insatiabilis gula, hinc maria
C scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno
labore persequitur: nullis animalibus, ²⁷ nisi ex fastidio, pax est. Quantulum enim
ex istis epulis, quæ per tot comparatis manus, fesso voluptatibus ore libatis? quantulum
ex istâ ferâ, periculosè captâ, dominus crudus ac nauseans gustat? quantulum ex tot
conchyliis, tam longè aduectis, per istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices
etiam, quòd non intelligitis, vos maiorem famem habere, quàm ventrem. Hæc alius dic-
it: dum dicis, audias ipse. Scribe: vt dum scripseris, legas; omnia ad mores, & ad sedan-
dam rabiem affectuum referens. Stude, non vt plus aliquid scias, sed vt meliùs.

21. HÆC LUCILI, VIRO-
rum OPTIME.] *Mene
aliqui, scripti hic ordiuntur nouam epistolam: neque
abs te videatur.*

22. NE PROVINCIA-
rum QUIDEM.] *En vix credenda latifundia, & his sequentibusque
lucem, aut fidem etiam, mutuare ex III. De Benefic.
cap. VIII. item Epist. LXIV. & nostris Admiran-
dis libro II. cap. XV.*

23. DVM PLUS SIT ALIENI.] *Omnia appe-
tite, non omnia habebitis: & plus semper erit, quod
alij possideant.*

24. NEC CONTENTI SOLO.] *Nam ageres &
moles in ipso mari struebant, usq; superstruebant.*

25. MARIA AGETIS INTRORSUS.] *A terrâ
repelletis, versus suum oceanum. Horatius:
Contracta pisces æquora sentiunt,
Iactis in altum molibus.*

26. NON EST VESTRVM.] *Vsu videlicet. quor-
sum autem, sine usu?*

27. NISI EX FASTIDIO.] *Quæ iam edisse non
libet, obsoleta ea gula est.*

EPIST. XC.

PHILOSOPHIAE laus. ea vitam formavit, consortia & imperia instituit, leges & iura dedit. An etiam artes vitæ utiles, ut fabricam, marmorariam, metallariam, vestiariam, aliasque? Negat ipse, contra Posidonium, & inferiora hæc maiestate illius esse; & multa horum superuacua. Non corporis, sed animi negotium illa gerit, & gessit. Rudi etiam sæculo, an fuere Sapientes? Non, sed Sapientibus similes, beneficio non Doctrina, sed Natura. Multa in his bona, & scientia aut vitæ fructuosa.

QUIS dubitare, mi Lucili, potest, quin Deorum immortalium munus sit, quod viuimus: ¹ philosophiæ, quod bene viuimus? Itaque tanto plus nos debere huic, quam diis, quanto maius beneficium est bona vita, quam vita? Pro certo deberetur, nisi ipsam Dij philosophiam tribuissent: cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent, & prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimum habet perdidisset, quod inter fortuita non est. Nunc enim hoc in illâ pretiosum atque magnificum est, quod non obuenit, quod illam sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes, quod in philosophiâ suspiceres, ² si beneficiaria res esset? Huius opus vnum est, de diuinis humanisque verum inuenire: ab hac numquam recedit iustitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus virtutum consortarium, & inter se coherentium. Hæc docuit colere diuina, humana diligere, & penes Deos imperium esse, & inter homines consortium: quod aliquamdiu inuolatum mansit, antequam societatem auaritia distrahit, & paupertatis causa etiam his quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria. Sed primi mortaliū, qui que ex his geniti, naturam incorrupti sequebantur, eandem habebant & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio. Natura est enim, potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora præfunt, aut vehementissima. Non præcedit armenta de genere taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit: elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines, pro summo est optimus. Animo itaque rector eligebatur. ideoque summa felicitas erat gentium: in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet, non putat posse. Illo ergo sæculo, quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur: suadebant, dissuadebantque, & vtilia atque inutilia monstrabant. Horum prudentia, ne quid deesset suis, prouidebat; fortitudo arcebat pericula; beneficentia augebat, ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur, per quos cœperat posse. Nec erat cuiquam aut animus in iniuriam, aut causa: cum bene imperanti bene pareretur, nihilque rex maius minari malè parentibus posset, quam ut abiret è regno. Sed postquam, surreptibus vitiis, in tyrannidem regna versa sunt: opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon, qui Athenas æquo iure fundauit, inter septem æui sapientiâ notos. Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus. ³ Zaleuci leges Charondæque laudantur. hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoque fecessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Sicilia, & per Italiam Græciæ ponerent. Hactenus Posidonio assentior: artes quidem à philosophiâ inuentas, quibus in quotidiano vsu vita vititur: non concesserim, nec illam fabricæ assertam gloriam.

Illæ,

EPIST. XC. I. PHILOSOPHIÆ, QVOD BENE.] Aristotelis illud asides: Qui docuissent nos, magis venerabiles debere esse us qui genuissent. τοὺς ἐδιδάξαντες ἡμᾶς, τοὺς δὲ τῆς καλῆς ζωῆς παρονομήσαντες: illos enim viuendi tantum, hos bene viuendi auctores esse.

2. SI BENEFICIARIA RES.] Beneficij alieni, quæq. tribui possit.

3. ZALEUCI LEGES CHARONDÆQUE.] De istis aliquid Manuduct. i. Dissert. v.

4. ET CA

A Illa, inquit, sparsos ⁴ & casulis tectos, aut aliquâ rupe suffossâ, aut exesa arboris trunco, docuit tecta moliri. Ego verò philosophiam iudico, non magis excogitasse has machinationes tectorum supra tecta surgentium, & vrbes prementium, quàm viuaria piscium in hoc clausa, vt tempestatum pericula non adiret gula, & quamuis acerrimè pelago saeuiente, haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos piscium greges saginaret. Quid ais? Philosophia docuit homines habere clauem & seram? & quid aliud erat, auaritiæ signum dare? Philosophia hæc, cum tanto habitantium periculo, imminencia tecta suspendit? Parùm enim erat fortuitis regi, & sine arte & difficultate naturale sibi inuenire aliquod receptaculum. Mihi crede, felix illud sæculum ante architectonas fuit. Ista nata sunt, iam nascente luxuriâ, in quadratum tigna decidere, & ferro per designata currente, certâ manu trabem scindere.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

B Non enim tecta ⁶ cænationi, epulum recepturæ, parabantur: nec in hunc vsum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, ⁷ vicis intrementibus, vt ex illâ lacunaria auro grauiâ penderent. ⁸ Furcæ vtrimque suspensæ fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congestâ, & in procliue dispositâ, decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub his tectis habitauere securi. Culmus liberos texit: sub matmore atque auro feruitus habitat. In illo quoque dissentio à Posidonio, quòd ferramenta fabrilia excogitata à sapientibus viris iudicat. Isto enim modo dicat licet sapientes, per quos

Tunc laqueis captare feras, & fallere visco

Inuentum, & magnos cambibus circumdare saltus.

C Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc quoque dissentio, sapientes fuisse, qui ferri metalla & aris inuenerunt: cum incendio siluarum adusta tellus, in summo venas iacentes liquefacta fudisset. Ista tales inueniunt, quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis quæstio mihi videtur, quàm Posidonio: Vtrum malleus in vsti esse prius, an forcipes cœperint. Vtraque inuenit aliquis exercitati ingenij, acuti, non magni, nec elati, & quidquid aliud corpore incuruato, & animo humum spectante, querendum est. Sapiens facilis victu fuit. quid ni? cum hoc quoque sæculo esse quàm expeditissimum cupiat? Quomodo oro te conuenit, vt Diogenem mireris, ⁹ & Dædalum? Vter ex his sapiens tibi videtur, qui ferram commentus est: an ille, qui cum vidisset puerum cauâ manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum è perulâ calicem, hac ob iurgatione sui: Quàm diu homo stultus superuacuas sarcinulas habui? qui se compliuit in dolio, & in eo cubitauit? Hodie vtrum tandem sapienterem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem ¹⁰ crocum latentibus fistulis exprimat, qui ¹¹ Euripos subito aquarum imperu implet, aut siccat, ¹² versatilia cænationum laquearia

4. ET CASVLIS TECTOS.] *Erasmi diuinitio est: at scripti, è caucasis lectos, aut. causalis. Et hercle vix melius est edere: nisi quod casus non primò statim facta, sed post rupes & antra ingenio reperta sunt. Hunc gradum Lucretius facit, lib. v.*

Sed nemora, atque cauos montes, silualque colebant,

Et frutices inter cõdebant squallida membra.

De cultioribus iam autem narrat,

Inde casus postquam, ac pelles, ignemque pararunt,

Et mulier coniuncta viro concessit in vnum.

Fortasse in Senecâ igitur, & aut cauis tectos.

5. DOCUIT TECTA MOLIRI.] *Cicero ad Philosophiam: Tu eos inter se primò domiciliis, deinde coniugis iunxisti.*

6. CÆNATIONI EPVLVM.] *Magnum & amplum conuiuium. Nec displiceat scribi, populum. Ita Seneca epist. c. xv. capacem populi cænationem dixit.*

7. VICIS INTREMENTIBVS.] *Iuuenalis Sat. iiii.*

— modò longa coruscet

Sarraco veniente abies, atque altera pinum

Plaustra vehunt. nutant altè, populoque minantur.

8. FURCÆ VTRIMQVE SVSPENSÆ.] *Fortè, suspensam.*

9. ET DÆDALVM?] *Plinius lib. vii. cap. lvii. Alij Talo tribunt, qui Dædali ex sorore nepos, vt Diodorus iv. Bibliotheca.*

10. CROCVM LATENTIBVS FISTVLIS.] *Quod in theatris fiebat ad sparsionem. Nos De Amphitheatro, cap. xvi.*

11. EURIPOS SVBITO.] *Id quoque in spectaculis & Circo. nam ibi impletis iis fossis, per occultos canales ex Aquæductibus, totam arenam inundabant, ad Naumachiam aut talia.*

12. VERSATILIA CÆNATIONVM LAQ. De quibus Suetonij Nerone, cap. xxxi. Fuere & trichinæ

ria ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, & toties tecta, quoties ferula mutantur: an cum, qui & aliis & sibi hoc monstrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit? Possit nos habitare sine marmorario fabro, possit nos vestitos esse sine commercio Serum, possit nos habere vrbibus nostris necessaria, si contenti fuerimus his, quæ ¹³ terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus voluerit, tam superuacuum sciet sibi coquum esse, ¹⁴ quam militem. Vbi sapientes fuerunt, aut certe sapientibus similes, quibus expedita erat tutela corporis. Simpliciter curam constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam, illa noluit esse districtos: ad quæcumque nos cogebat, instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? numquid non pelles ferarum, & aliorum animalium, à frigore satis abundeque defendere queunt? non corticibus arborum pleræque gentes tegunt corpora? ¹⁵ non animum plumæ in usum vestis conferuntur? non hodieque magna Scytharum pars, ¹⁶ tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt? Opus est tamen calorem solis æstiuæ umbram crassiore propellere. Quid ergo? non vetustas ¹⁷ multa abdidit loca, quæ vel iniuriam temporis, vel alio quolibet casu excavata in specum recesserunt? Quid ergo? non quamlibet virgeam cratem texerunt manu, & vili obleuerunt luto, deinde stipulam aliisque siluestribus operuere fastigium, & pluuiis per deuexa labentibus, hiemem transire securi? Quid ergo? non in defosso latent Syrticæ gentes? quibus propter nimios solis ardores, nullum tegumentum satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura, ut cum omnibus aliis animalibus facilem actum vitæ daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil ægrè quærendum ut possit vita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia nobis difficilia facilius fastidio fecimus. Tecta tegumentaque, & fomenta corporum, & cibi, & quæ nunc ingens negotium facta sunt, obuia erant, & gratuita, & operam leui parabilia: modus enim omnium, prout postulabat necessitas, erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura, quod poscit. A naturam luxuria descivit, quæ quotidie seipsam incitat, & tot sæculis crescit, & ingenio adiuuat vitia. Primum superuacua cœpit concupiscere, inde contraria, nouissimè corpori animum addixit, & illius deseruire libidini iussit. Omnes istæ artes, quibus aut ¹⁸ excitatur ciuitas, aut strepit, corporis negotium gerunt: cui omnia olim tamquam seruo præstabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabricarum officinæ sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus & infractos. Recessit enim ille naturalis modus, desideria ope necessariam finiens: iam rusticitatis & miseriam est, velle quantum sat est. Incredibile est, mi Lucili, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat à vero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, vnus ex

iis qui

nia versatilia, ad iocum, & homines floribus ac rosis inuoluendos: apud Lampridium in Elagabalo.

13. TERRA POSUIT IN SUMMO.] Non in imo, ut metalla. In summo sunt herba, fruges, stirpes.

14. QUAM MILITEM.] Nam bella è talibus, ex auro, inquam, & luxu.

15. NON AVIVM PLVMÆ.] Nam & ea olim in vsu agrestibus, aut siluiculis, ut de Philoctete Attius, apud Ciceronem:

Configo tardus celeres, stans volatiles,
Pro veste pinnis membra textis contegens.
Sunt & noui orbis Indi, qui plumatili veste hac vtuntur.

16. TERGIS VVLPIVM AC MVRIVM.] Quod de Germanis Tacitus: Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligentius, vltiores exquisitiis. Isidorus: Mastruca, vestis Germanica ex pelliculis ferarum. De Scythis, Justinus: Lanæ vis vsus ig-

notus: pellibus tantum ferinis aut marinis vestiuntur. De marinis, haud temere mutem: nam & in Tacito est de pellibus belluarum, quas exterior Oceanus gignit. Tamen alij, murinis: quod esse hic pro Seneca, de muribus. Quod idem ex Eginharto, in vita Caroli Magni: Ex pellibus lutinis vel murinis (ita scriptus liber) thorace confecto, humeros ac pectus hieme muniebat. Sunt autem isti mures Scythici, Martium & Hermelinarum nomine hodie noti. Ceterum & in Homero, Agamemnon — ἵκοςατο δ' ἔρμα λέοντος: texit se pelle leonis, itemq; Dolon, & Nestor. Apollonij etiam Scholiastes notat: σύνθετος τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν: Solenne heroibus, pelles gestare.

17. MVLTA ABDIDIT LOCA.] Cur vetustas abdat? aliquis suspicetur, adedit: sed tolero.

18. EXCITATVR CIVITAS.] In aliis, exercitatur: quod præferam.

19. PER-

Aiis qui plurimum philosophiæ contulerunt, dum vult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur: deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen insertum, quod duritiam utrimque comprimentis tramæ remolliat, spatâ coire cogantur & iungi: textricum quoque artem à sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo.

Inferitur medium radiis subtemen acutis,

Quod lato feriunt insecti pectine dentes.

Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus²⁰ vestis nihil celatura conficitur, in quâ non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? Transit deinde ad agricolas, nec minus facundè describit proficillum aratro solium,²¹ & iteratum, quo solutior terra facilius pateat radicibus: tum sparsa semina, & collectas manu herbas, ne quid fortuitum & agreste succrescat, quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium: tamquam non nunc quoque plurima cultores agrorum noua inueniant, per quæ fertilitas augeatur. Deinde non est contentus his artibus, sed in pilstrinum sapientem submittit. Narrat enim quemadmodum, rerum naturam imitatus, panem cepit facere. Receptas, inquit, in os fruges, concurrens inter se duritia dentium frangit, & quidquid excidit, ad eosdem dentes linguâ refertur: tunc verò saluæ miscetur, vt facilius per fauces lubricas transeat. Cùm peruenit in ventrem, aqualiculi feruore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar, lapidem asperum aspero imposuit, ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius expectat: deinde vtriusque attritu grana franguntur, & sæpius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aquâ sparsit, & assiduâ tractatione perdomuit, finxitque panem: quem primò cinis calidus, & feruens testa percoxit: deinde furni paullatim reperti, & alia genera, quorum feruor seruiret arbitrio. Non multum absuit,²² quin sutrinum quoque inuentum à sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non sapientis inuenta sunt: tam mehercules quàm nauigia, quibus amnes, quibusque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis à tergo gubernaculis, quæ huc atque illuc cursum nauigij torqueant: & exemplum à piscibus tractum est, qui caudâ reguntur, & leui eius in vtrumque momento velocitatem suam flectunt. Omnia hæc quidem, inquit, sapiens inuenit: sed minora, quàm vt ipse tractaret, fordioribus ministris dedit. Imò non ab aliis excogitata ista sunt, quàm à quibus hodieque curantur. Quædam nostrâ demum prodisse memoriâ scimus: vt²³ speculariorum vsum, perlucens testâ, clarum transmittentium lumen: vt²⁴ suspensuras balnearum, & impressos parietibus

tubos,

19. QVOD LATO FERIVNT.] Ouidiam versus sunt è VI Metamorph. certamine Palladis cum Achæne: est paulò aliter ibi leguntur, & medium vnum Seneca emisit. At cur hic libri scripti consensu, Quod lato pariunt? Gruterus acutè putat, pariunt, fuisse: quod antiquis percutere est. Sed antiquus: Ouidius vix est vt vsurparii. Vnde ergo libri turbam? leui sepe & ridiculâ causâ: ac fuerit in archetypo aliquo, feriunt. inde hoc, pariunt, diffusum.

20. VESTIS NIHIL CELATVRA.] Serica, bombycina, & id genus pellucida: Adi de Benef. VII. cap. IX. & Consol. ad Helu. cap. XV.

21. ET ITERATVM.] Est à Pinciano, est libri, inter aratrum. Sed bene bonus Censor. est enim agricultura vox; & in Columellâ Arationem iteratio sequitur, vt veruactum resoluatur in puluerem. Imò & Tertio sepe.

22. QVIN SVTRINVM QVOQVE.] Quippi-

ni, nam & Stoicorum sapiens, bonus sutor est. Manuduct. 111. Dissert. XVII.

23. SPECVLARIORVM VSVM.] Specularia, quadra sive orbes fenestris inserti, ad lucem immittendam, ventos excludendos: vicem & vsum hodie vitreorum. Dicta à lapide Speculari: cui hoc nomen à naturâ iralucens. Creber olim in Hispaniâ, Cypro, Cappadociâ, Affricâ: nunc sine in notitiâ, nescio, vix in vsu. At olim frequent. neque enim Canationes solum aut cubicula eo illustrabant, sed Balnea (suprà, in epistola LXXXVI.) sed totas Porticus, in Plinij epistola XVII. libri II. Item Pomaria & Hortos (tantâ copia erat) contra calis iniurias sic claudabant. ex Martiali palam, lib. VIII. epigr. XIV. & LXVIII. Adde nostrum de Prouid. cap. I V.

24. SVSPENSVRAS BALNEORVM.] Eadem voce & sensu Palladius, opinor, lib. I. cap. XL. suspensuras cellatum in Balneis dixit: id est, locum ab humore

tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret æqualiter. **A**
 Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus fulgent? Quid ²⁵ lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta suscipimus? Quid ²⁶ verborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt: sapientia altius sedet, nec manus edocet, animorum magistra est. Vis scire, quid illa eruerit, quidve effecerit? Non indecoros corporis motus, nec varios per tubam ac tibiam cantus, quibus exceptus spiritus, aut ²⁷ in exitu, aut ²⁸ in transitu, formatur in vocem: non arma, nec muros, nec bella: vtilia molitur, paci fauet, & genus humanum ad concordiam vocat. Non est, inquam, instrumentorum ad vsus necessarios opifex. quid illi tam paruula assignas? artificem vides vitæ. Alias quidem artes sub dominio habet. nam cui vita, illi vitæ quoque ornamenta feruiunt: ceterum ad beatum statum tendit, illò ducit, illò vias aperit. Quæ sint mala, quæ videantur, ostendit: vanitatem exiit mentibus, dat magnitudinem solidam: inflatam verò, & ex inani speciosam reprimat: nec ignorari finit, inter magna quid intersit & tumida: ²⁹ totius naturæ notitiam, ac suæ tradit. Quid sint dij, qualesque, declarat: quid inferi, quid ³⁰ lares & genij. Quid ³¹ in secundam auminum formam animæ perpetuæ, ³² vbi consistant, quid agant, quid possint, quid velint. ³³ Hæc eius initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum templum mundus ille referatur: cuius vera simulacra, verasque facies cernendas mentibus protulit. nam ad spectacula tam magna hebes visus est. ad initia deinde rerum redit, & æternam ³⁴ rationem toti inditam, & ³⁵ vim omnium seminum singula propriè figurantem. Tum de animo cœpit inquirere, vnde esset, vbi, quamdiu, ³⁶ in quot membra diuisus. Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit, veritatemque & argumenta eius excussit: post hæc, quemadmodum discernentur ³⁷ vitæ ac necis ambigua: in vtraque enim falsa veris immixta sunt. Non abduxit, inquam, se, vt Posidonio videtur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit. Nihil enim dignum **C**

humore suspensum, vt idem loquitur, & ne vligo refrigeraret. Nam antea simpliciter Balneas solo instruebant: postea repertum, suspendi, & à terrâ paululum alleuari, ob causam dictam, & vt calor diutius perseveraret. Ita Vitruuius lib. v. cap. x. Suspensuras caldiorum facit: vt regulis sesquipedalibus solum sternatur, & supra laterculis bossalibus pilæ struantur, atque cæ habeant altitudinem pedum duorum. Vides suspensionem? an à Sergio Oratâ primum repertam? Ita enim Plinius libro ix. cap. liv. Sergius Orata primus inuenit pensiles balneas. Nominat easdem, & idem hoc aut indicat, lib. xxvi. cap. iiii. vbi de Asclepiade medico: Tum primum, inquit, pensilium balnearum vsu ad infinitum blandiente. Quando primum? Asclepiade medicante, qui Cn. Pompey, & Mithridatis regis temporibus vixit: ergo Sergio Oratâ, aut circâ, qui L. Crasti oratoris. Ita quod Seneca ait suâ memoriâ prodidisse, laxius paullo capiendum est: sicut & de Notis, quæ Ciceronis ævo innotuerunt. An aliquis pnter, alias suspensuras intelligi? nempe super hypocausta & camerationes suppositas, vbi ignis, & superiora per tubos calefacta? Panè hoc censeam, & nouit id fuisse inuenit: de quo scripsi in Epistolâ lxxv. Centuriæ 111. ad Belgas, amico meo Balthazari Robiano. Porro quod vir & medicus doctissimus, Pensiles balneas interpretatur ipsa Labra à laquearibus suspensa, & leui motu huc illuc agitata: nescio, & hereo, donec testimonio ab antiquitate impellar.

25. LAPIDEAS MOLES.] Columnas.

26. VERBORVM NOTAS.] De quibus executus

sum in epistolâ xxvii. Centuriæ i. ad Belgas.

27. IN EXITV.] Sicut in tubâ.

28. IN TRANSITV.] In foratili tibiâ.

29. TOTIVS NATURÆ AC SVÆ.] Alludit ad finem, Vireve secundum naturam vniuersi, & suam: de quo ego Manud. 111. aliquot Dissertationibus.

30. LARES ET GENII.] Distincta hæc, & quomodo, vide Physiol. i. Dissert. xviii.

31. IN SECUNDAM NUMINVM.] Proximo à diis loco, & dignitate. Nam & pars Deorum sunt.

32. VBI CONSISTANT.] Circa inum ætherem, & calum Lunæ. Nos in Physiol. 111. Dissert. xiv.

33. HÆC EIVS INITIAMENTA.] Dixi aliquid D Physiol. 11. Dissert. vi.

34. RATIONEM TOTI INDITAM.] Incorporalem illam Rationem, de quâ Physiol. i. Dissert. vii. Toti autem, id est Mundo. Nam Stoicus sermo disparat hoc ab Vniuerso. Nos quoque in Physiol. 11. Dissert. v.

35. VIM OMNIUM SEMINVM.] De quâ vide Physiol. 111. Dissert. iv.

36. IN QVOT MEMBRA.] Ita partes appellat: quæ Stoicis octo sunt. Vide Physiol. 111. Dissert. xvii.

37. VITÆ AC NECIS AMBIGVA.] Nam vita videtur nobis, quod mors est: & contrâ. Nam animus hic inclusus, velut carcere aut sepulchro potius continetur: vniit & viget liber illic, & inter stellas

38. ANA-

A dignum inuentu iudicasset, quod non erat dignum perpetuo vsu iudicaturus. ponenda non fueret. ³⁸ Anacharsis, inquit, inuenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Dein quia ³⁹ apud Homerum inuenitur figuli rota, non auit videri versus falsos esse, quam fabulam. Ego nec Anacharsin huius rei fuisse auctorem contendo: & si fuit, sapiens quidem hoc inuenit, sed non tamquam sapiens: sicut multa sapientes faciunt, quae homines sunt, non quae sapientes. Puta velocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, quae velox est, non quae sapiens. Cuperem Posidonio aliquem vitrarium ostendere, qui ⁴⁰ spiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur. Haec inuenta sunt, postquam sapientem inuenire desuimus. Democritus, inquit, inuenisse dicitur fornecem, ut lapidum curuatura paulatim inclinatum medio saxo alligauerit, quarum ferè summa curuantur. Excidit porrò vobis eundem Democritum inuenisse, quemadmodum ⁴¹ ebur poliretur, quemadmodum decoctus calculus in smaragdum conuerteretur, quae hodieque coctura inuenti ⁴² lapides coctiles colorantur. Ista sapiens licet inuenit, non quae sapiens erat, inuenit. multa enim facit, quae ab imprudentissimis aut aequè fieri videmus, aut peritiùs, aut exercitatiùs. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem protraxerit, quæris? Primum rerum naturam, quam non ut cetera animalia oculis secutus est, tardis ad diuina. Deinde vitæ legem, quam ⁴³ ad vniuersa direxit: nec nosse tantum, sed sequi docuit deos, & accidentia non aliter excipere, quam imperata. Veruit parere opinionibus falsis, & quanti quidque esset, verâ æstimatione perpendit: damnauit mixtas penitentiae voluptates. Et bona semper placitura laudauit, & palam fecit, felicissimum esse, cui ⁴⁴ felicitate opus non est: potentissimum esse, qui se habet in potestate. Non de eâ philosophiâ loquor, quae ⁴⁵ ciuem extra patriam posuit, ⁴⁶ extra mundum deos, quae virtutem donauit voluptati: ⁴⁷ sed de illâ, quae nulum bonum putat, nisi quod honestum est; quae nec hominis, nec fortunæ muneribus deleniri potest; cuius hoc pretium est, non posse pretio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi saeculo, quo adhuc artificia deerant, & ipso vsu discabant vilia, non credo: ⁴⁸ sicut ante fortunata tempora, cum in medio iacerent beneficia naturæ promiscuè vtenda, antequam auaritia atque luxuria dissociare mortales, & ad rapinam ex consortio discurrere, non erant illi sapientes viri, etiam si faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani, non alium quisquam suspexerit magis; nec si cui permittat

Deus

^{38. ANACHARSIS ROTAM.]} *Lærtius: Εὐρεθὲ τις τὸν βίον ἀγαπᾶν τε, καὶ κερτακὸν ῥόζον, ὡς τῆς: Repperit (Anacharsis) ad vitæ vsum & Anchoram, & Rotam figuli, ut quidam volunt. Addit, ut quidam: & ostendit dubitatum. Strabo cerè Euphorum etiam reprehendit, qui id dixerit: ὡς γὰρ: inquit, ἐν οἷς ἐκ βυνοῦς ἀποσείτερος ὄν: Quomodo enim? quam Homerus nouit, qui est antiquior. Sed eleuatur aut repellitur hoc argumentum à Posidonio, in Seneca mox verbis.*

^{39. APVD HOMERVM INVENTVR.]} *Palam Iliad. Σ. sub finem, his versibus: -- ὡς ὅτι τις ῥόζον ἀμύμον ἐκ ἀραλάμου Εὐχόμοος κερτακὸς ἀνιρσοῦται, αἶνε δῖνον: Sicut cum figulus tractare rotam meditatatur, Et specimen capit, an celeri sat turbine currat. Posidonius videtur, qui optimos & decantissima imaginis versus amolitur.*

^{40. SPIRITV VITRVM.]} *Eadem hodie formatura est, & miranda.*

^{41. EBVR POLIRETVR.]} *Non opinor Democritum repperisse. vnde enim Homerus adhiberet in ornamentis ebur? ut in equi phaleris. Iliad. δ. versu CXLI. Et Odyssea τ. in Somni portis, ἀριστὸν ἰδέσθαι*

τα, lectum ebur agnoscit. Sanè scripti hic ferè libri, moliretur, vel, molliretur: quod verius igitur puto, etiam è sequentium similitudine.

^{42. LAPIDES COCTILES.]} *Scripti plerique, lapides ad hoc vtiles.*

^{43. AD VNIVERSA DIREXIT.]} *Nec male, vniuersi. Intelligit autem finem illum, Naturam sequi.*

^{44. FELICITATE OPVS NON EST.]} *Nempe illa externâ, & vulgi.*

^{45. CIVEM EXTRA PATRIAM.]} *Nam Epicurus à republicâ suos remouet, & sibi viuere quemque iubet. societatem soluit.*

^{46. EXTRA MVNDVM DEOS.]} *De Benefic. lib. iv. cap. XIX.*

^{47. SED DE ILLA.]} *Stoicâ.*

^{48. SICVT ANTE FORTVNATA.]} *Libri scripti, sicut autem. Et cerè, antè, non placet: nam de illis ipsi fortunatis temporibus loquitur. Fortasse, transpositâ literulâ, sicut vatum fortunato tempore. Nam poeta hæc tempora nobis deformant. Sin autem, legito: Sicut antè, fortunato tempore.*

Deus terrena formare, & dare gentibus mores, aliud probauerit, quàm quod apud illos A
fuisse memoratur, apud quos

— nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium querebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.

Quid hominum illo genere felicius? In commune rerum naturâ fruebantur: sufficebat
illa, vt parens, in tutelam omnium: hæc erat publicarum opum secunda possessio. Quid
ni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non
posses? Irrupit in res optimè positas auaritia: & dum seducere aliquid cupit, atque in
suum vertere, omnia fecit aliena, & in angustum ex immenso redacta, paupertatem in-
tulit, & multa concupiscendo, omnia amisit. Licet itaque ⁴⁹ velit nunc concurrere & re-
parare quod perdidit, licet agros agris adiciat, vicinum vel ⁵⁰ pretio pellat aëris, vel in-
iuriâ; licet in prouinciarum spatium rura dilatet, & possessionem vocet, per sua longam B
peregrinationem: nulla nos finium propagatio eò reducet, vnde discessimus. Cum om-
nia fecerimus, multum habebimus: vniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat il-
laborata, & in vsus populorum non diripientium larga. Quidquid natura protulerat, id
non minùs inuenisse, quàm inuentum monstrare alteri, voluptas erat: nec aut vlli supe-
rare poterat, aut deesse. inter concordēs diuidebatur. Nondum valentior imposuerat in-
firmiori manum, nondum auarus abscondendo ⁵¹ quod sibi iaceret, alium necessariis
quoque excluderat: par erat alterius, ac sui cura. Arma cessabant, incruentæque humano
sanguine manus, odium omne in feras verterant. Illi, quos aliquod nemus densum à
sole protegerat, qui aduersus sequitiam hiemis, aut imbris, vili receptaculo tuti sub fronde
viuebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostrâ purpu-
râ versat, & acerrimis excitat stimulis: ⁵² mollem somnum illis dura tellus dabat.
Non impendebant cælata laquearia: sed in aperto iacentes sidera superlabebantur, &
insigne spectaculum noctium, mundus in præceps agebatur, silentio tantum opus du- C
cens. tam interdiu illis, quàm noctu, patebat prospectus huius pulcherrimæ domus: li-
bebat intueri signa, ex mediâ cæli parte vergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quid
ni iuuaret vagari inter tam latè sparsa miracula? At vos ad omnem ⁵³ tectorum pau-
eris sonum, & inter picturas vestras si quid increpuit, fugitis attoniti. Non habebant
⁵⁴ domos, instar urbium. Spiritus ac liber inter aperta flatus, & leuis umbra rupis aut
arboris, & perlucidi fontes, riuique non opere, nec fistulâ, nec vlllo coacto itinere obsole-
facti, sed sponte currentes, & prata sine arte formosa, inter hæc agreste domicilium, ru-
sticâ positum manu. Hæc erat secundum naturam domus, in quâ libebat habitare, nec
ipsam, nec pro ipsâ timentem: nunc magna pars nostri metus, tecta sunt. Sed quamuis
egregia illis vita fuerit, & carens fraude, ⁵⁵ non fuere sapientes, quando hoc iam in ope-
re maximo nomen est. Non tamen negauerim fuisse alti spiritus viros, & vt ita dicam,
⁵⁶ à diis recentes. neque enim dubium est, quin meliora mundus nondum effectus edi-
derit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit, & ad labores paratior: ita D
non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem: ars est, bo-
num fieri. Illi quidem non aurum, nec argentum, nec perlucidos lapides imâ terrarum
face

49. VELIT NUNC CONCURRERE.] Fortasse, conuertere.

50. PRETIO PELLAT AERIS.] *Muretus* fecit, pellat agris. *Scripti*, etis: legendum, eis, vel, terris.

51. QVOD SIBI IACERET.] *Sine vsu*, & fru-
ctu: absitum, aut sepositum.

52. MOLLEM SOMNUM ILLIS.] *Muretus* &
quidam, voce præmissâ: aquam mollem, liceat:
ad aquam.

53. TECTORVM PAVETIS SONVM.] *Rui-
nae metu.*

54. DOMOS INSTAR VRBIVM.] *Docui in Ad-
mirandis, Roma sic fuisse.*

55. NON FVERE SAPIENTES.] *Vide Manud.
II. Dissert. v.*

56. A DIIS RECENTES.] *Ab illis conditos sa-
tosq., nullâ adhuc propagine.*

A face quærebant, parcebantque adhuc ⁵⁷ etiam mutis animalibus: tantum aberat, ut
homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum ve-
rantia rerum innocentes erant. multum autem interest, utrum peccare aliquis nolit, an-
nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omni-
nisi instituto & edocto, & ad summum assiduam exercitatione perducto. Ad hoc qui-
dem, sed sine hoc nascimur: & in optimis quoque antequam erudias, virtutis mate-
ria, non virtus est.

EPIST. XCI.

B LUGDVNENSIS colonia incendium triste, & subitum: ea iniectione, cogitandum de
inopinatis, & quæ homini possunt accidere. Ponit ante oculos incerta & fluxa hæc rerum:
maxima & firmissima minui, mutari, subduci, terramotu, aquis, flammis. Omnia mortalia
morte damnata esse. Ergo nec istam homini, nec infamiam timenda.

LIBERALIS noster nunc tristis est, nunciato incendio, quo Lugdunensis colo-
nia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ suæ
amanatissimum. Quæ res efficit, ut firmitatem animi sui quærat, quam videlicet ad ea
quæ timeri posse putabat, exercuit: hoc verò tam inopinatum malum, penè inauditum,
non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendiū
vexauit, nullam abstulit. Nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis immisus est, mul-
tis locis deficit: & quamuis subinde excitetur, rarò tamen sic cuncta depascitur, ut ni-
hil ferro reliquat. Terrarum quoque vix vniquam tam grauis & perniciosus fuit mo-
tus, ut tota oppida euerteret. Numquam denique ² tam infestum vlli exarsit incen-
dium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare
vrbes singulas possent, vna nox strauit, & in tantâ pace, quantum ne bello quidem ti-
meri potest, accidit. Quis hoc credat? vbi que armis quiescentibus, cum toto orbe terra-
rum diffusa securitas sit, Lugdunum quod ostendebatur in Galliâ, quæritur. Omnibus
fortuna, quos publicè afflixit, quod passuri erant, timere permisit: nulla res magna non
aliquod habuit ruinæ suæ spatium: in hac, vna nox fuit inter urbem maximam, & nul-
lam. Denique diutiùs illam tibi perisse, quam periit, narro. Hæc omnia Liberalis nostri
affectum inclinant, ³ aduersus sua firmum & erectum. nec sine causâ concussus est.
Inexpectata plus aggrauant: nouitas adiicit calamitatibus pondus: nec quisquam mor-
taliū non magis, ⁴ quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improuisum es-
se debet. in omnia præmittendus est animus: cogitandumque, non quidquid solet, sed
quidquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cum voluit, & florentissimo
detrahat? quod non eò magis aggrediatur & quatiat, quò speciosius fulget? Quid illi ar-
duum, quidve difficile est? non vnâ viâ semper, ne tota quidem incurrit. Modò nostras
in nos manus aduocat, modò suis contenta viribus, inuenit pericula sine auctore. Nul-
lum tempus exceptum est: in ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur. Bellum in me-
diâ pace confurgit, & auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis
ex socio. In subitas tempestates, hibernis que maiores, agitur æstiuâ tranquillitas. Sine
hoste

57. ETIAM MUTIS ANIMALIBVS.] *Id est, pi-
ficius. à quibus prima cades capit, & in obsonium
illi versit.*

2. TAM INFESTVM VLLI.] *Mallẽ vel, vlli-
bi, vel vllum.*

3. ADVERSVS SVA FIRMVM.] *Putarem, sue-
ta: ex sequentibus.*

4. QVOD ETIAM MIRATVS EST.] *Vt inopi-
narum & insolitum: Vnde hoc? Quomodo? Quis
putasset?*

EPIST. XCI. LIBERALIS NOSTER.] *Videtur ille
Æbutius Liberalis, cui De Beneficiis
inscripsit.*

hoste patimur hostilia : & cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. In-
 uadit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissi-
 mos tumultus. Eligit aliquid noui casus, per quod velut oblitis vires suas ingerat. Quid-
 quid longa series, multis laboribus, multâ Deum indulgentiâ struxit, id vnus dies spar-
 git ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, ⁵ qui diem dixit, ⁶ horam,
 momentumque temporis, evertendis imperiis sufficere. Effet aliquod imbecillitatis no-
 stræ solatium, rerumque nostrarum; si tam tardè perirent cuncta, quàm fiunt: ⁷ nunc
 incrementa lentè exeunt, festinatur in damnum. Nihil priuatim, nihil publicè stabile
 est: tam hominum, quàm urbium, fata voluuntur. Inter placidissima terror existit,
 nihilque extrâ tumultuantibus causis, mala vnde minimè expectabantur, erumpunt.
 Quæ domesticis bellis stererant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt. Quota quæ-
 que felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea quæ
 possunt euenire, firmandus. Exsilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. potest
 te patriæ, ⁸ potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abiicere, potest
 hoc ipsum in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanæ con-
 ditio ponatur: nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire,
 præsumamus animo, si nolumus opprimi, nec vllis inuilitatis velut nouis obstupesceri.
 In plenum cogitanda fortuna est: Quoties Asia, quoties Achaiæ vrbes vno tremore ce-
 ciderunt? quot oppida in Syriâ? quot in Macedoniâ deuorata sunt? Cyprum quoties va-
 stauit hæc clades? quoties in se Paphus corruit? Frequenter nobis nunciati sunt totarum
 urbium interitus: & nos, inter quos frequenter ista nunciantur, quota pars omnium fu-
 mus? Confurgamus itaque aduersus fortuita: & quidquid inciderit, sciamus non esse
 tam magnum, quàm rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta, ornamentumque prouin-
 ciarum, quibus ⁹ & inserta erat, & excepta, vni tamen imposta, & huic non altissimo
 monti. Omnium istarum ciuitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, vestigia
 quoque tempus eradet. Non vides, quemadmodum in Achaiâ clarissimarum urbium
 iam fundamenta consumpta sint, nec quidquid exstet, ex quo appareat illas saltem fuisse?
 Non tantum manufacta labuntur, non tantum humanâ arte atque industriâ posita ver-
 tit dies: iuga montium diffluunt, totâ desedere regiones. Opera sunt fluctibus, quæ
 procul à conspectu maris stabant: vastauit ignis colles, per quos elucebat: erofit & quon-
 dam altissimos vertices, solatia nauigantium, ac speculas, ¹⁰ ad humilem arenam ded-
 duxit. Ipsius naturæ opera vexantur: & idè æquo animo ferre debemus urbium exci-
 dia. Casura omnia exstant: omnibus exitus manet: siue internâ vi flatuque ¹¹ præclu-
 sa violenti pondus, sub quo tenentur, excusserint; siue torrentium ¹² in abdito vis ob-
 stantia effregerit; siue flammaram violentia compaginem soli ruperit; siue vetustas, à
 quâ nihil tutum est, expugnauerit minutatim; siue grauitas cæli eiecerit populos, & sicus
 deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum vias, longum est: hoc vnum scio, omnia
 mortalium opera, mortalitate damnata sunt: inter peritura viuimus. Hæc ego atque
 eius-

5. QUI DIEM DIXIT.] *Is fuit Euripides, & eò
 noster videtur adspicere. Nam versus eius est:*

ὁ δ' ἄλκος ἢ βέβαιος, ἀλλ' ἰσχυρὸς:

Felicitas non firma, sed dialis est.

*De quo Demetrius Phalereus censebat, melius habi-
 turum, si non diem, sed momentum dixisset.*

*Est ipsa correctio, quæ hic in Senecâ: & illa Deme-
 trij apud Plutarchum legitur, Consol. ad Apollonium.*

6. HORAM MOMENTVMQVE.] *Legerim cum
 Grutero: hora momentumque; cu. imp. suffecere.*

7. NVNC INCREMENTA LENTE.] *Tacitus in
 Agricola: Naturâ infirmitatis humanæ, tardio-
 ra sunt remedia, quàm mala. Et vt corpora lentè
 auferunt, citò extinguuntur: sic ingenia faci-
 lius oppresseris, quàm reuocaueris.*

8. POTEST PATRIAM TIBI.] *Vt Lugduni in-
 cendio factum.*

9. ET INSERTA ERAT, ET EXCEPTA.] *Loco
 inserta, & posita, excepta conditione, & colonia Ro-
 mana facta.*

10. AD HUMILEM ARENAM DED.] *Mens &
 plures scripti: ad humile deduxit, spretâ mediâ
 voce.*

11. PRÆCLUSA VIOLENTI PONDVS.] *Mure-
 tus ex istis fecerat, præclusi venti. Ego putem: inter-
 na vis, flatusque; præclusi, violentè pondus.*

12. IN ABDITO VIS OBSTANTIA.] *Scripti,
 in abdito vastorum obstantia. Sed sanè vox Vis,
 aut similis requiritur: nisi placet repeti & intelligi è
 lineâ priore.*

A eiusmodi solatia admoueo Liberali nostro, incredibili quodam patriæ suæ amore flagranti: quæ fortasse consumpta est, vt in melius excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria: multa ceciderunt, vt altius surgerent, & in maius. ¹³ Timagenes felicitati vrbs inimicus aiebat, *Romæ sibi incendia ob hoc vnum dolori esse, quod sciret meliora resurrectione, quam arsisse.* ¹⁴ In hac quoque vrbe verisimile est certaturos omnes esse, vt maiora certioraq; quam amifere, restituantur. ¹⁵ Sint vtinam diuturna, & melioribus auspiciis in æuum longius condita! Nam huic coloniæ ab origine suâ ¹⁶ centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequentiam, loci opportunitate, conualuit: quæ tamen grauissimos casus intra spatium humanæ pertulit senectutis. Itaque formetur animus ad intellectum, patientiamque fortis suæ, & sciat nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illam idem habere iuris, quod aduersus imperantes: aduersus vrbes idem posse, quod aduersus homines. Nihil horum indignandum est. in eum intrauimus mundum, in quo his legibus viuunt. Placet? pare. non placet? quacumque vis exi. Indignare, si quid in te iniqui propriè constitutum est: sed si hæc imòs summolque necessitas alligat, in gratiam cum fato reuertere, à quo omnia resoluuntur. Non est quòd nos tumulis metiaris, & his ¹⁷ monumentis, quæ viam disparia pratexunt: Æquat omnes cinis. impares nascimur, pares morimur. Idem de vr-bibus, quod de vrbiu incolis dico: tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum fumus. Vbi verò ad finem mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium quæ terram premunt, ¹⁸ siremps lex esto. Ad omnia patiendâ pares sumus: nemo altero fragilior est, nemo in craftinum sui certior. Alexander Macedonum rex discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex quâ minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc, quòd intelligere debebat falsum se gerere cognomen. quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa quæ tradebantur, subtilia, & diligenti intentione discenda: non quæ percipere posset velsanus homo, & trans Oceanum cogitationes suas mittens. *Facilia, inquit, me doce.* Cui præceptor: *Ista, inquit, omnibus eadem sunt, æquè difficilia.* Hoc puta rerum naturam dicere: Ista de quibus quereris, omnibus eadem sunt: nulli dari faciliora possunt: sed quisquis volet, sibi ipsi illa reddet faciliora. Quomodo? æquanimitate. Et doleas oportet, & furias, & esurias, & senescas, & si tibi longior contigerit inter homines mora, & agrotas, & perdas aliquid, & pereas. Non est tamen quòd istis, quæ te circumstrepunt, credas: nihil horum malum est, nihil intolerabile, aut durum. Ex consensu istis metus est. sic mortem times, quomodo famam: quid autem stultius homine, verba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere, *eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus.* *Quid enim, inquit, meâ refert,* ¹⁹ *sursum isti an*

13. TIMAGENES.] Nicolao Fabro accepto refertur hæc emendatio. & intelligit illum Augusti inimicum occultum & obrectatorem, præsentis statui infensum: hominem libera lingua, quamquam seruus, D imò captiuus antea fuisset. Vide Senecam patrem, lib. x. Controuer. v. & nostra lib. 111. De Ira, cap. xxiii.

14. IN HAC QVOQUE VRBE.] Verum vaticinium. nam ita surrexit, & statim, vt vix nouem annis à clade floruerit, & Galbæ imperio pro Vitellio steterit, pertinaci pro Nerone fide, ait Tacitus. Contendit etiam cum Viennensi coloniâ, & emulationes exercuit, affectus felicium. Hæc ex Taciti 1. Histor. Quod autem pro Nerone, non mirum: nam is cladem Lugdunensem (ait idem Tacitus) quadragies tertio solatus erat: centum millibus Philippæorum.

15. SINT VTINAM DIUTVRNA.] Sunt, Seneca: & durat florétque ea vrbs hodie, inter Gallia primas.

16. CENTESIMVS ANNVS EST.] Ergo solatium illud à Nerone tardiusculè adhibitum, anno orbis dcccxviii. Lugdunum autem condita à Munatio Planco, anno dccxi. Oportuit arsisse, dcccxi. aut paullo post potius, ne Senecam exactè computasse censcamus.

17. MONVMENTIS QVÆ VIAM.] Nam utrimque ad viarum publicarum limites monumenta ferè statuta: quæ transeuntes mortis admonerent. Sed ea magna, parua, modica, ornatu & titulis (vt fortuna cuiusque) diuersa: at mors vna omnibus, quidquid domus illa dispares; quidquid natales, opes, vita dissident.

18. SIREMPS LEX ESTO.] Eximia correctio ab illo sac. Cuiacio est. Spectat ad legum formulam, in quibus perscribi solet, de tali aut tali re, simile ius esse. Priscum est verbum: & notani 1. Antiquar. Lectio. cap. 1.

19. SVRSVM ISTI AN DEORSVM.] Alludit ad famam quæ deprimit, & quæ astollit.

isti an deorsum forent? Quanta dementia est vereri, ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimulstis sine causâ: sic & illa, quæ numquam timeretis, nisi fama iussisset. Numquid detrimenti faceret vir bonus, iniquis rumoribus aspersus? nec morti quidem hoc apud nos noceat: ²⁰ & hæc malam molitionem habet. Nemo eorum qui illam accusant, expertus est. interim temeritas est, damnare quod nescias. At illud scis, quàm multis utilis sit, quàm multos liberet tormentis, egestate, querelis, suppliciis, tædio. Non sumus in vllius potestate, cum mors in nostrâ potestate sit.

EPIST. XCII.

RATIONEM in homine dominari, & huc omnia referri, & in eâ perfectâ Beatam vitam esse. Externa leue, aut nullum pondus habere. Vtique Voluptatem non facere momentum, irrationalium bonum. Et posse tamen sumi externa, quæ secundum Naturam sunt, sed iudicio: & hoc tunc in iis Bonum esse, bene eligi. Nihilominus & sine iis, solâ Virtute beatum, imò Beatissimum aliquem esse. Accedere hæc posse, non tamen augere addita, nec minuere detractâ Beatitatem. in quam nec Tempus aliquid potest. Deo assimilamur, ad illum eamus.

PUTO, inter me teque conuenit, externa corpori acquiri, corpus in honorem animi coli, ¹ in animo esse partes ministras, per quas mouemur alimurque, propter ² ipsum principale nobis datas. In hoc principali est aliquid irrationale, est & rationale. Illud huic seruit: hoc vnum est, quod aliò non refertur, sed omnia ad se perfert. Nam illa quoque diuina ratio omnibus præposita est, ipsa sub nullo est: & hæc autem nostra eadem est, quia ex illâ est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur vt de illo quoque conueniat, in hoc vno positam esse beatam vitam, vt in nobis ratio perfecta sit. Hæc enim sola non submittit animum, stat contra fortunam: in quolibet rerum habitu ³ seruata, seruat. Id autem vnum bonum est, quod numquam defringitur. Is, inquam, beatus, quem nulla res minorem facit: tenet summa, & ne vlli quidem, nisi sibi, innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum valere non nostra. Quis autem vult constare fortunâ, aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita? securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia benè iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si veritas tota perspecta est, si seruatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, & innoxia voluntas, aut benigna, intenta rationi, nec vnumquam ab illâ recedens, amabilis simul, mirabilisque. Denique, vt breuiter tibi formulam scribam, talis animus sapientis esse viri debet, qualis Deum deceat. Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta, conferre ad optimum statum, in iis erit beata vita, sine quibus non est. Et quid stultius, turpiusve, quàm bonum rationalis animi ex irrationalibus necere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parùm plenum sit, fortuitis repugnantibus. Antipater quoque, ⁴ inter magnos sectæ huius auctores, aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, die non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit. Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es solâ honestate contentus, necesse est aut ⁵ quietem adici velis,

²⁰. ET HÆC MALAM MOLITIONEM.] *Legi possit, mali mollitionem, vel potius, amolitionem habet: tamen aliud etiam fuit.*

EPIST. XCII. I. IN ANIMO ESSE PARTES MINISTRAS.] *Hæc explico III. Physiol. Dissert. XVII.*

². IPSVM PRINCIPALE.] *De quo ibidem, Dissert. XVIII. itemq; de sequentibus. Vide.*

³. SERVATA SERVAT.] *Si tu eam seruas in-*

tegram, nec submittis, ipsa te seruat. Sed libri plerique, seruitus seruat: & quidam, se virtus, quod germanum puto.

⁴. INTER MAGNOS SECTÆ.] *De isto Antipatrâ ego in Manuuct. I. Dissert. II.*

⁵. QUIETEM ADIICI.] *Quam interpretatur ησυχία: etsi libri ignobiles serè ibi litteras habent: nec male ηδυσχία legas, quæ ipsa Democriti sententia fuit: & finem hanc statuebat.*

6. MAGNAM

A velis, quam Hesychian vocant Græci, aut voluptatem. Horum alterum utrumque recipi potest: vacat enim animus molestiâ, liber ad conspectum vniuersi, nihilque illum auocant à contemplatione naturæ: alterum illud, voluptas, bonum pecoris est. Adiciamus rationali irrationale, honesto inhonestum. ⁶ Magnam vitam facit titillatio corporis? quid ergo dubitatis dicere, benè esse homini, si palato benè est? Et hunc tu, non dico inter viros numeras, sed inter homines, cuius summum bonum saporibus, ac coloribus, ac sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac diis secundo, mutis aggregetur animal pabulo natum. Irrationalis pars animi ⁷ duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, impotentem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamen, certè fortio-riorem ac digniorem viro, ⁸ reliquerunt: hanc necessariam beatæ vitæ putauerunt, eneruem & obiectam. Huic rationem seruire iusserunt, & fecerunt animalis generosissimi bonum, demissum & ignobile. Præterea mixtum, portentosumque, & ex diuersis animalium congruentibus membris, nam, ut ait Virgilius noster in Scyllâ,

*Prima hominis facies & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pistris,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.*

Huic tamen Scyllæ fera animalia iuncta sunt, horrenda, velocia: at isti sapientiam ex quibusnam composuere portentis? Prima hominis pars, est ipsa virtus: huic committitur inutilis caro, & fluida, & receptandis tantum cibis habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa diuina in lubricum desinit, & superioribus eius partibus venerandis atque cælestibus, animal iners ac marcidum atexitur. ⁹ Illa utrumque alta quies, nihil quidem ipsa animo præstabat, sed impedienda remouebat: voluptas vtrò dissoluit, & omne robur emollit. Quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corporum? Fortissima rei inertissima adtruitur, seuerissima parum serua, sanctissima intemperans vsque & indigesta. Quid ergo, inquit, si virtutem nihil impeditura sit bona valetudo, & quies, & dolorum vacatio, non petes illa? Quid ni petam? non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, & quia bono à me ¹⁰ iudicio sumuntur. Quod erit in illis tunc bonum? hoc vnum, benè eligi. Nam cum vestem qualem decet sumo, cum ambulo ut oportet, cum cæno quemadmodum debeo: non cæna, aut ambulatio, aut vestis bona sunt, sed meum in his propositum, seruandi in quaque re rationi conuenientem modum. Etiam nunc adiciam: Mundæ vestis electio appetenda est homini. naturâ enim homo mundum & elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda vestis, sed mundæ vestis electio: quia non in re bonum est, sed in electione: quæ actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa quæ aguntur. Quod de veste dixi, idem de corpore me existima dicere. nam hoc quoque natura, ut quamdam vestem, animo circumdedit: velamentum eius est. Quis autem unquam vestimenta ¹¹ æstimauit arcu? Nec bonum, nec malum vagina gladium facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo: sumpturum quidem me, si detur electio, & sanitatem & vires: bonum autem futurum, iudicium de illis meum, non ipsa. Est quidem, inquit, sapiens beatus: ¹² summum tamen illud bonum non assequitur, nisi illi & naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse, qui virtutem

6. MAGNAM VITAM.] Antè editi, Magno: quod præ isto placet, aut Magni. Sententia est, non ideo magni habendam vitam, si in voluptate æternâ est.

7. DVAS HABET PARTES.] De quibus nos in loco proxime dicto.

8. RELIQUERVNT.] Qui? nempe Epicuræi: & de eis loquitur. Illi, inquit, relicto tota diuiciis, solium & in diuiciis in diuiciis sunt secuti.

9. ILLA VTRVMQUE ALTA QUIES.] Tranquillitas, & Hesychia.

10. IVDICIO SVMVTVR.] Hoc Stoicum. in Adia phoris, siue Alcedis, Eligere & Sumere quæ sunt secundum naturam. Ipsa bona non sunt, sed iudicium tale bonum. Nos in Manuduct. lib. 11. Dissert. XXIII.

11. ÆSTIMAVIT ARCULA.] In quibus recon- duntur, & asseruantur. Vide de Tranquill. cap. 1.

12. SVMMVM TAMEN ILLVD BONVM.] Est hæc nota & capitalis controuersia inter Stoicos & Academicos (quibus Peripatetici consentiunt) à Virtute beatitudinem esse, sed non plenam & summam. Ad hanc, externa etiam requiritur.

13. COM-

tutem habet, non potest; beatissimus autem non est, qui naturalibus bonis destituitur, A
 ut valetudine, & membrorum integritate. Quod incredibile videtur, id concedis, ali-
 quem in maximis & continuis doloribus non esse miserum, esse etiam beatum: quod
 leuius est, negas, beatissimum esse. Atqui si potest virtus efficere, ne miser aliquis sit,
 facilius efficiet, ut beatissimus sit. minus enim interualli à beato ad beatissimum restat,
 quàm à misero ad beatum. An quæ res tantum valet, ut ereptum calamitatibus inter
 beatos locet: non potest adicere quod superest, ut beatissimum faciat? in summo defi-
 cit diu? ¹³ Commoda sunt in vitâ, & incommoda: vtraque extra nos. Si non est mi-
 ser vir bonus, quamuis omnibus prematur incommodis: quomodo non beatissimus,
 & si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere vs-
 que ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopiâ non deducitur à beatissimo:
 sed tam sine commodis beatissimus est, quàm non est sub incommodis miser. An non
 potest illi eripi bonum suum, si potest minui? Paullò antè dicebam, igniculum nihil
 conferre lumini solis: claritate enim eius, quidquid sine eo luces, absconditur. Sed quæ. B
 dam, inquit, soli quoque obstant. At solis vis & lux integra est, etiam inter opposita: &
 quamuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius adpectu, in opere est, cursu suo
 fertur. Quoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior quidem: quoniam
 multum interest, vtrum aliquid obstat tantum, an impediât. Eodem modo virtuti op-
 posita nihil detrahunt. non est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non æquè appa-
 ret ac nitet; sibi eadem est, & more solis obscuri, in occulto vim suam exercet. Hoc ita-
 que aduersus virtutem possunt calamitates, & damna, & iniuriæ, quod aduersus solem
 potest nebula. Inuenitur qui dicat, sapientem corpore parum prospero vsu, nec mise-
 rum esse, nec beatum. Hic quoque fallitur. exequat enim fortuita virtutibus, & tantum-
 dem tribuit honestis, quantum honestate carentibus. Quid autem foediùs, quid indi-
 gnus, quàm comparare veneranda contemptis? Veneranda enim sunt, fides, iustitia,
 pietas, fortitudo, prudentia: è contrariò vilia sunt, quæ sæpe contingunt pleniora vilissi- C
 mis, crura solidum, & lacertus, & dentes, & horum sanitas, firmitasque. Deinde si sapiens
 cui corpus molestum est, nec miser habebitur, nec beatus, sed in medio relinquetur: vi-
 ta quoque eius nec appetenda erit, nec fugienda. Quid autem tam absurdum, quàm sa-
 pientis vitam appetendam non esse? aut quid tam extra fidem, quàm esse aliquam vi-
 tam nec appetendam, nec fugendam? Deinde, si damna corporis miserum non faciunt,
 beatum esse patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transferendi statum,
 nec interpellandi quidem optimum. Frigidum, inquit, aliquid & calidum nouimus: in-
 ter vtrumque tepidum est. Sic aliquis beatus est, aliquis miser: aliquis nec miser, nec
 beatus. Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi in-
 gesserò, fiet frigidum: si plus calidi affudero, fiet nouissimè calidum. At huic, nec mi-
 sero, nec beato, quantumcumque ad miseriam adiecero, miser non erit, quemadmodum
 dicitis: ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem, nec miserum, nec
 beatum. huic adicio cæcitatem, non fit miser: adicio debilitatem, non fit miser: ad-
 iicio dolores continuos & graues, non fit miser. Quem tam multa mala in miseram vi- D
 tam non transferunt, nec ex beatâ quidem educunt. Si non potest, ut dicitis, sapiens ex
 beato in miserum decidere, non potest in non beatum. quare enim qui labi cœpit, ali-
 cûbi subsistat? quæ res non patitur illum ad imum deuolui, retinet in summo. Quid ni
 non possit beata vita rescindi? nec remitti quidem potest: & ideò virtus ad illam per se
 ipsa satis est. Quid ergo? inquit. sapiens ¹⁴ non est beator, qui diutiùs vixerit, quem
 nullus auocauit dolor: quàm ille qui cû malâ fortunâ sæpe luctatus est? Responde mihi:
 Numquid & melior est, & honestior? si hæc non sunt, nec beator quidem est. Rectiùs
 viuat, oportet, ut beatiùs viuat: si rectiùs non potest, ne beatiùs quidem. Non intendi-
 tur virtus: ergo ne beata quidem vita, quæ ex virtute est. Virtus enim tantum bonum
 est, ut

13. COMMODA ET INCOMMODA.] Nos in
Manuduct. 11. Dissert. XXI.

14. NON EST BEATOR, QUI DIUTIVS.]
Item in Manuduct. 111. Dissert. 111.

15. BEATIS-

A est, ut istas accessiones minutas non sentiat, breuitatem æui, & dolorem, & corporum varias offensiones. Nam voluptas non est digna, ad quam respiciat. Quid est in virtute præcipuum? futuro non indigere, nec dies suos computare. In quantolibet tempore, bona æterna consummant. Incredibilia nobis hæc videntur, & supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostrâ imbecillitate metimur, & vitii nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro, non æquè incredibile videtur, aliquem in summis cruciatibus positum, dicere, Beatus sum? atqui hæc vox in ipsâ officinâ voluptatis est audita. ¹⁵ *Beatissimum*, inquit, *hunc & vltimum diem ago*, Epicurus: cum illum hinc vrinæ difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor ventris. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui virtutem colunt: cum apud eos quoque reperiantur, apud quos voluptas imperat? Hi quoque degeneres & humillimæ mentis aiunt, in summis doloribus, in summis calamitatibus, sapientem nec miserum futurum, nec beatum. Atqui hoc quoque incredibile est, imò incredibilius. Non video enim, quo modo non in infimum agatur, è fastigio suo deiecta virtus. Aut beatum præstare debet: aut si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. ¹⁶ Stans non potest vinci: aut vincatur oportet, aut vincat. Diis, inquit, immortalibus solis & virtus & beata vita contingit: nobis umbra quædam illorum bonorum, & similitudo. accedimus ad illa, non peruenimus. Ratio verò, diis hominibusque communis: hæc in illis consummata est, in nobis consummabilis. Sed ad desperationem nos vitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus, ut aliquis parùm constans ad custodienda optima, cuius iudicium labat etiamnum & incertum est, desiderat oculorum atque aurium sensum, bonam valetudinem, & non fœdum adspæctum corporis, & habitu manentem suo, ætatis præterea longius spatium. ¹⁷ Per hanc potest non penitenda agitare, ut in imperfecto viro. Huic malitia vis quædam inest, quâ animum habet mobilem ad praua: ¹⁸ ille agit carens malitiâ, & ea agitatio abest à bono. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur: cuiuscumque autem deest aliquid ad bonum, malus est.

C *Sed si cui virtus animusque in corpore præsens,*
hic deos æquat, illò tendit originis suæ memor. Nemo improbè eò, conatur ascendere, vnde descenderat. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere, qui Dei pars est? totum hoc quo continemur, & ¹⁹ vnum est, & Deus: & socij eius sumus, & membra. Capax est noster animus: perfertur illò, si vitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in cælum; ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi, in hoc à naturâ rerum formatus est, ut paria diis velit, & sic vtatur suis viribus, ac se in spatium suum extendat. Nam si alienâ vi ad summa nitetur, magnus erat labor, ite in cælum: redit. cum hoc iter nactus est, vadit audacter, & contemptor omnium, nec ad pecuniam respicit: aurum argentumque, illis in quibus iacuere tenebris dignissima, non ad hunc æstimat splendorem, quo imperitorum verberant oculos. ²⁰ Scit erui è cæno, ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit. Scit, inquam, alibi positas esse diuitias, quàm quò congeruntur: animum impleri debere, non arcam. Hunc imponere dominio omnium rerum licet, hunc in possessionem rerum naturæ inducere, ²¹ ut suorum. Oriens Occidentisque terminus fiat, deorumque ritu cuncta possideat; cum opibus suis diuites superne despiciat: quorum nemo tam lætus est suo, quàm tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque, velut

one-

15. BEATISSIMUM, INQUIT, HUNC.] Verba hæc Epicuri supra notauit, Epist. LXVI.

16. STANS NON POTEST VINCI.] Meus liber, non potest miti. ex quo fecerim: Constans non potest remitti.

17. PER HANC POTEST NON PÆNITENDA.] Obscura hæc omnia, aut mutila: nec subuenio.

18. ILLE AGIT CARENS.] Muretus ex veteri ali. quo: illum agit hærens.

19. VNVM EST, ET DEVS.] Nam & Mundus Stoicis Deus dicitur: de quo 1. Physiol. Dissert. VII. ubi ipsa hæc examinamus.

20. SCIT ERUI È CÆNO.] Bellissimè hæc ita emendauit Gruterus nosster, e vestigijs prisca scripturæ, & recepi in contextum.

21. VT SVORVM. ORIENS.] Scripsi, ut sua Orientis Occidentisque: probè, si porro legas, terminis finiat. Vulgata tamen distinctione ego expeditueram.

oneris necessarii, non amator, sed procurator est: nec se illi cui impositus est, subiicit. A Nemo liber est, qui corpori seruit. nam ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, transeas, ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc, modò æquo animo exit, ²² modò magno profilit: nec quis deinde reliquias eius futurus sit exitus, quærit. Sed ut ex barbâ capillos detonsos negligimus: ita ille diuinus animus egressurus hominem, quò receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an ferè distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, ²³ quàm secundas ad editum infantem. Vtrùm proiectum aues differant, an consumatur

— *campus data præda marinis,*

quid ad illum? Qui tunc quoque, cùm inter homines est, nullas minas timet: vllâ sine timebit post mortem minas ²⁴ eorum, quibus vsque ad mortem timeri parùm est? ²⁵ Non conteret, inquit, me, nec vnus, nec proiecti ad contumeliam cadaveris laceratio, fœda visuris. Neminem de supremo officio rogo: nulli reliquias meas commendo. ne B quis insepultus esset, ²⁶ rerum natura prospexit. Quem sauitia proiecerit, dies condet. Disertè Mecænas ait:

Nec tumulum curo. sepelit natura relictos.

²⁷ Altè cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium & grande & virile, nisi ²⁸ illud ipse discinxisset.

EPIST. XCIII.

DE morte philosophi Metronactis, qui iuuenis obiit. Parùm id refert: & vita non spatio, sed actû metienda est. Omnis bona ea, longa: denique nihil hîc longum.

IN epistolâ quâ de morte ¹ Metronactis philosophi querebaris, tamquam & potuif- **C** set diutiùs viuere, & debuisset, æquitatem tuam desiderari: quæ tibi in omni personâ, in omni negotio superest; in vnâ re deest, in quâ omnibus. Multos inueni æquos aduersus homines: aduersus deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum: Quare ille in medio cursu raptus est? quare ille non rapitur? quare senectutem & sibi & aliis grauem extendit? Vtrùm obsecro te, æquius iudicas, te naturæ, an tibi parere naturam? quid autem interest quàm citò exeat, vnde utique exeundum est? Non ut diu viuamus, curandum est: sed ut satis. nam ut diu viuas, fato opus est: ut satis, animo. ² Longa est vita, si plena est. impletur autem, cùm animus sibi bonû suum reddidit, & ad se potestatem sui

^{22.} MODÒ MAGNO PROFILIT.] Cùm sponte scilicet exit, morte sumptâ.

^{23.} QVAM SECUNDAS.] Membras, quibus infans in utero inuoluitur, editumque in lucem sequuntur: vnde Secunda. Græcis à simili causâ, τὰ ὑστερα.

^{24.} EORVM QVIBVS VSQVE AD.] Tyrannorum, qui in cadavera sentiunt.

^{25.} NON CONTERET, INQVIT.] Malim, non conteret. Neque Vnci est contere, sed trahere.

^{26.} RERVM NATVRA PROSPEXIT.] His paria Lucanus, lib. VII. in Casarem, qui insepultos cines in Pharsaliâ reliquit:

Nil agis hac irâ. tabesne cadavera soluat,
An rogus, haud refert. placido Natura recepat
Cuncta sinu.

^{27.} ALTE CINCTVM.] Industrium, enauum, fortem. nam talis ferè eorum cinctus. At Mecænas

inter molliculos & remissos, & in publico etiam discinctus. Adde epist. CXIV.

^{28.} ILLVD IPSE DISCINXISSET.] Libri, illud secum discinxisset: quod esset, vnâ cum veste & corpore ingenium dissoluisset. At meus, & quidam: secundis cinxisset. Itaque legas etiam cum Crutero, secunda discinxissent. Res nimis prospera & fluentes, fluxum illum & mollem reddiderunt.

EPIST. XCIII. I. METRONACTIS.] Quis Neapoli docuit, & obiit, ut discas ex Epist. LXXVI.

^{2.} LONGA EST VITA, SI.] In hanc sententiam Plutarchus, Consol. ad Apollonium: Οὐχ ὁ μακρότατος βίος δεύτος, ἀλλ' ὁ σωδαιότατος: Non longissima vita optima, sed honestissima. Et addit: Neque enim qui plurimum citharâ cecinit, aut orauit, aut in nauî gubernauit, sed qui benè, commendatur. Bonum autem non est in temporis diuturnitate situm, sed in Virtute & decorâ proportionem. Iterumq; mox: μέτρον γὰρ τῆς βίης τὸ καλόν, ἢ τὸ χρόνου μέτρον: Mensura enim vitæ, Bonum; non autem temporis diuturnitas est.

3. NON

A sui transfudit. Quid illum octoginta anni iuuant, per inertiam exacti? ³ non vixit iste, sed in vitâ moratus est, nec serò mortuus est, sed diu. Octoginta annis vixit. Interest, mortem eius ex quo die numeres. At ille obiit viridis: sed officia boni ciuis, boni amici, boni filij exsecutus est: in nullâ parte cessauit. licet eius ætas imperfecta sit, vita perfecta est. Octoginta annis vixit. Imò octoginta annis fuit: nisi fortè sic vixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores viuere. Obsecro te, mi Lucili, hoc agamus, vt quemadmodum ⁴ pretiosa rerum, sic vita nostra non pateat multum, sed multum pendat. Actu illam metiamur, non tempore. Vis scire, quid inter hunc intersit vegetum contemptoremque fortunæ, functum omnibus vitæ humanæ stipendiis, atque in summum bonum euectum, & illum cui multi anni transmissi sunt? alter post mortem quoque est, alter ante mortem periit. Laudemus itaque, & in numero felicium reponamus eum, cui quantumcumque temporis contigit, benè collocatum est. Vidit enim veram lucem, non fuit vnus è multis. ⁵ & viuit, & vixit, & vigit. Aliquando sereno vsus est: aliquando, vt **B** solet, validi sideris fulgor per nubila emicuit. Quid quæris, quamdiu vixerit? vixit ad posteros vsque: transfudit, & se in memoriam dedit. Nec ideò mihi plures annos accedere recusauerim: nihil tamen ad beatam vitam defuisse dicam, si spatium eius inciditur. Non enim ad eum diem me aptaui quem vltimum mihi spes auida promiserat: sed nullum non tamquam vltimum adspexi. Quid me interrogas, quando natus sim? an inter iuniores adhuc censear? habeo meum. Quemadmodum in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. Ætas inter externa est. Quamdiu sim, alienum est: quamdiu vir bonus sim, meum est. Hoc à me exige, ne velut per tenebras æuum ignobile emetiar: vt agam vitam, non vt præteruehar. Quæris quod sit amplissimum vitæ spatium? vsque ad sapientiam viuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longissimum finem, sed maximum. Ille verò gloriatur audacter, & diis agat gratias: interque eos, sibi & rerum naturæ imputet, quod fuit. Meritò enim imputabit: meliorem illi vitam reddidit, quàm acceperat. Exemplar boni **C** viri posuit: qualis quantusque esset, ostendit: si quid adiecisset, fuisset simile præterito. Et tamen quousque viuimus? omnium rerum cognitione frui sumus. ⁶ Scimus à quibus principalis natura se attollat, quemadmodum ordinet mundum, per quas vices annum reuocet, quemadmodum omnia quæ vsquam erant, cluserit, & seipsam sui finem fecerit. Scimus, sidera impetu suo vadere: præter terram nihil stare, cetera continuâ velocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna prætereat: quare tardior velociorem post se relinquat: quomodo lumen accipiat, aut perdat: quæ causâ inducat noctem, quæ reducat diem. Illuc eundum est, vbi ista propiùs adspicias. nec hac spe, inquit sapiens ille, fortiùs exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti, & iam inter illos fui: animumque illò meum misi, & ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, & post mortem nihil ex homine restare: æquè magnum animum habeo, etiam si nusquam transurus excedo. Non tam multis vixit annis, quàm potuit. Et paucorum versuum liber est, & quidem laudandus, atque utilis: **D** ⁷ annales Tamusij scis ⁸ quàm non decori sint, ⁹ & quid vocentur. æquè est vita quorundam

3. NON VIXIT ISTE, SED.] *Similis gnome Simonidis, qui interrogatus, Quantum temporis vixisset? Tempus haud multum, inquit, annos verò complures. Quasi in temporis rationem non veniat, nisi vita bene acta.*

4. PRETIOSA RERVM.] *Gemma & lapides, quæ in breuitate pretium habent.*

5. ET VIVIT.] *Nunc in calo: ac malè hæ voces à vulgatis exsulant.*

6. SCIMVS A QVIBVS PRINCIPALIS NATVRA.] *Principalem naturam accipio, Naturam rerum: qua attollitur & surgit à Deo & Materia. Nec malè etiam cum Erasmo, Scimus ad quid: aut me à diui-*

natiunculâ, Scimus quibus: quod vtrumque eodem it, & hominum deorumque, causâ Mundum, vt Stoici volunt, factum. Incidebat etiam, Scimus à quibus principis natura: nec malè.

7. ANNALES TAMVSII.] *In Suetonij Iulio, cap. IX. Historia Tamusij Gemini memoratur: nec vero distat, esse istum.*

8. QVAM NON DECORI SINT.] *Alij libri, non dederosi; alij, non dedecorosi; quidam, decorosi. Verbi aliquid non obuï, nec mihi occurrit.*

9. ET QVID VOCENTVR.] *Nempe quod illi Catulliani Annales Volusi, cacata charta.*

rumdam longa, & quod Tamufij sequitur annales. Numquid feliciorem iudicas eum, A
 qui summo die muneris, quam eum qui in medio occiditur? numquid aliquem esse tam
 cupidum vitæ putas, vt iugulari ¹⁰ in spoliario, quam in arenâ malit? Non maiore spa-
 tio alter alterum præcedimus. mors per omnes it: qui occidit, consequitur occisum.
 Minimum est, de quo sollicitissimè agitur. Quid autem ad rem pertinet quamdiu vi-
 tes, quod euitare non possis?

EPIST. XCIV.

DISSERTATIO, *utrum Dogmatica, an Parenetica pars philosophiæ utilior? & an
 altera sine alterâ sufficiat? Aristo priorem præfert, & solam admittit: eiusque hic argumen-
 ta. alij & alteram adiungunt, ac magnos eius usus ostendunt: & Seneca diducit eleganter, ar-
 gutè, fructuosè. Lege, & oblectare.* B

EAM partem philosophiæ, quæ dat propria cuique personæ præcepta, nec in vni-
 uersum componit hominem, sed marito suadet, quomodo se gerat aduersus vxor-
 em: patri, quomodo educet liberos: domino, quomodo seruos regat: quidam solam
 receperunt, ceteras quasi extra nostram utilitatem vagantes reliquerunt: tamquam quis
 possit de parte suadere, nisi qui summam prius totius vitæ complexus est. Sed ² Aristo
 Stoicus econtrariò hanc partem leuem existimat, & quæ non descendat in pectus vsque:
³ at illam non habentem præcepta, plurimum ait proficere, ipsaque decreta philosophiæ,
 constitutionem esse summi boni. quam qui benè intellexit & didicit, quid in quaque re
 faciendum sit, sibi ipse præcepit. Quemadmodum qui iaculari discit, destinatum locum
 captat, & manum format ad dirigenda quæ mittit: cum hanc vim ex disciplinâ & exer-
 citatione perceperit, quocumque vult, illâ utitur. didicit enim non hoc aut illud ferire, sed
 quodcumque voluerit. sic qui se ad totam vitam instruxit, non desiderat particulatim C
 admoneri, doctus in totum: non quomodo cum vxore aut cum filio viueret, sed quo-
 modo benè viueret. in hoc est, & quomodo cum vxore ac liberis viuat. Cleanthes vti-
 lem quidem iudicat & hanc partem, sed imbecillum nisi ab vniuerso fluit, nisi decreta
 ipsa philosophiæ & capita cognouit. In duas ergo ⁴ quæstiones locus iste diuiditur. Vtrum
 utilis, an inutilis sit: & an solus virum bonum possit efficere, id est, vtrum superuacuos
 sit, an omnes faciat superuacuos. Qui hanc partem videri volunt superuacuum, hoc
 aiunt. Si quid oculis oppositum moratur aciem, remouendum est: illo quidem non ab-
 iecto operam perdidit, qui præcepit: Sic ambulabis, illò manum porriges. Eodem mo-
 do, vbi aliqua res obcæcat animum, & ad officiorum dispiciendum ordinem impedit,
 nihil agit qui præcipit: Sic viues cum patre, sic cum vxore. Nihil enim proficient præ-
 cepta, quamdiu menti error obfuscat: si ille discutitur, apparebit quid cuique de-
 beatur officio. Alioquin doces illum, quid sano faciendum sit, non sanum efficias. Pau-
 peri, vt agat diuitem, monstras: hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Osten-
 dis esurienti, quid tamquam satur faciat: fixam potius medullis famem detrahe. Idem D
 tibi de omnibus vitiis dicam. ipsa remouenda sunt, non præcipiendum, quod fieri illis
 manentibus non potest. Nisi opinioniones falsas, quibus laboramus, expuleris: nec aua-
 rus, quomodo vtendum pecuniâ sit, exaudiet, nec timidus, quomodo pericula contem-
 nat. Efficias oportet, vt sciat pecuniam nec bonum, nec malum esse: ostendas illi miser-
 rimos diuites. Efficias, vt quidquid publicè expauimus, sciat non esse tam timendum,
 quam

10. IN SPOLIARIO.] *Pars Arena siue Amphitheatri fuit, in quâ indui, exui solent, & lesi ac deinceps inuites occidi. Ego 1. Saturn. cap. xviii.*

EPIST. XCIV. I. EAM PARTEM PHILOSOPHIÆ.] *ἡ δὲ γνησίαν, siue Præceptiuam. Infra, epist. xcv. in isto.*

2. ARISTO STOICVS.] *Qui idem Chius cognomento, supra epist. lxxxix. & eius ibi hæc sententia: Aristo Chius moralem scientiam circūcidit, & eum locum qui Monitiones continet, sustulit.*

3. AT ILLAM NON HABENTEM.] *Δογματικὴν, siue Decretoriam.*

A quàm fama circumfert, nec dolorem quoque nec mortem. Sæpe in morte, quàm pati lex est, magnum esse solatium, quòd ad neminem redit: in dolore pro remedio futuram obstinationem animi, qui leuius facit sibi, quiddid contumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam, quòd non potest nec qui extenditur, magnus esse; nec qui est magnus, extendi. Omnia fortiter excipienda, quæ nobis mundi necessitas imperat. His deceris cum illum in conspectum suæ conditionis adduxeris, & cognouerit beatam vitam esse, non quæ secundum voluptatem est, sed secundum naturam: cum virtutem vnicum bonum hominis adamauerit, turpitudinem solum malum fugerit, reliqua omnia, diuitias, honores, bonam valetudinem, vires, imperia, scierit esse mediam partem, nec bonis annumerandam, nec malis: monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat: Sic incede, sic cæna: hoc viro, hoc fæminæ, hoc marito, hoc cœlibi conuenit. Ista enim qui diligentissimè monent, ipsi facere non possunt. Hæc pædagogus puero, hæc auia nepoti intraueris, scies ista quæ ingenti supercilio philosophi iactant, * in puerili esse præscripto. Vtrum manifesta demum, an dubia præcipies? non desiderant manifesta monitores: præcipienti dubia, non creditur: superuacuum est ergo præcipere. Id adeò sic discere. Si id mones quod obscurum est & ambiguum, probationibus adiuuandum erit: si probaturus es, illa per quæ probas, plus valent, satisque per se sunt. Sic amico vttere, sic ciue, sic socio. quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iustitiâ tradit. Illic inuenio æquitatem per se expetendam, nec metu nos ad illam cogi, nec mercede conducit: non esse iustum, cui quidquam in hac virtute placet, præter ipsam. Hæc cum persuasi mihi, & peribibi, quid ista præcepta proficiunt, quæ eruditum docent? Præcepta dare scienti, superuacuum est: nescienti, parum. Audire enim debet, non tantum quid sibi præcipiatur, sed etiam quare. Vtrum inquam, veras opiniones habenti de bonis malisque, sunt necessaria, an non habenti? qui non habet, nihil à te adiuuabitur: aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque, scit quid sibi faciendum sit, etiam te tacente. tota ergo pars ista philosophiæ submoueri potest. Duo sunt, propter quæ delinquimus. Aut inest animo prauis opinionibus malitia contracta: aut etiam si non est falsis occupatus, ad falsa procliuis est, & citò specie quòd non oportet trahente, corrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem ægram, & vitiis liberare; aut vacantem quidem, sed ad peiora pronam, præoccupare. Vtrumque decreta philosophiæ faciunt: ergo tale præcipiendi genus nihil agit. Præterea, si præcepta singulis damus, incomprehensibile opus est. Alia enim dare debemus feneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturò. In matrimonio præcipias, quomodo viuat cum vxore aliquis quam virginem duxit, quomodo cum eâ quæ alicuius matrimonium experta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotatâ. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem, & fœcundam; inter prouectiorem, & puellam; inter matrem, & nouercam? Omnes species complecti non possumus: atqui singulæ propria exigunt.

D Leges autem philosophiæ breues sunt, & omnia alligant. Adice nunc, quòd sapientis præcepta finita esse debent, & certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt: sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista pars præceptiua submouenda est: quia quod paucis promittit, præstare omnibus non potest: sapientia autem omnes tenet. ⁵ Inter insaniam publicam, & hanc quæ medicis traditur, nihil interest: nisi quòd hæc morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est. Si quis furioso præcepta det, quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato; erit ipso, quem monebit, insanior. bilis nigra curanda est, & ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi fu-

4. IN PVERILI ESSE PRÆSCRIPTO.] *In ignorantis & sententiis, quæ describenda & ediscenda proponuntur. Ita infra: Pueri ad præscriptum discunt, digiti illorù tenentur. Præscriptum ergo, exemplar.*

5. INTER INSANIAM PVBLICAM.] *Quæ populis gentesq; laborant, præter sapientem. Vide illud Paradoxum, Omnes stultos insanire.*

mi furore faciendum est. ipse discuti debet: alioquin abibunt in vanum monentium A
 verba. Hæc ab Aristone dicuntur. Cui respondebimus ad singula. Primum aduersus
 illud quod ait, si quid obstat oculo, & impedit visum, debere remoueri. Fateor, huic non
 esse opus præceptis ad videndum, sed remedio quo purgetur acies, & officientem sibi
 moram effugiat. Naturâ enim videmus: cui vsum sui reddit, qui remouet obstantia.
 Quid autem cuique debeatur officio, natura non docet. Deinde cuius curata suffusio
 est, is non protinus cum visum recepit, aliis quoque potest reddere: malitiâ liberatus, &
 liberat. Non est opus exhortatione, nec consilio quidem: vt colorum proprietates ocu-
 lus intelligat. à nigro album, etiam nullo monente, distinguet. multis contra præceptis
 eget animus, vt videat quid agendum sit in vitâ. Quamquam oculos quoque ægros
 medicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus imbecil-
 lam aciem committas improbo lumini: à tenebris primò ad vmbrosa procede, deinde
 plus aude, & paullatim claram lucem pati assuesce. Non est quod post cibum studeas,
 non est quod ⁶ plenis oculis ac tumentibus imperes. Assatum & vim frigoris in os oc- B
 currentis euita: alia eiusmodi, quæ non minus quam medicamenta proficiunt. Adicit
 remediis medicina consilium. Error, inquit, est causa peccandi: hunc nobis præcepta
 non detrahunt, non expugnant opiniones de bonis ac malis falsas. Concedo, per se ef-
 ficacia præcepta non esse ad auerendam prauam animi persuasionem: sed non ideo, ne
 aliis quidem adiecta proficiunt. Primum memoriam renouant: deinde quæ in vniuer-
 so confusius videbantur, in partes diuisa diligentius considerantur. Aut tu isto modo li-
 cet & consolationes dicas superuacuas, & exhortationes: atqui non sunt superuacua:
 ergo ne monitiones quidem. Stultum est, inquit, præcipere ægro, quid facere tamquam
 sanus debeat: cum restituenda sanitas sit, sine quâ irrita sunt præcepta. Quid quod ha-
 bent ægri sanique quædam communia, de quibus admonendi sunt? tamquam, ne aui-
 dè cibos appetant, vt lassitudinem vitent. Habent quædam præcepta communia pau-
 per, & diues. Sana, inquit, avaritiam, & nihil habebis, quod admoneras aut pauperem,
 aut diuitem, si cupiditas vtriusque confidet. Quid quod aliud est, non concupiscere pec- C
 uniam? aliud, vti pecuniâ scire? cuius auari modum ignorant, etiam non auari vsum.
 Tolle, inquit, errores: superuacua præcepta sunt. Falsum est. puta enim avaritiam rela-
 xatam: puta adstrictam esse luxuriam, temeritati frænos iniectos, ignauia subditum
 calcar: etiam remotis vitiis, quid & quemadmodum debeamus facere, discendum est.
 Nihil, inquit, efficient monitiones, ad motæ grauibus vitis. Ne medicina quidem mor-
 bos insanabiles vincit: tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in leuamentum. Ne ipsa
 quidem vniuersæ philosophiæ vis, licet tota in hoc vires suas aduocet, duram iam & ve-
 terem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. Quid prodest,
 inquit, aperta monstrare? plurimum. interdum enim scimus, nec attendimus. Non do-
 cet admonitio, sed aduertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi. Ple-
 raque ante oculos posita transimus: admonere, genus adhortandi est: sæpe animus etiam
 aperta dissimulat: ingerenda est itaque illi notitia rerum notissimarum. Illa hoc loco in
 Vatinius Calui repetenda sententia est: *Factum esse ambitum, scitis: & hoc vos scire, D*
omnes sciunt. Scis amicitias sanctè colendas esse: sed non facis. Scis improbum esse, qui
 ab vxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor vxorum. Scis vt illi nil cum adulte-
 ro, sic nihil tibi esse debere cum pellice: & non facis. Itaque subinde reducendus es ad
 memoriam. non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quæcumque salutaria
 sunt, sæpe agitari debent, sæpe versari: vt non tantum nota sint nobis, sed etiam parata.
 Adice nunc, quod aperta quoque, apertiora fieri solent. Si dubia sunt, inquit, quæ
 præcipis, probationes adicere debebis: ergo illæ, non præcepta, proficient. Quid quod
 etiam sine probationibus, ipsa monentis auctoritas prodest? sic quomodo iurisconsul-
 torum valent responsa, etiam si ratio non redditur. Præterea, ipsa quæ præcipiuntur,
 per

6. PLENIS OCVLIS AC TVMENTIBVS.] Sic in que ipsos velut intendimus, & spiritu implemus. Fit
 Suetonij Tiberio, cap. vii. Contentis ac tumentibus oculis prosequi. quod sit vbi figimus oculos, at-
 in amore, si in diuina intuitu.

A per se multum habent ponderis : utique si aut carmini intexta sunt, aut prosâ oratione in sententiam coartata. Sicut illa Catoniana : *Emas, non quod opus est, sed quod necesse est. Quod non opus est, esse carum est.* Qualia sunt illa, aut reddita oracula, aut similia : *Tempori parce, Te nosce.* Numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit versus?

Iniuriarum remedium est, obliuio.

Audentes fortuna iuuat.

Piger sibiipse obstat.

Aduocatum ista non quarunt : affectus ipsos tangunt, & naturâ vim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur : non aliter quam scintilla flatu leui adiuta, ignem suum explicat. Erigitur virtus, cum tacta est & impulsâ. Præterea, quædam sunt quidem in animo, sed parum prompta : quæ incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. Quædam diuersis locis iacent sparsa, quæ contrahere inexercitata mens non potest. Itaque in vnum conferenda sunt, & iungenda, vt plus valeant, animumque magis alleuent. Aut, si præcepta nihil adiuuant, omnis institutio tollenda est : ipsâ naturâ contenti esse debemus. Hoc qui dicunt, non vident alium ingenij esse mobilis & erecti, alium tardi & hebetis : utique alius alio ingeniosior est. Ingenij vis præceptis alitur & crescit, nouasque persuasiones adiicit innatis, & deprauata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuuabunt vitii obligatum ? Hoc scilicet ; vt illis liberetur. non enim extincta in illo indoles naturalis est : sed obscurata, & oppressa. Sic quoque tentat resurgere, & contra praua nititur. nacta verò præsidium, & adiuta præceptis, conualefcit : si tamen illam diutina pestis infecit, non enecuit. Hanc enim ne disciplina quidem philosophiæ, toto impetu suo connixa, restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiæ, & præcepta : nisi quod illa generalia præcepta sunt, hæc specialia ? Vtraque res præcipit : sed altera in totum, particulatim altera. Si quis, inquit, recta habet & honesta decreta, hic ex superuacuo monetur. Minimè. nam hic quoque doctus quidem est facere, quæ debet : sed adhuc non satis prospicit. Non enim tantum affectibus impedimur, quod minus probanda faciamus, sed imperitiâ inueniendi, quid quæque res exigat. Habemus interdum compositum animum : sed residem, & inexercitatum ad inueniendam officiorum viam, quam admonitio demonstrat. Expelle, inquit, falsas opiniones de bonis & malis : in locum autem earum veras repone : & nihil habebit admonitio, quod agat. Ordinatur istâ sine dubio ratione animus, sed non istâ tantum. Nam quamuis argumentis collectum sit, quæ bona, quæ mala sint : nihilominus habent præcepta partes suas : & prudentia, & iustitia officiis constant : officia præceptis disponuntur. Præterea, ipsum de bonis malisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam præcepta perducunt. Vtraque enim inter se consentiunt : nec illa possunt præcedere, vt non hæc sequantur, & hæc ordinem sequuntur suum. Vnde apparet illa præcedere. Infinita, inquit, præcepta sunt. Falsum est. nam de maximis ac necessariis rebus, non sunt infinita : tenues autem, differentias habent, quas exigunt tempora, loca, personæ. Sed his quoque dantur præcepta generalia. Nemo, inquit, præceptis curat insaniam, ergo nec malitiam quidem. Dissimile est. nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est : si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum : & vt sequatur, tamen admonitio corroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud insanos proficere præcepta. Nam quemadmodum sola non profunt, sic curationem adiuuant : & denunciatio, & castigatio insanos coercuit. De illis insanis nunc loquor, quibus mens mota est, non erepta. ⁸ Leges, inquit, vt faciamus quod oportet, non efficiunt : & quid aliud sunt, quam minis mixta præcepta ? Primùm omnium, ob hoc illæ non persuadent, quia minantur : at hæc non cogunt, sed exorant. Deinde leges à scelere deterrent : præcepta in officium adhortantur. His adice, quod leges quoque proficiunt ad bonos mores : utique si non tantum imperant, sed docent. In hac re dissentio à Posidonio. Non

probo,

7. ET DENUNCIATIO.] *Comminatio, periculi admonitio.*

8. LEGES, INQUIT, VT FACIAMUS.] *Ponit, vt positum : atqui non præiuit.*

probo, quòd Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuè esse oportet, A
quòd facilius ab imperitis teneatur, velut emissà diuinitus vox sit. lubeat, non disputet.
Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex cum prologo. Mone, dic quid me
velis fecisse: non disco, sed pareo. Proficiunt itaque malis moribus, vti videbis ciuitates,
vfas malis legibus. At non apud omnes proficiunt. Ne philosophia quidem: nec ideo
inutilis, & formandis animis inefficax est. quid autem philosophia, nisi vitæ lex est? Sed
putemus non proficere leges: non ideo sequitur, vt ne monitiones quidem proficiant.
Aut sic & consolationes nega proficere, dissuasionesque, & adhortationes, obiurgatio-
nes, & laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt: per ista ad perfectum ani-
mi statum peruenitur. Nulla res magis animis honesta induit, dubiosque & in prauum
inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuersatio. Paullatim enim
descendit in pectora: & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, adspici frequen-
ter. Ocurfus mehercule ipse sapientium iuuat: & est aliquid, quod ex magno viro vel
tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum proficit, sicut illud intelligam, B
profuisse. Minuta quædam, vt ait Phædon, animalia, cum mordent, non sentiuntur.
adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est. tumor indicat morsum, & in ipso tumore
nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet. non
deprehendes quemadmodum, aut quando, tibi proficit: profuisse deprehendes. Quor-
sum, inquit, hoc pertinet? æquè præcepta bona, si sæpe tecum sint, profutura, quàm bo-
na exempla. 9 Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque
simulachra ex vicino cernentibus, & alicuius oraculi opperientibus vocem. Quis autem
negauerit, feriri quibusdam præceptis efficaciter etiam imperitissimos? velut his breui-
simis vocibus, sed multum habentibus ponderis: *Nihil nimis.*

Auarus animus nullo sanatur lucro.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Hæc cum ictu quodam audimus, nec vlli licet dubitare, aut interrogare, Quare? adeò
etiam sine ratione ipsa veritas ducit. Si reuerentia frangat animos, aut vitia compefcit: C
cur non admonitio idem possit? Si imponit pudorem castigatio: cur admonitio non
faciat, etiam si nudis præceptis vtitur? Illa verò efficacior est, & altius penetrat, quæ adiu-
uat ratione, quod præcipit, quæ adiecit, quare quidque faciendum sit, & quis facientem
obedientemque præceptis fructus expectet. Si imperio proficitur, & admonitione pro-
ficitur: atqui proficitur imperio: ergo & admonitione. 10 In duas partes virtus diuidi-
tur, in contemplationem veri, & actionem: contemplationem institutio tradit, actio-
nem admonitio. Virtutem & exercet, & ostendit recta actio: acturo autem si prodest
qui suadet, & qui monet, proderit. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem
actiones admonitio demonstrat, & admonitio necessaria est. Duæ res plurimum robo-
ris animo dant, fides veri, & fiducia: vtramque admonitio facit. Nam & creditur illi,
& cum creditum est, magnos animus spiritus concipit, ac fiducia impletur: ergo admo-
nitio non est superuacua. M. Agrippa, vir ingentis animi, qui solus ex his quos ciuilia
bella claros potentesque fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat, multum se huic D
debere sententiæ: *Nam concordia parue res crescunt, discordia maxima dilabuntur.* Hæc se aie-
bat, & fratrem, & amicum optimum factum. Si eiusmodi sententiæ familiariter in ani-
mum receptæ, formant eum: cur non hæc pars philosophiæ, quæ talibus sententiis con-
stat, idem possit? Pars virtutis disciplinâ constat, pars exercitatione: & discas oportet, &
quod didicisti, agendo confirmes. Quod si ita est, non tantum scita sapientiæ profunt,
sed etiam præcepta: quæ affectus nostros 11 velut edicto coercent, & obligant. Philoso-
phia,

9. PYTHAGORAS AIT.] *Hoc ita in Cicerone*
11. *de Legib.* Et illud benè dictum est à Pythago-
râ, doctissimo viro, tum maximè & pietatem &
religionem versari in animis, cum rebus diuinis
operam daremus.

10. IN DVAS PARTES.] *Aliquid in Ma-*

nuduct. II. Dissertat. v.

11. VELV EDICTO.] *Allusum ad morem*
eius cui, quo Principes Edicta in publico propone-
bant, populo admonendo, castigando, coercendo. No-
tati ad lib. III. Annal. Taciti.

Aphia, inquit, diuiditur in hæc, ¹² scientiam & habitum animi. Nam illam qui didicit, & facienda ac vitanda percepit: nondum sapiens est, nisi in ea quæ didicit, animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista præcipiendi, ex utroque est, & ex decretis & ex habitu: itaque superuacua est ad implendam virtutem, cum duo illa sufficiant. Isto ergo modo & consolatio superuacua est, nam hæc quoque ex utroque est: & exhortatio, & suasio, & ipsa argumentatio. nam & hæc ab habitu animi compositi validique proficiuntur. Sed quamuis ista ex habitu animi veniant; optimus animi habitus & ex his est, & ex illis. Deinde istud quod dicitis, iam perfecti viri est, ac summam consecuti felicitatis humanæ. Ad hoc autem tardè peruenitur: interim etiam imperfecto, sed proficienti, demonstranda est in rebus agendis via. Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapientia: quæ iam eò perduxit animum, ut moueri nequeat, nisi in rectum. Imbecillioribus quidem ingeniis, necessarium est aliquem præire: Hoc vitabis, hoc facies. Præterea, si expectat tempus quo per se fiat, quid optimum factu sit: interim errabit, & errando impediatur, quò minus ad illud perueniat, quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum incipit posse se regere. Pueri ad præscriptum discunt, digiti illorum tenentur, & alienâ manu per litterarum simulacra ducuntur: deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum: sic animus noster dum eruditur ad præscriptum, iuuatur. Hæc sunt per quæ probatur, hanc philosophiæ partem superuacua non esse. Queritur deinde, an ad faciendum sapientem sola sufficiat. Huic quæstioni ¹³ suum diem dabimus. interim omittis argumentis, nonne apparet nobis esse opus aliquo aduocato, qui contra populi præcepta præcipiat? nulla ad aures nostras vox impunè perfertur: nocent qui optant, nocent qui execrantur. nam & horum imprecatio falsos nobis merus & inserit, & illorum amor malè docet benè optando. Mittit enim nos ad longinqua bona, & incerta & errantia, cum possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire rectâ viâ. trahunt in prauum parentes, trahunt serui: nemo errat vni sibi, sed dementia spargit in proximos, accipitque inuicem. Et idè in singulis vitia popularum sunt, quia illa populus dedit. dum facit quisque peiorem, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaque est ingens illa nequitia, congesto in vnum, quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis cultos, & aurem subinde peruellat, abigatque rumores, & reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas ¹⁴ nobiscum vitia nasci: superuenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris, opiniones quæ nos circumsonant, compescamus. Nulli nos vitio natura conciliat: nos illa integros ac liberos genuit. Nihil quidem quod auaritiam nostram irritaret, posuit in aperto: pedibus aurum & argentum subiecit, calcandumque ac premendum dedit, quidquid est, propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit in calum, & quidquid magnificentum mirumque fecerat, videri à suspicientibus voluit: ortus occasusque, & properantis mundi volubilem cursum, interdum terrena aperientem, noctu caelestia: tardos siderum incessus, ¹⁵ si compares toti; citatissimos, si cogites, quanta spatia numquam intermissa velocitate circumeant: defectus solis & lunæ, inuicem obstantium. Alia deinceps digna miratu, siue per ordinem subeunt, ¹⁶ siue subditis causis mota prosiliunt, ut nocturni ignium tractus, & ¹⁷ sine vllò ictu sonituque fulgores ¹⁸ cæli patiscentis, columnæque ac trabes, & varia simulacra flammaram. Hæc supra nos natura disponit: ¹⁹ aurum

12. SCIENTIAM ET HABITVM.] *Scientiam, qua Decretis constat: Habitum, qui ab actione & exercitio illorū paratur. Sed nec ista obiectio præciuit.*

13. SVVM DIEM DABIMVS.] *In epistolâ sequenti: Petis à me, ut id quod in diem suum dixeram debere referri, representem.*

14. NOBISCVM VITIA NASCI.] *Hoc enim Stoici fortiter abnuunt, & volunt Naturâ bonos esse. Vide Manuduct. 11. Dissert. x.*

15. SI COMPARES TOTI.] *Mundo supremo.*

16. SIVE SVBDITIS CAVSSIS.] *Id esset, inseris*

& subiectis: nempe à vaporibus terrenis. Quidam tamen libri, subitis: repentinis & incertis, ut nasci solent meteora.

17. SINE VILLO ICTV SONITVQVE FVLGORES.] *De quibus nostrum vide Nat. Quest. 1. cap. XIV. & XV.*

18. CÆLI PATISCENTIS.] *Sic lego, cum Piniano: & omnino diuellendum hoc à Fulgoribus, quæ aliâ causâ sunt. Intelligit igitur Chasmata, aut tales cæli recessus. At vulgata lectio erat, fulgores cæli fatiscentis.*

¹⁹ aurum quidem & argentum, & propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi A
malè nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, propter quæ pugnaremus, extu-
limus: nos & causas periculorum nostrorum, & instrumenta, dissecto terrarum ponde-
re eruimus: nos fortunæ mala nostra tradidimus, nec erubescimus summa apud nos ha-
beri, quæ fuerant ima terrarum. Vis scire, quàm falsus oculos tuos decipit fulgor? nihil
est istis, quamdiu mersa & inuoluta cæno suo iacent, sædius, nihil obscurius. quid ni?
quando per longissimorum cuniculorū tenebras extrahuntur: nihil est illis dum fiunt,
& à facie suâ separantur, informis. Denique ipsos opifices intueri, per quorum manus
sterile terræ genus & informe perpuratur, videbis quantâ fuligine oblinantur. Atqui
ista magis inquinant animos, quàm corpora: & in possessore eorum, quàm in artifice,
plus est sordium. Necessarium itaque est admoneri, & habere aliquem aduocatū bon-
næ mentis, eque tanto fremitu tumultuque falsorum, ²⁰ vnam denique audire vocem.
Quæ erit illa vox? ea scilicet, quæ tibi tantis clamoribus ambitiosis exfurdato, salubria
insuffurret verba: quæ dicat, Non est quòd inuideas istis, quos magnos felicesque popu- B
lus vocat: non est quòd tibi compositæ mentis habitum & sanitatem plausus excutiat:
non est quòd tibi tranquillitatis tuæ fastidium faciat ille, ²¹ sub illis fascibus, purpurâ
cultus: non est quòd feliciorem cum iudices, cui submouetur, quàm ²² quem licitor se-
mitâ deiicit. Si vis exercere tibi vtile, nulli autem graue imperium, submoue vitia. Mul-
ti inueniuntur, qui ignem inferant vrbibus, qui inexpugnabilia sæculis, & per aliquot
ætates tuta prosternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram alti-
tudinem adductos arietibus ac machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina,
& tergis hostium graues instent, & ad mare magnum perfusi cæde gentium veniant:
sed hi quoque, vt vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus resti-
tit, sed nec ipsi ambitioni, crudelitati que restiterant: tunc cum agere visi sunt alios, age-
bantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deuastandi, & ad ignota mittebat.
An tu putas sanum, qui à Græciæ primùm cladibus, in quâ eruditus est, incipit: qui quod
cuique optimum est, eripuit? Lacedæmona seruire iubet, ²³ Athenas tacere. Non con- C
tentus tot ciuitatum strage, quas aut vicerat Philippus, aut emerat, & alias alio loco pro-
iicit, & toto orbe arma circumfert: nec substitit vsquam lassâ crudelitas. inmanium fe-
rarum modo, quæ plus quàm exigit fames, mordent. Iam in vnum regnum multa re-
gna coniecit; iam Græci Persæque eundem timent; iam etiam à Dario liberæ nationes
iugum accipiunt: ²⁴ hic tamen vltra Oceanum solemque, indignatur ab Herculis Li-
berique vestigiis victoriam flectere, ipsi naturæ vim parat. Non ille ire vult, sed non po-
test stare: non aliter, quàm in præceps deiecta pondera, quibus eundi finis est, iacuisse.
Ne Cn. quidem Pompeio externa bella, aut domestica, virtus aut ratio suadebat: sed in-
fanus amor magnitudinis falsæ, modò in Hispaniam & Sertoriana arma, modò ²⁵ ad
colligendos piratas, ac maria pacanda vadebat. Hæ prætexebantur causæ, ad conti-
nuandam potentiam. Quid illum ²⁶ in Africam, quid ²⁷ in Septemtrionem, quid in
Mithri-

19. AVRVM QVIDEM ET ARGENTVM.] *Similis sententia quadam De Benef. vii. cap. x. & ista Pliny, lib. xxxiiii. initio: Terra & hæc (inuauantia) summâ sui parte tribuit, vt minimè parca facili que in omnibus, quæ profunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atque demersit.*

20. VNAM DENIQUE AUDIRE.] *Pincianus vellei, veram: posui & viuam.*

21. SVB ILLIS FASCIBVS.] *Qui erecti præeunt: ideo sub illis. intelligit magistratum, aut imperium.*

22. QVEM LICITOR SEMITA.] *Nam in submouendo, manu & virgâ etiam impellebant. Vide me de totâ re Elector. i. cap. xxii.*

23. ATHENAS TACERE.] *Quarum propria eloquentia, sed & loquentia. Ideo Tertullianus, lin-*

*guatam ciuitatem dixit: Sidonius, Athenis loqua- D
cior, adagij formâ.*

24. HIC TAMEN VLTRA.] *Alij libri, Istamen, vel, His. Puto fuisse: It tamen: nempe animo & cupidine. Muretus interpolauerat.*

25. AD COLLIGENDOS PIRATAS.] *Ita scripti libri: contra quos idem Muretus, cogendos, ediderat. Sed illud bene. fudit enim fugauitque piratas: sed vt finis belli esset, reliquias eorum CONTRACTAS (ait Velleius) in vrbibus, remotoque à mari loco, in certâ sede constituit. Ita qui sparsi per omnia maria erant: collegit, & fregit.*

26. IN AFRICAM.] *Bello Mariano, missus cõtra Domitium & regem Iarbam.*

27. IN SEPTEMTRIONEM.] *In Galliam iuit, eodem*

- A Mithridatem, & Armeniam, & omnes Asiae angulos traxit: infinita scilicet cupiditate cre-
scendi: cum sibi vni parum magnus videretur. Quid C. Caesarem in sua fata, pariter ac
publica, immisit? gloria & ambitio, & nullus supra ceteros eminendi modus. Vnum
ante se ferre non potuit, cum resp. supra se duos ferret. Quid, tu C. Marium semel con-
sulem (vnu enim consulatum accepit, ²⁸ ceteros rapuit) cum Theutonicos Cimbroscumque
concederet, cum Iugurtham per Africae deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse,
virtutis instinctu? Marius exercitum, Marius ducebat ambitio. Isti cum omnia con-
cuterent, concutiebantur: turbinum more, qui rapta conuoluunt, sed ipsi ante voluunt,
& ob haec maiore impetu incurrunt, quia nullum illis sui regimen est. Ideoque cum
multis fuerunt mali, pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quoque sen-
tiunt. Non est quod credas, quemquam fieri alienam infelicitate felicem. Omnia ista ex-
empla, quae oculis atque auribus nostris ingeruntur, retexenda sunt, & plenum malis ser-
monibus peccatus exhauriendum. Inducenda est in occupatum locum virtus: quae men-
dacia contra verum placentia extirpet, quae nos a populo, cui nimis credimus, separet, ac
sinceris opinionibus reddat. Haec est enim sapientia, in naturam conuerti, & eod restitui,
vnde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est, hortatores insaniae reliquisse, &
ex isto cœtu inuicem noxio procul abiisse. Hoc ut esse verum scias, adspice, quanto ali-
ter vnusquisque populo viuat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentiae,
nec frugalitatem docent rura: sed vbi testis ac spectator abscessit, vitia subsidunt, quo-
rum monstrari & conspici fructus est. Quis eam, quam nulli ostenderet, induit purpu-
ram? quis posuit secretam in auro dapem? quis sub alicuius rusticae arboris proiectus
vmbra, luxuriae suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis laetus est, ne pauco-
rum quidem & familiarium, sed apparatus vitiorum suorum pro modo turbae spe-
ctantis expandit. Itaque irritamentum est omnium, in quae insanimus, admirator &
consciis. Ne concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio, & luxuria,
& impotentia, scenam desiderant: sanabis ista, si absconderis. Itaque si in medio vr-
bium fremitu collocati sumus, ster ad latus monitor, & contra laudatores ingentium
pattimoniaum laudet paruo diuitem, & vsu opes metientem. Contra illos, qui gra-
tiam ac potentiam attollunt, otium ipse suspiciat traditum litteris, & animum ab exter-
nis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione vulgi beatos, in isto inuidioso fastigio
suo trementes & attonitos, longeque aliam de se opinionem habentes, quam ab aliis ha-
betur. Nam quae aliis videntur excelsa, ipsis praerupta sunt. Itaque exanimantur, & tre-
pidant, quoties despexerunt in illud magnitudinis suae praecipit. Cogitant enim varios
casus, & in sublimi maximè lubricos: tunc appetita formidant, & quae & illos graues
aliis reddit, grauior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudant otium lenè & sui iuris: odio
est fulgor, & fuga iam a rebus adhuc stantibus quaeritur: tunc demum videas philoso-
phantes metu, & agra fortunae sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint bona
fortuna, & mens bona: ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt.

eodem bello, & res ibi cum Metello feliciter gessit. An & Mithridatis bello intelligit, petitos Colchos, Iberos, Albanos? 28. CETEROS RAPUIT.] Non videtur profecto, si duos ultimos excipias. Nam priores, in discrimine patriae, absenti delati. Vide Plutarchum.

EPIST. XCV.

HAERET aut pendet à priore, quariturque, An igitur Parenetica sola sufficiat? cum praesertim ostenderit, tantos eius & tam claros usus. Negat, & argumenta quae adferuntur ponit, ac refellit. Dogmaticam igitur laudat, & ab illo fonte manare Praecepta, & vitam ea contineri ostendit. Florida miscet, & in Luxum, Libidinem, Ambitum obiter excurrit. Tota pulchra & fructuosa est.

PETIS à me, ut id quod in diem suum dixeram debere referri, representem, & scribam tibi, an haec pars philosophiae, quam Graeci *ἠθικὴ* vocant, nos praecipuam dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum, si negaui. Eò magis promitto, & verbum publicum perire non patior: *Postea noli rogare, quod impetrare nolueris.* Interdum enim obnixè petimus, id quod recufaremus, si quis offerret. Haec siue leuitas est, siue vernilitas, puniendae est promittendi facilitate. Multa videri volumus velle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem attulit, minutissimè scriptam, arctissimè plicatam, & magnà parte perlectà: *Desinam*, inquit, *si vultis.* Acclamatur, *Recita, recita*, ab his qui illum obmutescere illico cupiunt. Saepè aliud volumus, aliud optamus: & verum ne diis quidem dicimus; sed dii aut non exaudiunt, aut miserentur. Ego me, omisà misericordià, vindicabo, & tibi ingentem epistolam impingam: quam tu si inuitus leges, dicito: *Ego mihi hoc contraxi.* teque inter illos numera, quos vxor magno ducta ambitu torquet: inter illos, quos diuitiae per summum acquisitionis sudorem, malè habent: inter illos, quos honores, nullà non arte atque operà petiti, discruciant: & ceteros, malorum suorum compotes. Sed ut, omisso principio, rem ipsam aggrediar: Beata, inquit, vita constat ex actionibus rectis: ad actiones rectas, praecepta perducunt: ergo ad beatam vitam praecepta sufficiunt. Non tamen semper ad actiones rectas praecepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est: aliquando frustra admoventur, si animum opiniones obsident prauae. Deinde, etiam si rectè faciunt, nesciunt facere se rectè. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus, & totà ratione compositus, omnes exsequi numeros, ut sciat quando oporteat, & in quantum, & cum quo, & quemadmodum. Quare non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem, aut libenter: sed respiciet, sed haesitabit. Si honesta, inquit, actio ex praecipis venit, ad beatam vitam praecepta abundè sunt: atqui est illud: ergo & hoc. His respondemus, Actiones honestas ex decretis fieri, non tantum praecipis. Si aliae, inquit, artes contentae sunt praecipis, contenta erit & sapientia: nam & haec ars vitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecipit, Sic moue gubernaculum, sic vela submitte, sic secundo vento vttere, sic aduerso resiste, sic dubium communemque tibi vindica. alios quoque artifices praecepta confirmant: ergo non hoc idem poterunt artifices viuendi? Omnes istae artes circa instrumenta vitae occupatae sunt, non circa totam vitam. Itaque multa illas inhihent extrinsecus, & impediunt, spes, cupiditas, timor. At haec quae artem vitae professa est, nullà re, quò minus se exerceat, vetari potest. discutit enim impedimenta, & tractat obstantia. Vis scire quàm dissimilis sit harum artium condi-

EPIST. XCV. I. IN DIEM SVVM DIXERAM.] *Suprà, priore epistolà: Huic quaestioni suum diem dabimus.*

2. SI NEGAVERO.] *Quia res intricata, & minime blandà aut grata est: ideo facilè feres abnuentem. Tamen faciam, ne frustra petieris; & ne vulgi verbum pereat: Noli rogare, quod impetratum etiam nolis. Nam sunt qui petunt, quasi in alterius gratiam aut honorem: ut, Recita hoc ca. n. Diem illum mihi adfis: & in animo velint negatum gratiam aut ho-*

norem. Haec sententia horum & sequentium est, à quà alij mihi videntur abiuissè.

3. ALIUD OPTAVIS.] *A Diis nempe, ubi palam, & audientibus alijs, vota concipimus. Tunc enim saepe hic dissensus. Pro vità & victorià mali Principis precor, seruis pro domini, maritus vxoris, & quae sunt talia: animo abdicante. An & resers ad vota etiam tacia & libera? nimirum errore eligendi mala petimus, etsi bona intendimus: ut opes, honores, famam. Itaque aliud volumus communiter, distinctè autem vouendo, abimus.*

4. QVÆ

A conditio, & huius? In illis excusatus est voluntate peccare, quàm casu: in hac, maxima culpa est, sponte delinquere. Quod dico, tale est. Grammaticus non erubescit solæcisimum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. Medicus si deficere ægrum non intelligit, quantum ad artem magis peccat, quàm si se intelligere dissimulat. At in hac arte viuendi, turpior volentium culpa est. Adiiice nunc, quòd artes quoque pleræque, imò ex omnibus liberalissimæ, habent decreta sua, non tantùm præcepta: sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, + quæ Græci vocant *dogmata*: nobis decreta licet appellare, vel scita, vel placita: quæ in geometriâ & in astronomiâ inuenies. Philosophia autem & contemplatiua est, & actiua: spectat, simulque agit. Erras enim, si illam putas tantùm terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis, ac dissuadere contenta: magna me vocant, supraque vos posita.

B *Nam tibi de summâ cæli ratione, deumque,
Differere incipiam, & rerum primordia pandam,
Unde omnis natura creet res, auget, alaturque,
Quoque eadem rursus natura perempta resoluat:*

vt ait Lucretius. sequitur ergo, vt cum contemplatiua sit, habeat decreta sua. Quid, quòd facienda quoque nemo ritè obibit, nisi is cui ratio erit tradita, qua in quaque re omnes officiorum numeros exsequi possit? quos non seruabit, qui in re præcepta acceperit. Imbecilla sunt per se, & vt ita dicam, sine radice, quæ partibus dantur. Decreta sunt quæ muniant, quæ securitatem nostram, tranquillitatemque tueantur, quæ totam vitam, totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiæ, & præcepta: quod inter elementa, & membra. hæc ex illis dependent: illa & horum causæ sunt & omnium. Antiqua, inquit, sapientia nihil aliud, quàm facienda & vitanda, præcepit: & tunc longè meliores erant viri: postquam docti prodierunt, boni defunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obscuram & solertem scientiam versa est, docemurque disputare, non viuere. Fuit sine dubio, vt dicitis, vetus illa sapientia, cum maximè nascens rudis: non minùs quàm ceteræ artes, quarum in processu subtilitas creuit. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat, nec tam latè se sparserat: poterant vitiis simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto valentiora sunt, quibus petimur. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paullatim: deinde in hanc peruēnit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc, solidisque corporibus, & facili cibo, nec per artem voluptatemque corrupto. Qui postquam cœpit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem queri, & inuenta sunt mille conditura, quibus auiditas excitaretur: quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies: inde incerti labantium pedes, & semper qualis in ipsâ ebrietate titubatio: inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum malè assuescit plus capere, quàm poterat: inde suffusio luridæ bilis, & decolor vultus, tabesque in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta, & cerebri æstuantis verminationes, & omnia per quæ exoneramur, internis vlcibus affecta? Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu sæuientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore & multâ membrorum quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxu-

4. QUÆ GRÆCI VOCANT DOGMATA.] De his ego Manuduct. 11. Dissert. XII.

5. QUI IN RE PRÆCEPTA.] Mureti editio: qui mera præcepta acceperit. Imbecilla: vocibus

aliis eiectis. At libri retineri suadent: ex quorum vno Pincianus: qui in rem præcepta acceperit, non in omne. Ego assentior, sed velim magis, non in commune.

luxuria? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigati, aut venatu, aut tellure versatâ: excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magnâ medicorum suppellectile, nec tot ferramentis, atque pyxidibus. Simplex erat ex simplici causâ valetudo: ⁶ multos morbos multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per vnam gulam transitarum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix! necesse est itaque inter se tam diuersa dissideant, & hausta malè digerantur, aliis aliò nitentibus. Nec mirum, quòd inconstans variusque ex discordi cibo morbus est: & illa ex contrariis naturæ partibus in eundem compulsâ redundat. Inde ⁷ tam nullo ægrotamus genere, quàm viuimus. Maximus ille medicorum, & huius scientiæ conditor, ⁸ fæminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hæc iam & capillis destituuntur, & pedibus ægræ sunt. Non mutata fæminarum natura, sed vita est. nam cum virorum licentiam equauerint, corporum quoque virilium vitia æquauerunt. ⁹ Non minùs peruigilant, non minùs potant, & oleo & mero viros B prouocant: æquè inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & ¹⁰ vinum omne vomitu remetiuntur: æquè niuem rodunt, solatium stomachi æstantis. Libidine verò, nec maribus quidem cedunt, pati natè. Dij illas deæq; malè perdant: ad eò peruersum còmentè genus impudiciæ, ¹¹ viros ineunt. Quid ergo mirandum est, maximum medicorum ac naturè peritissimum, in mendacio prehendi, cum tot fæminè podagricè caluæq; sint? Beneficium sexus sui vitis perdiderunt: & quia fæminam exuerunt, damnatæ sunt morbis virilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum sæpiùs, & ¹² vino fulcire venas cadentes: ¹³ nesciebant faniem emittere, & diutinam ægrotationem balneo sudoribusque laxare: nesciebant crurum vinculo, brachiorumque, latentem vium, & in medio sedentem, ad extrema reuocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, cum

6. MULTOS MORBOS MULTA FERCVLA.] Vide in hanc rem Plutarchi *Quæst. Conuual.* viii. cap. ix. totum.

7. TAM NVLLO ÆGROTAMVS GENERE.] Tam parum certo, & vno, & simplici: quàm neque victus est è certis & vnis.

8. FÆMINIS NEC CAPILLOS DEFLVERE.] Non dicit hoc quidem in *Aphorismis* libro vi. Hippocrates; dumtaxat, Mulieres non laborare podagrâ, nisi menses defecerint. At de capillorum defluio, in *Eunuchis* præmittit: Eunuchi, inquit, non laborant podagrâ, neque calui fiunt. Galenus tamen ibi, virumque hoc enenire Eunuchis ait, quia fæminarum similes sunt, iisdem incommodis carentium. Additque, quod hinc Seneca, olim id ita fuisse Hippocratis æuo, cum moderatè victitarent: nunc in vtrisque fallere, ob vitam victumq; diuersa.

9. NON MINVS PERVIGILANT.] In conuitiis illis intempestiuis. Quibusdam tamen libris tria hæc verba absunt, etiam optimo meo: in aliis, peruigilantur scriptum. è quo Pincianus ingeniosè, pugillantur.

10. VINVM OMNE VOMITV.] Totidem serè verbis, De *Providentiâ*, cap. iii. Hi quidquid biberint, vomitu remectentur, tristes, & bilè suam regstantes. Mos autem inualuerat, ante cenam bibere, & vomitu refundere. Iuuenalis, de *ipsis fæminis* tamquam alea in dolia longus

Deciderit serpens, bibit & vomit.

& pluscula ibi hinc rei. Etiam *Martialis*:

Nec cenat priùs, aut priùs recumbit,

Quàm septem vomunt meri deunces.

Seneca in *epist.* lxxxviii. Ieiuni vomitores dicuntur. Capisse mos, aut inualuisse videtur, Pompeij

Magni temporibus, cum *Asclepiades* medicus vixit. de quo *Plinius* lib. xxvi. cap. iiii. Damnauit meritò & vomitiones, tunc supra modum frequentes. *Damnat & Celsus* lib. i. cap. iiii. qui istud luxuriæ causâ fieri non oportere confitetur, interdum valetudinis causâ rectè fieri experimentis credit. Adde *istis* que notamus in *Epist.* cxxxii.

11. VIROS INEUNT.] *Flagitium & seditas* mihi quidem ignota, & apage à viris ipsis, meo voto. Vtne hoc patiamur? Nego rectè scribi. quo enim sensu? Vt fæmina in equo sedeat, quod breuibus puellis *Ouidius* concedit? Atqui nec illud schéma est, quod sic meritò exsecretur *Seneca*: & vel ita ineuntur, non ineunt. An ad *Ligures*, aut *Fellantes* referas? non conuenit hoc verbi, de *Ineundo*: nec *Fæminarum* etiam ista magis, quàm *virorum*. Mihi lubet corrigere, *Viri* sunt, ineunt: & ad *Tribadas* referre. Ille profectò *virum* agunt: & de *istis* *Clemens Alexandrinus*: Καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν οὐκ ἔστιν ἔργον, γὰρ μὴδὲν τὴν γὰρ μὴδὲν: Et fæminæ viri sunt contra naturam, & nubunt, & item ducunt vxores. Non persequor, nec retego *Styziis* tenebris dignam seditatem. Possit & legi, *viroræ* ineunt. que *virum* querunt, *virum* agunt.

12. VINO FVLClRE VENAS.] *Ouidius*: Ut solet infuso vena redire mero. Adde De *Benef.* iiii. cap. ix.

13. NESCIEBANT SANIEM EMITTE-RE.] Legebatur antea, sanguinem: nos primi emendauimus, veritate inducti. Quis nescit veteres medicos sanguinem eduxisse? sed de sudoribus loquitur, prauisq; humoribus, per balnea eductis. Vide me i. *Electo.* cap. xvi.

A cum essent periculorum paucissima. Nunc verò quàm longè processerunt mala valerudinis? has vsuras voluptatum pendimus, vltra modum fasque concupitarum. Innummerabiles esse morbos miraris? coquos numera. ¹⁴ Cessat omne studium: & liberalia scholis, solitudo est: at quàm celebres culinæ sunt, quanta circa nepotum focos iuuentus premit? Transeo ¹⁵ puerorum infelicium greges: quos post transacta conuiuia, ¹⁶ aliæ cubiculi contumelia expectant. Transeo agmina exoletorum, ¹⁷ per nationes coloresque descripta, vt eadem omnibus leuitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadem turbam, transeo ministratorum, per quos ¹⁸ signo dato ad inferendam cœnam discurretur. Dij boni, quantum hominum vnus venter exerceat? Quid, tu illos boletos, voluptarium venenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam si præsentanei non furant? Quid, tu illam æstiuam niuem non putas callum iecinoribus obducere? Quid, illa ostrea, inertissimam carnem, cœno saginatam, nihil existimas limosæ grauitatis inferre?

B Quid, illud ¹⁹ Sociorum garum, pretiosam ²⁰ malorum piscium sanie, non credis vrere falsâ tabe præcordia? Quid, illa purulenta, & quæ tantum non ab ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxâ, ²¹ in ipsis visceribus exstingui? Quàm scedi atque pestilentes ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem? scias putrescere sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam ²² in sermone nobilem patinam, in quam quidquid apud lautos ²³ solet diem ducere, properans in damnum suum popina congesserat: ²⁴ veneriæ spondylique, & ostrea eatenus circumcisa, quæ eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis, ²⁵ torti distractique sine vllis ossibus nulli constrauerant. Piget iam esse singula: coguntur in vnum sapores. In cænâ fit, quod fieri debet saturo in ventre. Exspecto iam vt manducata ponantur. quantum autem hoc minus est, restas excerpere atque ossa, & dentium operâ coquum fungi? Graue est luxuriari per singula: omnia semel, & in eundem saporem versa, ponantur. Quare ego ad vnam rem manum porrigam? plura veniant simul: multorum ferculorum ornamenta coeant & cohæreant. Sciant protinus hi, qui iactationem ex istis peti & gloriam aiebant, non ostendi ista, sed conscientia dari. Pariter sint, quæ disponi solent, iure vno perfusa: nihil intersit, ostrea echinis, spondyli perturbati nullis ²⁶ concoctique ponantur. Non esset confusior vomentium cibus. Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi

14. CESSAT OMNE STUDIVM.] In Belgicâ oraculum.

15. PVERORVM INFELICIVM GREGES.] Alibi sic loquitur: & quidni greges? Nam vt Plutarchus ait, & τοῖς νέμοις δ' ἐλαροῖς ἐπ' αὐτῶ ἀπάτην καὶ κατακλιθεῖσιν οὐροῦ ἕως: in principum conuiuuii cuique accumbentium suus adstabat pin-cerna.

16. ALIÆ CVBICVLI CONTVMELIÆ.] Vt aut patiantur, aut faciant obscena. Faciant etiam, dico, ex epistolâ XLVII. Vide.

17. PER NATIONES COLORESQVE.] Ita solent, atque item per aetates. Vide De Breuit. vii. cap. XII.

18. SIGNO DATO.] Ibidem de Breuitate: Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrant. Vide Notas.

19. SOCIORVM GARVM.] De quo Plinius XXXI. cap. VII. & libro IX. cap. XVII. Ad Iunium VI. Animadu. cap. XVII.

20. MALORVM PISCIVM SANIEM.] Scorbtorum ferè, qui ad nihil aliud ferè vtilis, ait Plinius. Sanies autem, vt Manilij lib. V. de garo: Hinc sanies pretiosa fluit, floremq; cruoris Euomit, & misto gustum sale temperat oris.

21. IN IPSIS VISCERIBVS EXSTINGVI.] Vide supra epist. LXXVIII.

22. IN SERMONE NOBILEM PATINAM.] Volunt ad Aesopi patinam referre, de qua Plinius lib. X. cap. LI. imò Pincianus ipsam nomen hic reponit, & legit: Quondam Aesopi nobilem patinam. Non probò. nam ista piscium patina fuit, ex sequentibus; illa auim, ex Plinio ipso. Alius ergo hi mentio, quicumque is fuit.

23. SOLET DIEM DUCERE.] Non muto, & intelligo diem extrahi variis ferculis, & scanam ita longioris cœna instrui. Si tamen, solent diducere, legas; haud improbem.

24. VENERIÆ SPONDYLIQVE.] Quid proprie Veneriæ, nescio: an conchule aliæque hoc nomine, quia Venus ius veta? Inter pisces quidem sunt, & Pliny melioribus libris nominantur, in XXXII. cap. XI. Vbi enim vulgò: Vrenæ, vua, xiphia: prisca scriptura, Veneriæ, vua, præfert. Spondyli autem (alijs spondyli) in eodem loco nominantur: & Macrobio inter lautissimas, in cænâ Pontificiâ, III. Saturnalium, Martiali lib. VII. epigr. XVII.

25. TORTI DISTRACIQVE.] E melioribus libris, distractique. Porro autem, libri quidam: contraxerant pituitam. singula coguntur.

26. CONCOCTIQVE PONANTVR.] Vnâ collis.

EE

27. MVLTIS

morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diuersi, multiformes: aduersus quos & medicina armare se cœpit²⁷ multis generibus, multis obseruationibus. Idem de philosophiâ dico. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantes, & leui quoque curâ medicabiles: aduersum tantam morum euerfionem, omnia conanda. Et vitam sic denique²⁸ lues ista vinceretur! Non priuatim solùm, sed publicè furimus. Homicidia compescimus, & singulas cædes: quid bella, & occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit: & ista quamdiu furtim & à singulis fiunt, minus noxia, minusque monstrosa sunt: ex senatusconsultis plebisque scitis scelera exercentur, & publicè iubentur, vetita priuatim. Quæ clàm commissa capite luerent, eadem quia²⁹ paludati fecere, laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere: cum inter se etiam mutis ac feris pax sit? Aduersus tam potentem explicitumque latè furorem operosior philosophia facta est, & tantum sibi virium sumpsit, quantum his, aduersus que parabatur, accesserat. Expeditum erat, obiurgare indulgentes mero, & petentes delicatorem cibum. non erat animus ad frugalitatem magnâ vi reducendus, à quo paullulum discesserat:

Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistrâ.

³⁰ Voluptas ab omni parte quaritur: nullum intra se manet vitium. In auaritiam præceps luxuria est: honestatis obliuio inuasit: nihil turpe est, cuius placet pretium. Homo, ³¹ sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur: & quem erudiri ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat, is ³² iam nudus inermisque producitur: ³³ satisque spectaculi in homine, mors est. In hac ergo morum peruersitate, desideratur solito vehementius aliquid, quod mala inueterata discutiat: decretis agendum est, vt reuellatur penitus falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus præcepta, consolationes, adhortationes, poterunt valere: per se inefficaces sunt. Si nolumus habere obligatos, & malis quibus iam tenentur, auellere, discant quid malum, quid bonum sit: sciant omnia præter virtutem mutare nomen, modò mala fieri, modò bona. Quemadmodum primum militiae vinculum est ³⁴ religio, & signorum amor, & deserendi nefas; tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque iusiurandum adactis: ita in his, quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundameta iacienda sunt, & insinuanda virtus. Huius quædam superstitione teneantur: hanc ament: cum hac viuere velint, sine hac nolint. Quid ergo? non quidam sine institutione subili euaserunt probi, magnosque profectus assecuti sunt, dum nudis tantum præceptis obsequuntur? Fateor: sed felix ingenium illis fuit, & salutaria in transitu rapuit. Nam vt dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars nature eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam fortiti indolem, in ea que tradi solent, perueniunt sine longo magisterio; & honesta complexi sunt, cum primum audierunt. Vnde ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia? At illis aut hebetibus & obtusis, aut malâ consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est. Ceterum vt illos in bonum pronos citius educit ad summa, & hos imbecilliores adiuuabit, malisque opinionibus extrahet, qui illis philosophiæ placita tradiderit: quæ quàm sint necessaria, licet videas. Quædam insident nobis quæ nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt. Nec hæc audacia reprimi potest, nec illa inertia

27. MULTIS GENERIBVS, MULTIS OBSERVATIONIBVS.] *Dubito an non fuerit, multigeneribus obseruationibus.*

28. LUES ISTA VINCERETVR.] *Libri, vindicetur, indicetur, medietur. Puto germanum, medietur.*

29. PALVDATI FECERE.] *Ita enim, & eo habitu, id est coccineo paludamento induti, proficisci ad bellum solent. Male qui, palam suffecerunt.*

30. VOLVPTAS AB OMNI PARTE QUÆRITVR.] *Dilutum hoc, & ad acriorem sensum præcunt scripti: Voluptas ex omni quaritur: lege, ex homine: & conuentione hoc ad priora refer.*

31. SACRA RES, HOMO.] *Haud absona repetitio: tamen concinnius etiam, homini, cum Pinciano & alius libri scribatur.*

32. IAM NVDVS INERMISQVE.] *Vt solent meridiani gladiatores. Suprà, epist. VII.*

33. SATISQVE SPECTACVLI IN HOMINE.] *Sive cum aliis, ex homine. Sententia est, quæ in epistola XC. Homo hominem, non timens nec iratus, tantum spectaturus occidit: id est, iubet occidi.*

34. RELIGIO, ET SIGNORVM AMOR.] *Iuramenti religionem intelligit: in quo hæc ipsa de Signis comprehensa. Vide Militiam nostram, lib. X.*

A suscitari, nisi causæ eorum eximantur, falsa admiratio, falsa formido. Hæc nos quamdiu possident, dicas licet: Hoc patri præstare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus: tentantem auaritia retinebit. Sciet pro patriâ pugnandum esse: dissuadebit timor. Sciet pro amicis defudandum esse, ad extremum vsque sudorem: sed deliciae verabunt. Sciet in vxorem grauissimum esse genus iniuriæ, habere pellicem: sed illum libido in contraria impinget. Nihil ergo proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstantia præceptis: non magis, quam proderit arma in conspectu posuisse, propiusque admouisse, nisi vsuræ manus expediuntur. Vt ad præcepta quæ damus, possit animus ire, soluendus est. Putemus aliquem facere, quod oportet. non faciet assidue, non faciet æqualiter: nescit enim quare faciat. Aliqua vel casu, vel exercitatione, exhibunt recta: sed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat recta esse quæ fecit. Non promittet se talem in perpetuum, qui casu bonus est. Deinde, præstabunt tibi fortasse præcepta, ut quod oportet facias: non præstabunt, ut quemadmodum oportet: & si hoc non præstant, ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo: sed id parum est. quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat. Quid est cænâ sumptuosâ flagitiosius, & equestrem censum consumente? quid tam dignum censoriâ notâ, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi hæc & genio suo præster? ³⁵ & tricies tamen HS. ³⁶ adiciales cænæ frugalissimis viris constiterunt. Eadem res si gulæ datur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit. Non enim luxuria, sed impensa sollennis est. Mullum ingentis formæ (quare autem non pondus adicio, & aliorum gulam irritum? ³⁷ quattuor pondo & ad selibram fuisse aiebant) Tiberius Cæsar missum sibi, cum in maecellum deferri & venire iussisset? *Amici*, inquit, *omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octavianus.* Ultra spem illi coniectura processit. licitati sunt: vicit Octavianus, & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum ³⁸ quinque millibus HS. emisset piscem, quem Cæsar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octauio fuit turpe. nam ille qui emerat, ut Tiberio mitteret (quamquam illum quoque reprehenderim) admiratus est rem, quâ putauit Cæsarem dignum. Amico ægro aliquis assidet: probamus. at hoc si hereditatis causâ facit, ³⁹ vultur est, cadauer expectat. Eadem & turpia sunt, & honesta: refert, quare, aut quemadmodum fiant. Omnia autem honestè fient, si honesto nos addixerimus, idque vnum in rebus humanis bonum iudicauerimus, quæque ex eo sunt: cetera, in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio, ad totam pertinens vitam: hoc est, quod decretum voco. Qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt quæ agentur, quæ cogitabuntur: qualia autem hæc fuerint, talis vita erit. In particulas suasisse, totum ordinanti parum est. M. Brutus in eo libro, quem *περί αρετῆς* innotos inscripsit, dat multa præcepta & parentibus & liberis & fratribus. hæc nemo faciet quemadmodum debet, nisi habuerit quod referat. Proponamus oportet finem summi boni,

35. ET TRICIES TAMEN HS.] *Video qui hunc dicant censum equestrem, & ideo rectè sic edi, cum de isto prauerit. Sed profectò Tricies illud valde superat, & vel septies propemodum excedit. Sunt enim (nostrâ astimatione) septuagintaquinque Philippum millia. Scripta omnis lectio habebat, & toties tamen sestertio: atque est dicta illa mutatio à Mureto. Ego censum excidisse notam numeri, legendumque, & toties tamen D C. H S. quod esset, sexcentis sestertiis: ipse equester census ab Augusto. Posui eodem sensu, & tot tamen HS: adpectu ad priora. De istis impendis, aliquid ego in Admirandis, lib. IV. cap. VII.*

36. ADIICIALES CÆNÆ.] *Libri, adiciales: vera scriptura, adiciales. quia dabatur in aditu, & auspicio honorum.*

37. QUATTUOR PONDO.] *Rarum pondus. nam ut Plinius ait, lib. IX. magnitudo iis modica, bi-*

nasque libras ponderis raro admodum excedunt. *Excessu iste largitur, & alter apud Martialem, lib. X.*

— mullus tibi quattuor emptus
Librarum, cænæ pompa caputque fuit.

38. QVINGVE MILLIBVS HS.] *Essent nobis, centum viginti quinque Philippi. Libri serè veteres, quinque HS. habent: sed & sic eadem summa. nam intelliguntur neutro genere. Sestertia quina. Neque pretium hoc immodicum (ut tunc ganea feruebat:) nam & Asinius Celer postea, Cæso Caligulâ Principe, mullum vnum octo millibus nummum emit: Philippicis ducentis. in eodem Plinio.*

39. VULTVR EST.] *Conuicium in herediperas, & qui funus expectant: à naturâ anis, qua cadaueribus pascitur. Catullus:*

Suscitat à cano vulturium capite.

Martialis:

Cuius vulturis hoc erit cadauer?

EE 2

40. ACCEN-

mi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat: veluti A
 nauigantibus ad aliquod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito, vaga est. Quod
 si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud, puto, concedes, nihil
 esse turpius dubio, & incerto ac timido, pedem modò referentè, modò producente. Hoc
 in omnibus rebus accidet nobis: nisi eximantur, quæ reprehendunt animos ac detinent,
 & conari totos vetant. Quomodo sint dij colendi, solet præcipi. ⁴⁰ Accendere aliquem
 lucernam sabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine dij egent, & ne homines qui-
 dem delectantur fuligine. Vetemus ⁴¹ salutationibus matutinis fungi, & ⁴² foribus
 assidere templorum: humana ambitio istis officiis capitur. Deum colit, qui nouit. Ve-
 temus ⁴³ lintea & strigiles Ioui ferre, & ⁴⁴ speculum tenere Iunoni. Non quærit mini-
 stros Deus. quid ni? ipse humano generi ministrat: vbique & omnibus præsto est. Au-
 diat licet, quemadmodum se gerere in sacrificiis debeat, quàm procul resilire à molestiis
 ac superstitionibus: numquam satis profectum erit, nisi qualem debet Deum, mente B
 conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem. Quæ causa
 est diis benefaciendi? natura. Errat, si quis putat illos nocere velle: non possunt. nec ac-
 cipere iniuriam queunt, nec facere. Lædere etenim lædique, coniunctum est. Summa illa
 ac pulcherrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos quidem fecit.
 Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis maiestatem suam, reddere
 bonitatem, sine quâ nulla maiestas est. Scire, illos esse qui præsentem mundo, qui vniuer-
 sa vi suâ temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum.
 Hi nec dant malum, nec habent: ceterum castigant quosdam, & coercent, & irrogant
 pœnas, & aliquando ⁴⁵ specie boni puniunt. Vis deos propitiare? bonus esto. Satis illos
 coluit, quisquis imitatus est. Ecce altera questio, quomodo hominibus sit vtendum.
 Quid agimus? quæ damus præcepta? Vt parcatur sanguini humano? quantum est ei
 non nocere, cui debeas prodesse? Magna scilicet laus est, si homo mansuetus homini est.
 Præcipiemus vt naufrago manum porrigat, erranti viam monstrat, ⁴⁶ cum esuriente
 panem suum diuidat? Quando omnia quæ præstanda sunt ac vitanda, dicam, cum pos-
 sim breuiter hanc formulam humani officij tradere? Omne hoc quod vides, quo diuina C
 atque humana conclusa sunt, vnum est: ⁴⁷ membra sumus corporis magni. Natura
 nos cognatos edidit, ⁴⁸ cum ex iisdem ⁴⁹ & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem in-
 didit mutuum, & sociabiles fecit: illa æquum iustumque composuit: ex illius constitu-
 tione

40. ACCENDERE LUCERNAM SABBATHIS.] *Lucernas accendere in honorem Deorum aut Principum, festis diebus, mos apud Romanos: sed, vt apparet, paulatim Iudaici ritus inualuere, & Sabbathi diem illa superstitione coluerunt. Persius sat. v.*

Herodis venere dies, vnctaq; fenestrâ
 Dispositæ pinguem nebulam vomuere lu-
 cernæ.

41. SALVTATIONIBVS MATVTINIS.] *Ecce, officia qua hominibus tribuebant, ad Deos eadem transulere: & vt potentes salutare mane, sic etiam istos instituerunt. Apuleius x i. Incohata lucis salutationibus, religiosi primam nunciantes horam, perirepunt. Prudentius:*

Mane salutatum concurritur, omnis adorat
 Pubes.

Plautus, atque alij, crebro.

42. FORIBVS ASSIDERE.] *Nondum scilicet apertis. nam cum primâ luce, aut ante, faciebant.*

43. LINTEA, ET STRIGILES.] *Quasi lotione Dj egerent. sunt enim hæc balnearia instrumenta. Nec miremur: nam & cibum esus apponebant. Vide me 11. Elector. cap. xviii.*

44. SPECVLVM TENERE.] *Vt ornet se, & comat. vel potius ipsi comabant, imaginariè hoc vsurpantes. Seneca apud Augustinum vi. de Ciuit. Dei, in libello De Superstitione (utinam exstaret!) Sunt quæ Iunoni ac Mineræ capillos disponant, longè à templo, non tantum simulacro, stantes, digitos mouent ornantium modo. sunt quæ speculum teneant. Tertullianus, de Ieiuniis: Qui in idolis comendis & ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, Curationem facere dicuntur.*

45. SPECIE BONI PUNIUNT.] *Id est, dant bona externa, qua in malum cedunt. Videntur indulgere, castigant.*

46. CVM ESURIENTE.] *Notat Muretus, proximum hoc Sacrorum illi præcepto esse: Esurienti frange panem tuum.*

47. MEMBRA SVMVS.] *De hac sententiâ ego in Physiol. I. Dissert. viii.*

48. CVM EX IISDEM.] *Elementis, & item astris, secundum Stoicos.*

49. ET IN EADEM.] *Vel, in actiones easdem, & finem: vel, resoluendos in illa eadem, è quibus sumus.*

Atione miserius est nocere, quam lædi: & illius imperio paratae sunt ad iuuandum manus. Iste versus, & in pectore, & in ore sit:

Homo sum, humani nihil à me alienum puto.

50 Habeamus in commune, quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est: quæ casura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur. Post deos hominesque, dispiciamus quomodo rebus sit utendum. In superuacuum ⁵¹ præcepta iactauimus, nisi illud præcesserit, qualem de quaque re habere debeamus opinionem, de paupertate, de diuitiis, de gloriâ, de ignominia, de patriâ, de exsilio. Æstimemus singula, famâ remota: & quæramus quid sint, non quid vocentur. Ad virtutes transeamus: præcipiet aliquis, ut prudentiam magni æstimemus, ut fortitudinem complectamur: temperantiam amemus: iustitiam, si fieri potest, propius etiam quam ceteras, nobis applicemus. Sed nihil agetur, si ignoramus, quid sit virtus: vna sit, an plures: ⁵² separatæ, an annexæ; an qui vnâ habet, & ceteras habeat: quomodo inter se differant. Non est necesse fabro de fabricâ quærere, quod eius initium, quis vsus sit: non magis quam pantomimo, de arte saltandi. Omnes istæ artes se sciunt: nihil deest. Non enim ad totam pertinet vitam: virtus & aliorum scientia est, & sui. discendum de ipsâ est, ut ipsa voluntas discatur: actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas. ab hac enim est actio. Rursum, voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit: ab hoc enim est voluntas. Habitus porò animi non erit in optimo, nisi totius vitæ leges perceperit, & quid de quoque iudicandum sit, exegerit, nisi res ad verum redegerit. Non contingit tranquillitas, nisi immutabile certumque iudicium adeptis: ceteri decidunt subinde, & reponuntur, & inter omnia appetitaque alternis fluctuantur. ⁵³ Causa huius iactationis est, quod nihil liquet incertissimo regimine utentibus, famâ. Si vis eadem semper velle, vera oportet velle. Ad verum sine decretis non peruenitur: continent vitam. Bona & mala, honesta & turpia, iusta & iniusta, pia & impia, virtutes vsusque virtutum, ⁵⁴ rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas, valetudo, vires, forma, sagacitas sensuum, hæc omnia æstimatorem desiderant, quanti quidque in censum deferendum sit. Falleris enim, & pluris quædam quam sunt, putas: adeoque falleris, ut quæ maxima inter vos habentur, diuitiarum, gratia, potentia, ⁵⁵ sestertio nummo æstimanda sint. Hoc nescies, nisi constitutionem ipsam, quâ ista inter se æstimantur, inspexeris. Quemadmodum folia virere per se non possunt, ramum desiderant, cui inhæreant, ex quo trahant succum: sic ista præcepta si sola sunt, marcent: insigi volunt secta. Præterea, non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso confirmari illa, quo tolluntur. Quid enim dicunt? præceptis satis vitam explicari, superflua esse decreta sapientiæ, id est, dogmata. Atqui hoc ipsum quod dicunt, decretum est: tam hercule, quam si nunc ego dicerem recedendum esse à præceptis superuacuis, & in hæc sola studium conferendum: hoc ipso quo negarem curanda esse præcepta, præcipereim. Quædam admonitionem philosophiæ desiderant, quædam probationem: ⁵⁶ & quidem multa quia inuoluta sunt, vixque summâ diligentia ac summâ subtilitate aperiuntur. Si probationes necessarie sunt, & decreta, quæ veritatem argumentis colligunt. Quædam aperta sunt, quædam obscura. Aperta, quæ sensu comprehenduntur,

50. HABEAMVS IN COMMVNE.] *Ego legem & distinxerim: Habeamus. in commune quidem nati sumus. Dixerat, versus debere in ore & corde esse: Habeamus, inquit: nam certè in commune nati sumus. Itaque versus illum interpretatur, ut nihil humani alienum censeamus: id est, iuncta nobiscum & sociata esse.*

51. PRÆCEPTA IACTAVIMVS.] *Imò, iactabimus.*

52. SEPARATÆ, AN ANNEXÆ.] *Nexa Stoicis. & vide Manuduct. 111. Dissert. IV.*

53. CAUSSA HVIVS IACTATIONIS.] *Libri*

ferè, causa iusque iactationis: aut, causa visque. quod probat Pincianus. Sed verius erit, causa eiusce iactationis.

54. RERV COMMODARVM.] *Stoicâ phrasi, res externa ita dicuntur, quæ vulgò Bona. Est idem, quod commoda.*

55. SESTERTIO NVMMO.] *Valet, minimo communis ita sermo, & velut formula, in imaginario pretio, aut nullo. Cuiacius lib. XIX. Obseruat. cap. XXXI.*

56. ET QVIDEM MVLTÀ.] *Dixerat, quædam probationem desiderare: velut corrigi, imò multa, inquit, quia inuoluta & obscura.*

tur, ⁵⁷ quę memoriā: obscura, quę extra hęc sunt. Ratio autem non impletur mani- A
festis: maior eius pars pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, pro-
batio non sine decretis est, necessaria ergo decreta sunt. Quę res communem sensum fa-
cit, eadem perfectum, cętarum rerum persuasio: sine quā, omnia in animo natant: ne-
cessaria ergo sunt decreta, quę dant animis inflexibile iudicium. Denique cū mone-
mus aliquem, vt amicū eodem habeat loco quo se, vt ex inimico cogitet posse fieri a-
micū, in illo amorem inciter, in hoc moderetur odium: adiicimus, iustum est & ho-
nestum. Iustum autem honestūque decretorum nostrorum continet ratio: ergo hęc
necessaria est, sine quā nec illa sunt. Sed vtraque iungamus. namque & sine radice inu-
tiles rami sunt: & ipsę radices his, quę genuere, adiuuantur. Quantum vtilitatis manus
habeant, nescire nulli licet: apertē iuuant: cor, illud quo manus viuunt, ex quō impetum
sumunt, quo mouentur, later. Idem dicere de p̄ceptis possum: aperta sunt, decreta ve-
rō sapientię in abdito. Sicut sanctiora factorum tantum initiati sciunt: ita in philoso-
phiā, arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur: at p̄cepta, & alia huiusmo- B
di, profanis quoque nota sunt. Posidonius non tantum p̄ceptionem (nihil enim nos
hoc verbo vti prohibet) sed etiam suasionem, & consolationem, & exhortationem neces-
sariam iudicat. His adiicit caussarum inquisitionem, quam cur ætiologiam dicere non
audeamus, cū Grammatici, custodes Latini sermonis, suo iure ita appellent, non video.
Ait vtilem futuram esse descriptionem cuiusque virtutis. hanc ⁵⁸ Posidonius ætiolo-
giam vocat: quidam *χαρητιολογία* appellant, signa cuiusque virtutis & vitij ac notas red-
dentem, quibus inter se similia discriminentur. Hęc res eamdem vim habet, quam p̄-
cipere. Nam qui p̄cipit, dicit: Illa facies, si voles temperans esse. Qui describit, ait,
Temperans est, qui facit illa, qui illis abstinet. Quęris, quid intersit? alter p̄cepta vir-
tutis dat, alter exemplar. Descriptiones has, & (vt ⁵⁹ publicanorum vtar verbo) *ειρο-
συοδε*, ex vsu esse confiteor. Proponamus laudanda: inuenietur imitator. Putas vtile
tibi dari argumenta, per quę intelligas nobilem equum, ne fallaris empturus, ne ope-
ram perdas in ignauro? Quanto hoc vtilius est, excellentis animi notas esse, quas ex alio C
in se transferre permittitur?

*Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus inire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponto.
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
Argutumque caput, breuis aluus, obesaque torga:
Luxuriatque toris animosum pectus:
— tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens voluit sub naribus ignem.*

Dum aliud agit Virgilius noster, descripsit virum fortem. Ego certē non aliam imagi- D
nem magno viro dederim. si mihi Cato exprimendus inter fragores bellorum ciuiliū
impavidus, & primus incessens ad motos iam exercitus alpebus, ciuilique se bello ferens
obuium: non alium illi assignauerim vultum, non alium habitum. altiū certē nemo in-
gredi potuit, quā qui simul contra Cæsarem Pompeiūque se sustulit, & aliis Cæsari-
anas opes, aliis Pompeianas fouentibus, vtrumque prouocauit, ostenditque aliquas esse
reip. partes. Nam parū est in Catone dicere: *Nec vanos horret strepitus*. Quid ni, cū
veros

^{57.} QUÆ MEMORIA.] Ex sensibus tamen
natā.

^{58.} POSIDONIVS ÆTIOLOGIAM.] Non opinor,
& de eā prauit, & vox ab ipsā re disidet. Reponam
ætiologiam, siue ἁθολογίαν, quæ huc facit: quod
Rutilius & Fabius dicent.

^{59.} PVBLICANORVM VTAR VERBO.] Qua-
re, aut vbi, Publicar s hoc verbum in vsu? puto in

portorij fuisse, vbi serui traieciabantur, & equi, atque
alia maioris pretij. Vt constaret tales & tales soluisse
portorium, nec alios, describebant formam faciēque
singulorum, & id vocabant *ειροσυοδε*. Potuit & in
pecuniā assignandā aut delegandā locum habere, Da-
bis tali, & tali formā, ano, notā: vt hodieq; inter-
dum qui pecuniam in Italiā aut alibi capiendam
transscribunt.

A veros vicinosque non horreat? cum contra decem legiones, & Gallicæ auxilia, & mixta barbarica arma ciuilibus, vocem liberam mittat, & Remp. hortetur, ne pro libertate decidat, sed omnia experiatur, honestius in seruitutem casura, quam itura? Quantum in illo vigoris ac spiritus, quantum in publicâ trepidatione fiduciæ est? Scit se vnum esse, de cuius statu non agatur: non quæri, an liber Cato, sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiatorumque contemptus. Libet admirantem inuictam constantiam viri, inter publicas ruinas non labantis, dicere: *Luxuriatque toris animosum pectus*. Proderit non tantum quales esse soleant boni viri, dicere, formamque eorum & lineamenta deducere: sed quales fuerint narrare, & exponere Catonis illud vltimum ac fortissimum vulnus, per quod ⁶⁰ libertas amisit animam: Lælij sapientiam, & cum suo Scipione concordiam: alterius Catonis domi forisque egregia facta: ⁶¹ Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum sternerentur, hædinasque pro stragulis pelles, & ⁶² ante ipsius Iouis cellam proposita conuiuia vasa fictilia. quid aliud est, paupertatem in Capitolio consecrare? Vt nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? Censura fuit illa, non cæna. O quam ignorant homines cupidi gloriæ, quid illa sit, aut quemadmodum petenda! Illo die populus Romanus multorum suppellectilem spectauit, vnus miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est, & millies constat: at omnibus sæculis Tuberonis fictilia durabunt.

EPIST. XCVI.

CONTRA Querulos: & omnia à Fato ac Deo venire. Quid igitur indignamur? Pareamus istis, aut potius assentiamur.

TAMEN tu indignaris aliquid, aut quereris: & non intelligis, nihil esse in istis mali, nisi hoc vnum, quod indignaris & quereris? Si me interrogas, nihil puto viro miserum, nisi aliquid esse in rerum naturâ putet miserum. ¹ Non feram me, quo die aliquid ferre non potero. Malè valeo? pars fati est. Familia decubuit? fenus offendit? domus crepuit? damna, vulnera, labores, metus incurrerunt? Solet fieri. hoc parum est: debuit fieri. decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quæ aduersa videntur & dura, sic formatus sum. ² Non pareo Deo, sed assentior: ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil vquam mihi incidet, quod tristis excipiam, quod malo vultu: nullum tributum inuitis conferam. Omnia autem ad quæ gemimus, quæ expauescimus, tributa vitæ sunt. Horum, mi Lucili, nec speraueris immunitatem, nec petieris. Vesica te dolor inquietauit: ³ epulæ fuerunt parum dulces: detrimenta continua: propius accedam, ⁴ de capite timuisti. Quid tu, nesciebas hæc te optare, cum optares senectutem? Omnia ista in longâ vitâ sunt, quomodo in longâ viâ & puluis & lutum & pluvia. Sed volebam, inquis, viuere, carere tamen incommodis omnibus. Tam effeminata vox virum dedecet. Videris, quemadmodum hoc votum meum excipias: ego illud magno animo, non tantum bono facio. Neque dij, neque deæ faciunt, vt te ⁵ fortuna in deliciis habeat. Ipse te inter-

60. LIBERTAS AMISIT.] *Henr. Stephanus, emisit: rectè.*

61. TUBERONIS LIGNEOS.] *Vide Valerium lib. vii. cap. v. Ciceronem pro Muræna.*

62. ANTE IPSIUS IOVIS.] *Epulo publico, in Capitolio. Adde epist. xcvi.*

EPIST. XCVI. I. NON FERAM ME.] *Malè mihi erit, de me querar & angar.*

2. NON PAREO DEO, SED.] *Vera sapientia,*

& finis vitæ Stoicis, Naturam id est Deum sequi. Ego in Manud. ii. Dissert. xix.

3. EPULÆ FVERVNT.] *Aliàs, epistulæ: nec spernam. Epistola scilicet, quæ talia tristia nuntiant.*

4. DE CAPITE TIMVISTI.] *Suprà epist. xxiv.*

5. FORTVNA IN DELICIIIS.] *Tale de Providentiâ cap. i. Deus bonum virum in deliciis non habet.*

roga, si quis potestatem tibi Deus faciat, vtrum velis viuere in macello, an in castris. At- A
 qui viuere, mi Lucili, militare est. Iraque hi qui iactantur, & per operosa atque ardua
 sursum atque deorsum eunt, & expeditiones periculossimas obeunt, fortes viri sunt,
 primoresque castrorum: isti quos ⁶ publica quies, aliis laborantibus molliter habet,
⁷ Turturilla sunt, tuti contumeliae causam.

EPIST. XCVII.

ET nunc, & olim, fuisse malos. Exemplum à iudicio Clodiano, quod ille nummis & adul-
 teriis corrumpit. De vi deinde Conscientiae, damnari ab ea mala, atque etiam puniri interno fla-
 gello aut morsu.

ERRAS, mi Lucili, si existimas nostri saeculi esse vitium, luxuriam & negligentiam B
 boni moris, & alia quae obiicit suis quisque temporibus. Hominum sunt ista, non
 temporum: nulla aetas vacauit à culpâ. Et si aestimare licentiam cuiusque saeculi inci-
 pias: pudet dicere, numquam apertius, quam coram Catone, peccatum est. Credat ali-
 quis pecuniam esse versatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulterium,
 quod cum Caesaris vxore in operto commiserat, violatis religionibus eius sacrificij, quod
¹ pro populo ficti dicitur, sic submotis extra conspectum omnibus viris, ² vt picturae
 quoque masculorum animalium contegantur. Atqui dati iudicibus nummi sunt: &
 quod hac etiamnum pactione turpius est, stupra in super matronarum & adolescentulo-
 rum nobilium, ³ salarij loco exacta sunt. Minus crimine, quam absolutione, pecca-
 tum est. Adulterij reus, adulteria diuisit: nec antè fuit de salute securus, quam similes
 sui iudices suos reddidit. Haec in eo iudicio facta sunt, in quo, si nihil aliud, Cato testi-
 monium dixerat. Ipsa ponam verba Ciceronis, quia res fidem excedit: *Accersuit ad se,*
promisit, intercessit, dedit. Jam verò, o dij boni, rem perditam! etiam noscetes certarum mulierum, C
atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
 Non vacat de pretio queri, plus in accessionibus fuit. Vis scueri illius vxorem? dabo il-
 lam. Vis diuitis? huius quoque tibi praestabo concubitum. Adulterium vbi feceris, da-
 mna. Illa formosa quam desideras, veniet: illius tibi noctem promitto, nec differo: in-
 tra comperendinationem, fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quam
 facere: illud est ⁴ matribus familiae denunciare, hoc illudere. Hi iudices Clodiani à se-
 natu petierant praesidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium: & impetraue-
 rant. Itaque eleganter illis Catulus, absoluto reo: *Quid vos, inquit, praesidium à nobis pe-*
tebatis? an, ne nummi vobis eriperentur? Inter hos tamen iocos, impune tulit ante iudicium
 adulter, in iudicio leno: qui damnationem peius effugit, quam meruit. Quidquam fuif-
 se cor-

6. PVBICA QVIES.] *Quidam libri putrida, alij, putida: sed illud teneo, & ad publicam pacem refero.*

7. TVRTVRILLÆ SVNT.] *Vacillauimus ego atque alij in hoc loco. ecce vna Isidori (è Glossario nuper publicato) notula nos firmat, à Petro Scriucrio, erudito viro suggesta: Turturilla. ita dictus locus, in quo corruptelae fiebant, quòd ibi turturi opera daretur, id est panem. Lego in extremo, id est ganex. Talia autem loca & homines tuti, non per honorem, sed contumeliam, & quia spernuntur.*

EPIST. XCVII. I. PRO POPVLO.] *Vide Ciceronem l. ad Atticum, omnia exsequentem. Fiebat autem sacrum hoc Bonae deae, per Virgines Vestae, id est, pro salute populi Romani.*

2. VT PICTVRAE QVOQVE.] *Inuenal. in Sat. VI. — sed omnes*

Nouerunt Mauri atque Indi, quae psalteria pe- D
 nem

Illuc, testiculi sibi conscius vnde fugit mus,
 Intulerit, vbi velari pictura iubetur

Quaecumque alterius sexus imitata figurâ est.
 de ipso hoc Clodio, qui Psalteria habitum eò penetravit.

3. SALARIJ LÔCO.] *Mei & alij scripti, stillari loco. Sandè Stillarium aliquis interpretetur pro additameto vel auctario, quod supra legitimam mensuram in liquidis, velut stillando, datur. Et hinc metaphora. Ipse mox Seneca, accessionem vocat: & Cicero, mercedis cumulum.*

4. MATRIBVS FAMILIÆ DENVNCIARE.] *Velut imperium in eas exercere, & per minas ad aliam mittere, quod plus est, quam per blanditias surrepere & illudere.*

5. FLORA-

A se corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudiciis poterat? quibus in eâ ipsâ quæstione, quæ extra ordinem senatusconsulto exercebatur, plus quàm quærebatur admissum est? Quærebatur, an post adulterium aliquis posset tutus esse: apparuit sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeium & Cæsarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est: Catonem inquam illum, quo sedente negatur populus permisisse sibi postulare. Florales iocos nudandarum meretricum. Credis spe-ctasse tunc seuerius homines, quàm iudicasse? Et sient, & facta sunt ista: & licentia ut-ribium, aliquando disciplinâ metuque, numquam sponte consideret. Non est itaque quòd credas, nunc plurimum libidini permissum esse, legibus minimum. Longè enim fruga-lior hæc iuuentus, quàm illa, est, cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur: cum stuprum committeretur rei iudicandæ causâ: cum Clodius iisdem vitis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exercebat in ipsâ causæ dictione. Credat hoc quisquam? qui damnabatur vno adulterio, absolutus est multis. Omne rem-
Bpus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse: & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit: non prouidetur tantum ad vitia, sed præceps. Et, quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum arti-um peccata, artificibus pudori sunt, offenduntque decerrantem: vitæ peccata delectant. Non gaudet nauigio gubernator euerso, non gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpâ reus cecidit: at contra, omnibus crimen suum voluptati est. Latatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsâ difficultate: latatur ille circumscriptio-
Cfurtoque: nec antè illi culpa, quàm culpæ fortuna displicuit. Id prauâ consuetudine euenit. Alioqui ut scias, subesse animis, etiam in pessima abductis, boni sensum, nec ig-norari turpe, sed negligi; omnes peccata dissimulant, & quamuis feliciter cesserint, fru-ctu illorum vtuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire vult, & conspici: ipsas nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto, *Potest no-centi contingere vt lateat, latendi fides non potest.* Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: *Idè non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si felicitatem ha-bent, fiduciam non habent.* Ita est, tuta scelera esse possunt: secreta non possunt. Hoc ego repugnare sectæ nostræ, si sic expediatur, non iudico. quare? quia prima & maxima peccantium est pœna, peccasse. nec vllum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris, in scelere, supplicium est. Sed nihilominus & hæc, & illa, secundæ pœnæ premunt ac sequuntur: timere semper & expauescere, & securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam libe-rem? quare non semper illam in suspenso relinquam? Illuc dissentiamus cum Epicuro, vbi dicit, nihil iustum esse naturâ, & crimina vitanda esse, quia vitari metus non pos-sit.

5. FLORALES IOCOS.] Vide Valerium lib. 11. cap. ultimo. Martialis, atque alij meminunt.

6. CONCILIATURAS.] Lenocinia.

D 7. QUAM CULPÆ FORTVNA.] Id est, non aliter culpa displicuit, quàm si successus euentusq; non placuit. ex voto non fuit.

8. POTEST NOCENTI CONTINGERE.] Reperio hæc ipsa in epistolâ Epicuri ad Menæceam: Οὐδ' ἐστὶ τὸ λάτρεσθαι τοιοῦντα παρ' ἑαυτῶν ὅτι λήσῃ, καὶ μὴ ἐλάτρεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀπαρτότος λατρεύειν. μήχρη γὰρ κατὰς ἐσθλῆς ἀδελφῶν καὶ λήσῃ: Non est vt qui clam aliquid facit, confidat latere se semper, etiam si milles in præsentia lateat. Vsq; ad finem enim incertum est an latebit.

9. HOC EGO REPVGNARE SECTÆ.] Stoica. Quid ita? quia Stoici peccatum ob ipsum fugi sperni-que volebant, vt virtutem amari ob ipsam. At Epicu-
 rei pœnia & pœnia in vitis spectabant. Neque profus damno, ait Seneca, neque pugnat nobiscum:

quia etsi in peccato malum est, tamen & pœnia secun-
 da adherent sequunturq; & earum aspectu, pecca-
 re etiam timeamus.

10. ET HÆC ET ILLA.] Puto melius, & illæ. Nimirum, & hæc prima dicta pœnia; & illæ, quæ se-
 quuntur.

11. VBI DICIT, NIHIL IUSTVM.] Dicit hoc in eadem illâ epistolâ ad Menæceam, sub finem: & mul-tis disputat, Ius aut Iniustitiam, commodum & in-commodum respicere tantum, neque idem semper aut vbiq; esse. Addit, quod huc facit: τὴν ἀδελφῶν ἐκαθ' ἑαυτὴν κακίαν, ἀλλ' ἐν τῷ καὶ τὴν ὑποψίαν φοβῶ, εἰ μὴ λήσῃ ὑπὸ τῷ τοιοῦτον ἰφροσύνας καὶ ἀσέβας: Iniustitiam per se & naturâ non esse malum, sed metu suspicionis, ne fortasse non lateat talium fa-cinorum vindices & exactores. At contra Stoici. Cicero 111. de Finibus: Minimè verò probatur huic disciplinæ (Stoica) de quâ loquor, aut Amicitiam, aut Iustitiam, ob vtilitates adscisci, aut probati. Ius autem, quod ita dici appellariq; possit,

fit. Hic consentiamus, mala facinora conscientiam flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eò quòd perpetua illam sollicitudo vrget ac verberat, quòd sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum ¹² argumentum Epicuri est, naturam nos à scelere abhorrere, quòd nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pœnâ, metu neminem. quare? quia infixæ nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideò numquam fides latendi fit etiam latentibus: quia coarguit illos conscientia, & ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium, trepidare. Malè de nobis actum erat, quòd multa scelera legem & iudicem effugiunt, & scripta supplicia: nisi illa naturalia & graua de præsentibus soluerent, & ¹³ in locum patientiæ timor cederet.

EPIST. XC VIII.

SOLIS internis Bonis fidendum: alia venire, abire. Hoc meditandum, & omnia vt fugacia adspicienda, atque habenda. Preparandus itaque animus ad amissionem talium, & ad tolerandum obsirmandus. Quidni? alij tulerunt. Sequere exempla, imò ipse esto exemplum. Planè inter bonas vtilesque Epistola. ^B

NVM QVAM credideris felicem quemquam, ex felicitate suspensum. fragilibus innititur, qui aduentio latus est: exhibit gaudium, quod intrauit. At illud ex se ortum, fidele, firmumque est, & crescit, & ad extremum vsque profequitur: cetera quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Quid ergo? non vsui ac voluptati esse possunt? Quis negat? sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quæ fortunam intuentur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si quis habens illa, se quoque habet, nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, mi Lucili, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum, & initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. Valentior enim omni fortunam animus est: in vtramque partem ipse res suas ducit, beatamque ac miseram vitam sibi causam est. Malus omnia in malum vertit, etiam quæ specie optimi venerant: rectus atque integer, corrigit praua fortunæ, & dura atque aspera ferendi scientiam mollit: idemque & secunda gratè excipit modesteque, & aduersa constanter atque fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra vires suas tentet: non contingit illi bonum integrum illud, & extra minas fortunæ positum, nisi certus aduersus incerta est. Siue alios obseruare volueris (liberius enim inter aliena iudicium est) siue te ipsum fauore seposito, & senties hoc, & confiteberis, nil ex his optabilibus & caris vtile esse, nisi te contra leuitatem casus, rerumque casum sequentium, instruxeris: nisi illud frequenter & sine querelâ, inter singula damna dixeris: *Diis aliter visum est*. Imò mehercule, vt carmen fortius ac iustius petam, quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito, quoties aliquid aliter quam cogitabas euenerit: *Diis melius*. Sic composito nihil accidet. sic autem componetur, si, quid humanarum rerum varietas possit, cogitauerit, antequam senserit. Si & liberos, & coniugem, atque patrimonium sic habuerit, tamquam non vtique semper habiturus: & tamquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miseras miser, qui sollicitus est, vt ea quibus delectatur, ad extremum vsque permaneant. Nullo enim tempore conquiescet; & expectatione futuri, præsentia, quibus frui poterat, amittet. In æquo est autem amissio rei, & timor amittendæ. Nec ideo præcipio tibi negligentiam. Quin verò metuenda declina; & quidquid consilio prospici potest, prospice: quodcumque læsurum est, multo antè quam accidar, spe-

possit, id esse Naturam, alienumque à Sapiente non modò iniuriam cuiquam facere, verum etiam nocere.

12. ARGUMENTVM EPICURI EST.] *Non est,*

quia ipsum hoc negat, vt dixi. Legam, Epicure, est, vt compellet eum, & refutet.

13. IN LOCVM PATIENTIÆ.] *Vt ipsa supplicia patientur & subirent. Deterius est, quod alij, pœnitentiæ.*

EPIST.

A specularē & aduerte. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia, & ad tolerandum omnino obstinata mens. Potest fortunam cauere, qui potest ferre: certè in tranquillo non tumultuatur. Nil est nec miserius nec stultius, quàm pratimere. quæ ista dementia est, malum suum antecedere? Denique, vt breuiter includam quod sentio, & istos fatagos, ac sibi molestos describam tibi, tam imperantes in ipsis miseriis sunt, quàm ante illas. Plus dolet quàm necesse est, qui ante dolet quàm necesse sit. Eadem enim infirmitate dolorem non æstimat, quàm non expectat. Eadem imperantiã fingit sibi perpetuam felicitatem, fingit sibi crescere debere quæcumq; contigerunt, non tantum durare: & oblitus huius petauri, quo humana iactantur, sibi vni fortuitorum constantiam spondet. Egregiè itaque videtur mihi Metrodorus dixisse in eã epistolâ, quã sororem, amisso optimæ indolis filio, alloquitur: *Mortale est omne mortalium bonum.* de his loquitur bonis, ad quæ concurritur. Nam illud verum bonum non moritur: certum est sempiternumque, sapientia & virtus: hoc vnum contingit immortale mortalibus. Ceterum tam improbi sunt, tamque oblitii quò eant, quò illos singuli dies trahant, vt mirentur aliquid se amittere, amissuri vno die omnia. Quidquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, nihil fragili æternum & inuictum est. Tam necesse est perire quàm perdere: & hoc ipsum, si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere, quod perituum est. Quid ergo aduersus has amissiones auxiliij inuenimus? Hoc, vt memoriã teneamus amissa, nec cum ipsis fructum excidere patiamur, quem ex illis percepimus. Habere, eripitur: habuisse, numquam. Peringratus est, qui cum amiserit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, vsus fructumque apud nos relinquit: quem nos iniquitate desiderij perdimus. Dic tibi, Ex istis quæ terribilia videntur, nihil est inuictum. Singula vicere iam multi: ignem Mucius, crucem Regulus, venenum Socrates, exsilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato: & nos vincamus aliquid. Rursus ista, quæ vt speciosa & felicia trahunt vulgum, à multis & sepe contempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit, censor notauit: *Tubero paupertatem & se dignam & Capitolio iudicauit, cum fictilibus in publicâ cenâ vsus, ostendit debere his hominem esse contentum, quibus dii etiamnum vterentur.* *Honores repulit pater Sextius, qui ita natus vt remp. deberet capeßere, latum clauum diuo Iulio dante, non recepit.* Intelligebat enim, quod dari posset, & eripi posse. Nos quoque aliquid ipsi faciamus animosè: simus inter exempla. Quare deficimus? quare desperamus? quidquid fieri potuit, potest. Nos modò purgemus animum, sequamurque naturam, à quã aberranti cupiendum timendumque est, & fortuitis seruiendum. Licet reuerti in viam, licet in integram restitui. Restituamur, vt possimus dolores, quocumque modo corpus inuasent, perferre, & fortunæ dicere: *Cum viro tibi negotium est, quare quem vincas.* *His sermonibus, & his similibus, lenitur illa vis vlcis: quam opto mehercules mitigari, & aut sanari, aut stare, & cum ipso senescere. Sed securus de ipso sum. de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse vitæ plenus est, cui adici nihil desiderat suã causã, sed eorum quibus utilis est. Liberaliter facit, quod viuut. Alius iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortem fugere, quàm ad mortem confugere.*

Quid

EPIST. XCVIII. 1. OBLITVS HVIVS PETAVRI.] *Ad ludi genus respicit, tunc frequentis. Rota suspendebatur, per quam motam corpora traieciabant saltu: atque y Petauri ste dicebantur, ipsa illa Petaurum. Videntur & in Petauro suspensi fuisse, & in eo elati, deiecti: quò noster maximè spectat. Manilius lib. v.*

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem Corpora, quæ valido saluant excussa petauro, Alternosq; cient motus: elatus & ille Nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille. *Vide ibi doctissimum Scaligerum. Et sanè artificis cuiusdam oscillationis hoc genus fuisse videtur. Petauri autem, vel peccati, libri hic scribunt: pro quo vulgò editur, fati.*

2. MORTALE EST OMNE.] *Muretus notat ex Euripide sumptum: Θνητῶν δὲ θνητὸς ὄλεος: Mortalium mortalis est felicitas.*

3. TUBERO PAUVERTATEM.] *Suprà, epist. xcv.*

4. HONORES REPVLT PATER SEXTIVS.] *Vide epist. lix.*

5. LATVM CLAVVM.] *Insigne Senatorium, pe-ctore demissum.*

6. HIS SERMONIBVS ET HIS SIMILIBVS.] *Non dubie hic hiatus, & fuit aliquid de sene, qui lu-gebat, & solatij egebat. An non est ipse Marullus, de quo epistolâ sequenti? Fortasse. & credam vel integram hic epistolam perisse.*

7. IN OPE-

Quid ergo? non si suadebit res, exhibet? Quid ni exeat? si nemo iam eo vi poterit? si nihil aliud, quam dolori operam dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam⁷ in opere discere, & ad verum exerceri: videre quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem: cum illa accedat, hic premat. Quid faciendum sit, à faciente discendum est. Adhuc argumentis actum est, an possit aliquis dolori resistere, an mors magnos quoque animos admota submittere: quid opus est verbis? in rem præsentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiozem, nec dolor contra mortem. Contra vtrumque sibi fidit: nec spe mortis patienter dolet, nec tædio doloris libenter moritur. hunc fert, illam exspectat.

EPIST. XCIX.

CONSOLATORIA in morte filij, sapiens, ita me Deus, & diserta.

EPISTOLAM, quam scripsi Marullo, cum filium paruulum amisisset, & diceretur molliter ferre, misi tibi. In quâ non sum morem solitum secutus, nec putavi leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quàm consolatione dignior. Afflicto enim, & magnum vulnus malè ferenti, paullisper cedendum est: exfatiet se, aut certè primum impetum effundat. Hi qui sibi lugere sumperunt, protinus castigentur, & discant quasdam etiam lacrymarum ineptias esse. ¹ Solatia exspectas? conuicia accipe. tam molliter tu fers mortem filij? quid faceres, si amicum perdidisses? Decessit filius incertæ spei, paruulus: pusillum temporis periit. Causas doloris conquirimus, & de fortunâ etiam iniquè queri volumus: quasi non sit iustas querendi causas præbitura. At mehercule satis mihi iam videbaris animi habere, etiam aduersus solida mala, nedum ad istas vmbas malorum, quibus ingemiscunt homines moris causâ. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat, vt magis gauderes quòd habueras, quàm mæteres quòd amiseras. Sed plerique non computant, quanta perceperint, quantûnve gauisi sint. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quòd non superuacuum tantum, sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, periit operâ? tot annis, tantâ coniunctione vite, tam familiari studiorum societate, nihil actum est? Cum amico ² effers amicitiam: & quid doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna pars ex illis quos amauius, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrium est quod præterit tempus: nec quidquam est loco tutiore, quàm quod fuit. Ingrati aduersus percepta, spe futuri, sumus: quasi non quod futurum est, si modò successerit nobis, citò in præterita transiturum sit. Anguste fructus rerum determinat, qui tantum præsentibus lætus est. & futura & præterita delectant: hæc exspectatione, illa memoriâ. sed alterum pendet, & non fieri potest; alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est, certissimo excidere? Acquiescamus his quæ iam hausimus: si modò non perforato animo hauriebamus, & transmittente quidquid accèperat. Innumerabilia sunt exempla eorum, qui liberos iuuenes sine lacrymis extulerint: qui in senatum, aut in aliquod publicum officium à rogo redierint, & statim aliud egerint: nec immeritò. Nam primum, superuacuum est dolere, si nihil dolendo proficias: deinde iniquum est queri de eo, quod vni accidit, & omnibus restat. Deinde, desiderij stulta conuestio est, vbi minimum interest inter amissum, & desiderantem. Eo itaque æquiore animo esse debemus, quòd quos amissimus, sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis: cogita breuitatem huius spatij, per quod citatissimi currimus: obserua hunc comitatum generis humani, eodem tendentis, minimis interuallis distinctum, etiam vbi maxima videntur: quem

7. IN OPERE DISCERE.] In re & factò discere, & experiri lecta vel audita. Quidam tamen libri, in opus ducere: item bene.

EPIST. XCIX. 1. SOLATIA EXSPECTAS.]

Hic ego incipere ipsam Epistolam ad Marullum (vel vt alij libri, Marillum) opinor, & totam deinceps ad finem poni.

2. EFFERS AMICITIAM.] Tamquàm vnâ mortuâ.

3. IN ARE-

A quem putas periisse, praemissus est. Quid autem dementius, quam cum idem tibi ieremeticum sit, flere eum qui antecessit? Flet aliquis factum, quod non ignorauit futurum? aut si mortem in homine non cogitauit, sibi imposuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non posse non fieri? quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadem conditio deuinxit: cui nasci contingit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu aequamur. Hoc quod inter primum diem & vltimum iacet, varium, & incertum est. si molestias aestimas, etiam putero longum: si velocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum & fallax, & omni tempestate mobilis. Iactantur cuncta, & in contrarium transeunt, iubente fortunâ: & in tantâ volutatione rerum humanarum, nil cuiquam, nisi mors, certum. Tamen de eo queruntur omnes, in quo vno nemo decipitur. Sed puer decepsit. Nondum dico melius agi cum eo qui vitâ defungitur: ad eum transeamus qui consenuit: quantulo vincit infantem? Propone profundi temporis vastitatem, & vniuersum complectere: deinde hoc quod aetatem vocamus humanam, B compara immenso: videbis quam exiguum sit, quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrimæ, quantum sollicitudines occupant, quantum mors, antequam veniat, optata: quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula: & intelliges etiam in longissimâ vitâ, minimum esse quod viuatur. Sed quis tibi concedat, non melius se habere eum cui citò reuerti licet, cui ante lassitudinem peractum est iter? Vita, nec bonum nec malum est: boni ac mali locus est. Ita nihil perdidit ille, nisi aleam in damnum certiozem. Potuit euadere modestus ac prudens, potuit sub curâ tuâ in meliora formari: sed (quod iustius timetur) potuit fieri pluribus similis. Adspice illôs iuuenes, quos ex nobilissimis domibus³ in arenam luxuria proiecit. adspice illos, qui suam alienamque libidinem exercent, mutuo impudici: quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse manifestum erit. Non debes itaque causas doloris accersere, nec leuia incommoda indignando cumulare. Non hor- C tor, vt nitaris & vrgeas: non tam malè de te iudico, vt tibi aduersus hæc totam putem virtutem aduocandam. Non est dolor iste, sed morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecit, si puerum, nutrici adhuc quàm patri notiozem, animo forti desideras. Quid? nunc ego duritiam suadeo, & in funere ipso erigere vultum volo, & animum ne contrahi quidem patior? Minimè. inhumanitas est ista, non virtus, funera suorum iisdem oculis, quibus ipsos videre, nec commoueri ad primam familiarium diuisionem. Puta autem me vetare: quædam⁴ non sunt sui iuris. Excidunt etiam retinentibus lacrimæ, & ⁵ animum profusæ leuant. Quid ergo est? permittamus illis cadere, non imperemus. Fluant quantum affectus eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil verò marori adiiciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit, quàm dolor: ⁶ quotusquisque sibi tristis est? ⁷ Clariùs, cum audiuntur, gemunt: & taciti quietique, dum secretum est; cum aliquos viderint, in fletus novos excitantur. Tum ⁸ capiti suo manus ingerunt, quod potuerant facere, nullo D prohibente, liberiùs: tunc mortem comprecantur sibi, tunc lectulo deuoluuntur. Sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos vt in aliis rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurium exempla componi; nec quid oporteat, sed quid soleat, adspicere. A naturâ discedimus: populo nos damus, nullius rei bono auctori, & in hac re, sicut in omnibus, inconstantissimo. Videt aliquem fortem in luctu suo? impium vocat, & efferatum. Videt aliquem

3. IN ARENAM LUXURIA.] De quibus epist. LXXXVII. & alibi dictum. qui se locant ad gladium aut cultrum.

4. NON SVNT SVI IVRIS.] Non sunt libera, imperio alieno aguntur. quos natura.

5. ANIMVM PROFVSÆ LEVANT.] Apud Senecam patrem lib. X. Contra. I. Plerumque omnis dolor per lacrimas effluit.

6. QVOTVSQVISQVE SIBI TRISTIS EST?] Ita in epist. LXIII. Nemo sibi tristis est. Vide.

7. CLARIVS, CVM AVDIVNTVR, GEMVNT.] Marcialis:

Amissum nõ flet, cum sola est Gellia, patrem: Siquis adest, iussæ profiliunt lacrimæ.

8. CAPITI SVO MANVS.] Sive vt crines velant, sive vt frontem feriant.

aliquem collabentem, & corpori affusum? effaminatum ait, & eneruam. Omnia itaque ad rationem reuocanda sunt. Stultius verò nihil est, quàm famam captare tristitiæ, & lacrimas approbare: quas iudico sapienti viro alias permissas cadere, alias vi suâ latas. Dicam quid intersit. Cùm primùm nos nuncius acerbi funeris perculit, cùm tenemus corpus è complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas exprimit: & spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem perpremit & expellit. Hæ lacrimæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Aliæ sunt, quibus exitum damus, cùm memoria eorum quos amissimus, retractatur: & inest quiddam dulce tristitiæ: cùm occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas, tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Non est itaque, quòd lacrimas propter circumstantes assidentes que aut contineas, aut exprimas: nec cessant, nec fluunt vniquam tam turpiter, quàm finguntur. Eant suâ sponte: ire autem possunt placidis atque compositis. Sæpe saluâ sapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, vt illis nec humanitas, nec dignitas deesset. Licet, inquam, naturæ obsequi, grauitate seruatâ. Vidi ego in funere suorum videntes, in quorum ore amor eminebat, remotâ omni lugentium scânâ. Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus. Est aliquis & dolendi decor. hic sapienti seruandus est: & quemadmodum in ceteris rebus, ita & in lacrimis aliquid sat est. Imprudentium vt gaudia, sic dolores exundauêre. Æquo animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid nouum euenit? quàm multis cum maximè? funus locatur? ⁹ quàm multis vitalia eruuntur? quàm multi post luctum tuum lugent? Quoties cogitaueris puerum fuisse, cogita & hominem, cui nihil certi promittatur, quem fortuna non vique perducit ad senectutem: vnde visum est, dimittit. Ceterùm de illo frequenter loquere, & ¹¹ memoriam eius quantum potes, celebra: quæ ad te sæpius reuertetur, si erit sine acerbitate ventura. Nemo enim libenter tristi conuersatur, nedum tristitiæ. Si quos sermones eius, si quos quamuis paruuli iocos cum voluptate audieras, sæpius repete: potuisse illum implere spes tuas, quas paternâ mente conceperas, audacter affirma. Obluisci quidem suorum, & ac memoriam cum corporibus efferre, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani animi est. Sic aues, sic feræ sætus suos diligunt: ¹² quarum concitatus est amor, & pænè rabidus, sed cum amissis totus exstinguitur. Hoc prudentem virum non decet: ¹³ meminisse perseveret, lugere desinat. Illud nullo modo probo, quod ait Metrodorus, ¹⁴ esse aliquam cognatam tristitiæ voluptatem: hanc ipsam captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori ¹⁵ verba subscripsi: de quibus non dubito, quid sis sensurus. Quid enim turpius, quàm captare in ipso luctu voluptatem, imò per luctum: & inter lacrimas quoque,

9. FUNUS LOCATUR?] *Efferendum nempe, & vrendum à Libitinariis.*

10. QUAM MVLTIS VITALIA ERVNTVR?] *Si in Aegypto, aut alibi hæc scriberet, vbi conditimos corpora, & intestina erui, probarem: in Romanis moribus, qui possum? Nam illi comburebant, & quidem totos, nec de partibus eruis legi, aut certè non obseruauit. Si alius, ne mutemus. Etsi libri tamen mutant, qui, vitalia emittunt; aut, emuntur, vt in meo. Equidem legerim: quàm multi vitam alij amittunt? aut verò, quàm multi vitâ alij emittunt? Sed quod magis etiam placeat, quibusdam libris abest repetitio, scribuntq;: Quàm multi, cùm maximè funus locatur, in talia emittunt? placeat, inquam, si pariter rescribas, vitam alij amittunt. Ecce, inquit, dum de funere curatur, funus superuenit, aut funera.*

11. MEMORIAM EIVS.] *Plutarchus Consol. ad Apollonium: Ωφέλεια δὲ τοῖς ἀφηρημένοις, ἢ δὲ τῆς ἀγαθῆς μνήμης τιμή. ἰδὲ εἰς τὸ ἀγαθὸς ἀξίος θνήσκων, ἀλλ' ὁ μνησὼ καὶ ἰσαίων, εἰ δὲ πνέουσι, ἀλλὰ μνήμης*

ἐκλειοῦς: Commodum aliquod est defunctis, si piâ memoriâ eos colamus. Nemo enim bonus gemitu dignus est, sed hymnis & laudibus; neque luctu, sed recordatione laudabili.

12. QUARVM CONCITATVS EST.] *Scripti D nescio quid velint: quarum contraria (alij, contrarius) ac concitatus.*

13. MEMINISSE PERSEVERET.] *Tacitus simile: Fæminis lugere honestum est, viris meminisse.*

14. ESSE ALIQVAM COGNATAM.] *Ita Ouidius:*

Fleq; mæos casus, est quædam, flere, voluptas.

Statius: — tunc flere, & scindere vestes, Fataq; & iniustos rabidis pullare querelis Cælicolas, solamen erat.

Vide Aristotelem 1. Rhetor. cap. XI.

15. VERBA SVBSCRIPTI.] *Exstant in meo aliisq; Græca quædam, sed sic deprauatè scripta, vt nihil mihi quidem sit eruci.*

A quoque, quod iuuet, querere? Hi sunt qui nobis obiiciunt nimium rigorem, & infamant præcepta nostra duritiâ, quòd dicamus dolorem in animum aut admittendum non esse, aut citò expellendum. Vtrum tandem est aut incredibilius, aut inhumanius, non sentire amisso amico dolorem, an voluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod præcipimus, honestum est. cum aliquid lacrimarum affectus effuderit, & ut ita dicam, despumauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis? miscendam ipsi dolori voluptatem. Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso lacte compescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet, aut amicus expirat, cessare pateris voluptatem, sed ipsum vis titillare marorem. Vtrum honestius dolor ab animo submouetur, an voluptas ad dolorem quoque admittitur? admittitur, dico? captatur, & quidem ex ipso. Est aliqua, inquit, voluptas cognata tristitia. Illud nobis licet dicere: vobis quidem non licet. Vnum bonum nostis voluptatem, vnum malum dolorem. Quæ potest inter bonum, & malum, esse cognatio? Sed puta esse. nunc potissimum eruitur: & ipsum dolorem scrutamur an aliquid habeat iucundum circa se, & voluptarium? Quædam remedia aliis partibus corporis salutaria, velut scæda & indecora, adhiberi aliis nequeunt: & quod alibi prodesset sine damno verecundiæ, id fit inhonestum loco vulneris. Non te pudet luctum voluptate sanare? seuerius ista plaga curanda est. illud potius admone, nullum mali sensum, ad eum qui perit, peruenire: nam si peruenit, non perit. Nulla, inquam, eum res lædit, qui nullus est: viuit, si læditur. Vtrum putas illi malè esse, quòd nullus est, an quòd est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse, quòd non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo, quod est: effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. Illud quoque dicamus ei, qui deslet ac desiderat in ætate primâ raptum: Omnes quantum ad breuitatem æui, si vniuerso compares, & iuuenes & senes in æquo sumus. Minus enim ad nos ex omni ætate venit, quàm quòd minimum esse quis dixerit. quoniam quidem minimum aliqua pars est, hoc quod viuimus, proximum nihilo est: & tamen ¹⁶ ob dementia nostram latè disponitur. Hæc tibi scripsi, non tamquam expectaturus esses remedium à me tam serum: liquet enim mihi te locutum tecum, quidquid lecturus es: sed vt castigarem illam exiguam moram, quâ à te recessisti: & in reliquum exhortarer, contra fortunam tolleris animos, & omnia eius tela non tamquam possent venire, sed tamquam vtique essent ventura, prospiceres.

EPIST. C.

DE PAPIRIO FABIANO PHILOSOPHO IUDICIUM, EIUSQUE SCRIPTIS.

FABIANI PAPIRIJ libros, ² qui inscribuntur *Ciuium*, legisse te cupidissimè scribis: sed non respondisse expectationi tuæ. deinde, oblitus de philosopho agi, compositionem eius accusas. Puta esse quod dicis: & effundi verba, non fingi. Primum, D habet ista res suam gratiam: & est decor proprius orationis leniter lapsè. Multum enim interesse existimo, vtrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoque, quod dicturus sum, ingens differentia est. Fabianus mihi ³ non effundere videtur orationem, sed fundere: adeò larga est, & sine perturbatione, non sine cursu tamen, veniens. Illud planè fatetur & præ-

16. OB DEMENTIAM NOSTRAM.] Gruterus acuit & verè, ò dementia.

EPIST. C. I. FABIANI PAPIRII.] De quo epist. XI. LII. & LVIII. & Seneca pater totum virum describit, & genus eloquij, de quo hic censura: imò requirit in eo, quæ filius excusat & inuenit. Videtis lib. II. Controu. in Præfatione.

2. QUI INSCRIBUNTUR CIVILIVM.] Id est

sci, Politicorum: dignum hercules Philosopho argumentum. At libri quidam, artium ciuium habent; alij, artium & uilium; quidam, artium iulium; denique, archinilium. Vt suspicio sit remotioris & Græcicæ vocis. An si fortè, ἀντιόων φουσιών? scripsit certè, & citatur eo titulo à Charisso, Causarum naturalium.

3. NON EFFVNDERE.] Cum impetu videlicet, & turbidè; sed fundere leniter, & cum ordine.

& præfert, non esse se tractatam, nec diu tortam. Sed ⁴ ita, vt vis, esse credamus: mores A ille, non verba composuit; & animis scripsit ista, non auribus. Præterea, ipso dicente non vacasset tibi partes intueri: adeo te summa rapuisset: & ferè quæ impetu placent, minùs præstant ⁵ ad manum relata. Sed illud quoque multum est, primo ad spectu oculos occupasse: etiamsi contemplatio diligens inuentura est, quod arguat. Si me interrogas, maior ille est ⁶ qui iudicium abstulit, ⁷ quàm qui meruit. Et scio hunc tutiorem esse: scio audacius sibi ⁸ de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Vbi tandem erit fortis & constans, vbi periculum sui faciet, qui timet verba? Fabianus non erat negligens in oratione, sed securus: itaque nihil inuenies sordidum. Electa verba sunt, non captata; nec huius sæculi more contra naturam suam posita & inuicta; splendida tamen, quamuis sumantur è medio: sensus honestos & magnificos habent, non coactos in sententiam, ⁹ sed altius ductos. Videbimus, quid parum recifum sit, ¹⁰ quid parum structum, quid non huius recentis polituræ: cum circumspexeris omnia, nullas videbis angustias inanes. Desit sanè varietas marmorum, & ¹¹ concisura B aquarum cubiculis interfluentium, ¹² & pauperis cella, & quidquid aliud luxuria, non contenta decore simplici, miscet: quod dici solet, ¹³ domus recta est. Adice nunc, quod de compositione non constat. Quidam illam volunt esse ex horrido compram: quidam vsque eò asperà gaudent, vt etiam quæ molliùs casus explicuit, ex industrià dissipent, & clausulas abrumpan, ne ad expectatum respondeant. Lege Ciceronem. compositio eius vna est: ¹⁴ pedem seruat, curata, lenta, & sine infamià mollis. At contra, Pollionis Asinij salebrosa & exsiliens, & vbi minimè expectes, relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt: apud Pollionem cadunt: exceptis paucissimis, quæ ad certum modum, & ad vnum exemplar, adstricta sunt. Humilia præterea tibi videri dicis omnia, & parum erecta: quo vitio carere cum iudico. Non sunt humilia illa, sed placida. ¹⁵ sunt enim tenore quieto compositoque formata, nec depressa, sed plana. Deest illis oratorius vigor, stimuli que quos quæris, & subiti ictus sententiarum: sed totum corpus videris; quamuis sit incomptum, honestum est. Non habet oratio eius, C ¹⁶ sed debet dignitatem. Affer quem Fabiano possis præponere. Dic Ciceronem, cuius libri

4. ITA VT VIS.] *Benè è libris aliquot asseruit Gruterus. Sententia. Age, esto vti dicis, parum compositus aut constructus: nempe philosophum, non oratorem, agit.*

5. AD MANVM RELATA.] *Que audita placent, & statim: non aqùè in manum sumpta, & relecta: cum iudicium morà se collegis, & certius appendit ac librat.*

6. QVI IVDICIVM ABSTVLIT.] *In dicendo rapuit, & velut inuisum traxit.*

7. QVAM QVI MERVIT.] *Accuratà dictione, aut scripitione. Plus illic ingenij, & ignis; hic cura, & intentionis.*

8. DE FUTURO PROMITTERE.] *Viuerè posse, & etatem ferre.*

9. SED ALTIYS DVCTOS.] *Meus & quidam, sed tutius. Alij, latius, quod probem, & opponitur breuibus sensibus, & coactus.*

10. QVID PARVM STRUCTVM.] *Compositum: vt supra. At Pincianus mallet, strictum: non ego.*

11. CONCISVRA AQVARVM.] *Refero ad aquas, & minutos Euripos, in canationibus olim, & præsertim æstiuis. De quibus Seneca, De Tranquill. cap. 1. Quid perlucens ad imum aquas, & circumfluentes ipsa conuiuia loquat? Idem Quæst. Nat. 111. cap. xvii. inter opera luxuriæ narrat: In*

cubili natant pisces, & sub ipsà mensà capitur, qui statim transferatur in mensam.

12. ET PAUPERIS CELLA.] *Benè habet. neque aliud est, quàm diuites istos habuisse distinctam etiam Canationem, aut Cubiculum, quod Pauperis cellam dicerent: vbi certis diebus velut tenuem & pauperem victum imitarentur. Vide epist. xviii.*

13. DOMVS RECTA EST.] *Sine vitio est, est minus ornata aut instructa.*

14. PEDEM SERVAT, CVRATA.] *Meo & aliquot scriptis abest vox, seruat: scribunt que vna est, pedem curuat, lenta. Legi possit, pedem curat.* D

15. SVNT ENIM TENORE QVIETO.] *Valde amplectar, quod in quibusdam: sed placida, & ad animi tenorem quietum compositumque formata. Est ipsum, quod pater de illo: lam videlicet compositus & pacatus animus, cum veros compressisset affectus, parum benè imitari poterat, quæ effugerat. Oratio igitur lenis & placida, vt ipse animus.*

16. SED DEBET DIGNITATEM.] *Priores duas voces malè eiecerat Muretus, libris omnibus asseruas. Ego mutem leuiter, sed dabit. Arguè hoc ait: Oratio eius, esto, dignitatem non habet, sed eam dabit. id est, tota honesti & virtutis plena, ista animo inseret, & faciet te magnum & honestum.*

17. QVOS

A libri ad philosophiam pertinentes, pænè totidem sunt, quot Fabiani. Cedam. sed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem. Cedam. & respondeamus: In re tantâ eminere est, & post duos esse. Nomina adhuc Liuium. Scripsit enim & dialogos, ¹⁷ quos non magis philosophiæ annumerare possis, quàm historiæ: & ex professo philosophiam continentes libros. Huic quoque dabo locum: vide tamen, quàm multos antecedit, qui à tribus vincitur, & tribus eloquentissimis. Sed non præstat omnia. non est fortis oratio eius, quamuis elata sit: non est violenta, nec torrens, quamuis effusa sit: ¹⁸ non est perspicua, sed pura. Desideres, inquires, contra vitia aliquid asperè dici, contra pericula animosè, contra fortunam superbè, contra ambitionem contumeliosè. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi: sit aliquid oratoriè acre, tragicè grande, comicè exile. Vis illum assidere pusillæ rei, verbis? Ille rerum se magnitudini addixit: eloquentiam, velut umbram, non hoc agens, trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta, nec in se collecta, nec omne verbum excitabit ac

B punget: fateor: ¹⁹ exhibunt multa, nec ferient, & interdum otiosa præterlabetur oratio: sed multum erit ²⁰ in omnibus locis, & ingens sine rædio spatium. Denique illud præstabit, vt liqueat tibi, illum sensisse, quæ scripsit. Intelliges actum hoc, vt tu scires quid illi placeret; non vt ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, & ad bonam mentem: non queritur plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor quàm teneo: hæretque mihi color eorum, non ex recenti conuersatione familiariter, sed summam, vt solet ex vetere notiâ. Cùm audirem certè illum, talia mihi videbantur: non solida, sed plena, quæ adolescentem indolis bonæ attollerent, & ad imitationem sui vocarent, sine desperatione vincendi. quæ mihi adhortatio videtur efficacissima. Deterret enim, qui imitandi cupiditatem modò fecit, spem abstulit. Ceterum verbis abundabat, sine commendatione partium singularum, in vniuersum magnificus.

C

EPIST. C I.

DE subitâ morte cuiusdam noti: & ex occasione, nihil fidendum aut spondendum nobis. Omnia incerta, ideoque vita bona non differenda. longa autem non optanda: & exagitat Mecanatis turpissimum votum.

OMNIS dies, omnis hora, quàm nihil simus ostendit, & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitus, cùm æterna meditates respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium velit, quæris? Senecionem Cornelium, equitem Romanum splendidum & officiosum, noueras: ex tenui principio se ipse promouerat, & iam illi decliuus erat cursus ad cetera. Facilius enim crescit dignitas, quàm incipit. ¹ Pecunia quoque circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illâ ereptat. Hic etiam Senecio diuitiis imminebat, ad quas illum duæ res ducebant efficacissimæ, & quærendi, & custodiendi scientia: quarum vel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summæ

D frugalitatis, non minus patrimonij quàm corporis diligens, cùm me ex consuetudine manè vidisset, cùm per totum diem amico grauiter affecto, & sine spe iacenti, vsque in noctem assedisset, cùm hilaris cænasset, genere valetudinis præcipiti abreptus, anginâ,

vix

17. QUOS NON MAGIS PHILOSOPHIÆ.] *Est enim philosophiam tractans & promittunt; non tamen a veteri studio Liuius abiit, & Historias atque exempla crebra miscet.*

18. NON EST PERSPICUA.] *Nam & patet Seneca obscuritatem eum ab Arellio Fusco tenuisse indicat.*

19. EXIBUNT MVLTÀ.] *A gladiatoribus, quorum manus Exire dicuntur, cùm parant ferire.*

20. IN OMNIBVS LOCIS.] *Pinciano assentior legenti, lucis. Atqui de obscuritate diximus. Ita: sed splendorem hic rerum accipimus, & dignitatem.*

EPIST. C I. I. PECVNIA QVOQVE CIRCA.] *Idem de Lampide quodam Plutarchus, An se mi sit gerenda respublica: qui interrogatus, Quomodo tantas opes sibi parasset? respondit, Paruas quidem magno, magnas paruo labore. Muretus suggestit.*

vix compressum arctatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas, postquam omnibus erat sani ac valentis officiis functus, decessit. Ille qui & mari & terrâ pecuniam agitabat, qui ² ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quaestus, accesserat; in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniae impetu, raptus est.

Inferre nunc Melibae pyros, pone ordine vites.

Quàm stultum est ætatem disponere? ne castino quidem dominamur. O quanta dementia est, spes longas inchoantium! Emam, ædificabo, credam, exigam, honores geram, tum demum lassam & plenam senectutem in otium referam. Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque quod tenetur, per manus exit, & ipsam ³ quam premimus horam, casus incidit. Voluitur tempus, ratâ quidem lege, sed per obscurum: quid autem ad me, an naturæ certum sit, quod mihi incertum est? Navigationes longas, & pererratis littoribus alienis, feros in patriam reditus proponimus, militiam, & castrensem laborum ⁴ tarda manupretia; B procuraciones, officiorumque per officia processus: cum interim ad latus mors est. quæ quoniam numquam cogitatur, nisi aliena; nobis subinde ingeruntur mortalitatis exempla, non diutiùs, quàm dum miramur, hæsurâ. Quid autem est stultius, quàm mirari id vltro die factum, quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit: sed nemo scit nostrum, quàm propè versetur. Sic itaque formemus animum, tamquam ad extrema ventum sit: nihil differamus, quotidie ⁵ cum vitâ paria faciamus. Maximum vitæ vitium est, quod imperfecta semper est, ⁶ quod etiam aliquid ex illâ differtur: qui quotidie vitæ summâ manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur, & cupiditas futuri excedens animum. ⁷ Nihil est miserius dubitatione venientium, quorsum eudant. Quantum sit illud quod restat, aut quale, ⁸ collecta mens inexplicabili formidine agitur. Quomodo effugiemus hanc volutationem? vno, si vita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est præsens. Vbi verò quidquid C mihi debui, redditum est, ubi stabilita mens scit, nihil interesse inter diem & sæculum: quidquid deinceps dierum rerumque venturum est, ex alto prospicit, & cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim varietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sit aduersus incerta? Ideo, mi Lucili, propera viuere: & singulos dies, singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptabit, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est. In spe viventibus, proximum quodque tempus elabitur: subitque auiditas, & miserrimum atque miserrima omnia efficiens, metus mortis. Inde illud ⁹ Mecænatis turpissimum votum: quo & debilitatem non recusat, & deformitatem, & nouissimè acutam crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur.

Debilem facito manu,

Debilem pede, coxâ:

2. AD PUBLICA QUOQUE.] *Ad veltigalium redempturas, odiosas.*

3. QUAM PREMIMVS HORAM.] *Clarum est. & nec hora hæc certa, & casus potest abrumpere. At Mureto visum, oram legere, & funem nauticum interpretari. Libri sunt à nobis.*

4. TARDA MANUPRETIA.] *Nam promotiones castrenses gradatim fiebant: nec magna, nisi in extremis, premia.*

Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus adferat.

5. CVM VITA PARIA FACIAMVS.] *Tamquam nihil sit reliqui. non illa nobis, non nos illi obligemur. Abi, abeo.*

6. QVOD ETIAM ALIQVOD.] *Veteres, quod*

in aliquid, ex quo Pincianus, quod in aliud ex alio. D At meus liber, in margine: quod meum aliquid: optimè. Fruar totâ, manum iniciam, nihil incerto tempori referuem.

7. NIHIL EST MISERIVS.] *Meus vocem præmittit, cum nihil: legam, quoniam nihil.*

8. COLLECTA MENS.] *Assentior Pinciano: Non collecta. Nisi magis placet leniter rescriptum, distinctumque. Quantum sit illud, & quale, collectu, mens in ex. Collectu sine collectione, quid illud & quale, mens turbatur.*

9. MECÆNATIS TURPISSIMVM VOTVM.] *Imò & Homericum illud simile, in Odyssæa:*

*Βυλοῖμην ἢ ἐπαρμεσς εἰὼν ἐπιτύμην ἄλλω
Ἀτρεὶ παρ' ἀλλήρω, ὃ μὴ βίωτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκίῳσι καταφθιμύοισι ἀνάσσειν:*

Malim

A

Tuber adstrue gibberum,
Lubricos quate dentes.
Vita dum superest, bene est.
Hanc mihi, vel acuta
¹⁰ Si sedeam cruce, sustine.

Quod miserrimum erat, si incidisset, optatur: & tamquam vita petitur, ¹¹ supplicij mora. Contemptissimum putarem, si vivere vellet vsque ad crucem. Tu verò, inquit, me debiles licet, dum spiritus in corpore fracto & inutili maneat: depraves licet, dum monstroso ¹² & distorto temporis aliquid accedat: suffigas licet, & acutam fessuro crucem subdas: est tanti, vulnus suum premere, & patibulo pendere destitutum, dum differat id quod est in malis optimum, supplicij finem. Est tanti, ¹³ habere animam, ut agam. Quid huic optes, ¹⁴ nisi deos faciles? quid sibi vult ista carminis effeminati turpitudine? quid timoris dementissimi pactio? quid tam fœda vitæ mendicatio? Huic putas vinquam recitasse Virgilium,

Vsque adeone mori miserum est?
Optat vltima malorum: & quæ pati grauissimum est, extendi ac sustineri cupit. quâ mercede? scilicet vitæ longioris. Quid autem huius vivere est? diu mori. Inuenitur aliquis, qui malit inter supplicia tabescere, & perire membratim, & toties per stillicidia amittere animam, quàm semel exhalare? Inuenitur qui velit adactus ad illud ¹⁵ infelix lignum, iam debilis, iam prauus, & in fœdum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multæ moriendi causæ etiam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? Nega nunc magni beneficium esse naturæ, quod necesse est mori. Multi peiora pacisci adhuc parati sunt: etiam amicum prodere, ut diutius viuant: & liberos ad stuprum manu suâ tradere, ut contingat lucem videre, tot consciam scelerum. Excutiendâ vitæ cupido est: discendumque nihil interesse quando patiaris, quod quandoque patiendum est: quàm benè viuas referre, non quamdiu: sæpe autem in hoc esse benè, ne diu.

C

Malim equidem vel in agris vitam ducere
seruus
Pauperem apud dominum, cui res non ampliter
adfit,
Quàm cunctis dominari, apud Orcum, morte
potitis.

Quid Euripides? apud eum Iphigenia:

Τὸ φῶς τὸ δ' ἀνθρώποισιν ἠδ' ἴσον βλέπειν.
Τὰ νύφθι δ' ἐδέξαι, μάλιστα δ' ἐν χερσὶ
Θαυίν. κακῶς ἔην κρείσσον, ἢ θανάτῳ καλῶς:
Lucem videre hominibus est suauissimum,
Inferna minimè. desipit, qui vult mori.
Meliusque vivere malè, quàm mori benè.

Sed magis etiam aſidet Epicuri dogma: τὸν σοφὸν καὶ
ἀπρωθήρτα τὰς ἡλεις, μεδέειν τὸ βίον: Sapien-
tem etiam oculis caelum, mansurum in vitâ: quæ
ipsa eius verba sunt in Laërtio, & ab iis Mecenas
videatur hausisse.

D

10. SI SEDEAM CRUCE.] Ita omnes meliores
libri, & esse veram lectionem firmaui in libello De
Cruce. Sedent autem in acuta cruce, qui stipite

acuto transfixi ab imo sunt, per os emergente. Versus
porrò causâ, sedeam, dissyllabum exaudiendum: atq;
ita libris quibusdam, sedam, scriptum.

11. SUPPLICII MORA.] Nam erat in extremis
Mecanatis, sustine. id est, serua mihi vitam & ex-
tende, etiam in cruce, vltimisq; malis.

12. ET DISTORTO.] Variant libri, ac quidam,
& sancto; alij, & deserto, atque in margine, dis-
cerpto; meus & nonnulli, & seruo. Facerem de-
secto, aut secto. nam ita in versibus erat, mem-
bris mutilari.

13. HABERE ANIMAM, UT AGAM.] Non
alio sine viuere, quàm ut moriens viuam. Habeam
animam, ut semper emittam.

14. NISI DEOS FACILES?] Accipio, meruit
exaudiri; & habere Deos in vota faciles. Quid, in-
quit, aliud tam fœde timido optemus?

15. INFELIX LIGNVM.] Ita Crucem vocabant:
ego in libellis eius rei.

EPIST. CII.

ALIQUID de immortalitate animæ. tum quæstiuicula, An claritas post mortem ad nos faciat? Disputat tenuiter primò & scholasticè: tum in extremo adsurgit, & ad Deum ac cælestia animum ducit. Corpus hoc, sarcinam aut velamentum esse: sperni debere & exui, cum Deus & dies ille vocant.

QVOMODO molestus est iucundum somnium videnti, qui excitat: aufert enim voluptatem, etiamsi falsam, effectum tamen veræ habentem: sic epistola tua mihi fecit iniuriam. reuocauit enim me ¹ cogitationi aptæ traditum, & iturum, si licuisset, vterius. Iuuabat de æternitate animarum quærere, imò mehercule credere. credebam enim facillè opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam ² promittentium B magis, quàm probantium. Dabam me spei tantæ. iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ contemnebam, in immensum illud tempus, & in possessionem omnis æui transiturus: cum subito experrectus sum, epistolâ tuâ acceptâ, & tam bellum somnium perdididi. quod repetam, si te dimiserò, & redimam. Negas me ³ epistolâ primâ totam quæstionem explicuisse, in quâ probare conabar id quod nostris placet, claritatem quæ post mortem contingit, bonum esse. Id enim me non soluisse, quod opponitur nobis: Nullum, inquiunt, bonum ex distantibus: hoc autem ex distantibus constat. Quod interrogas, mi Lucili, eiusdem quæstionis est, loci alterius: & idè non hoc tantum, sed alia quoque eodè pertinentia, distuleram. Quædam enim, vt scis, moralibus ⁴ rationalia immixta sunt. Itaque illam partem rectâ ad mores pertinentem tractaui, Numquid stultum sit ac superuacuum, vltra extremum diem curas transmittere. An cadant bona nostra nobiscum, nihilque sit eius qui nullus est. ⁵ An ex eo quod cum erit, sensuri non simus ⁶ antequam aliquis fructus percipi aut peti possit. Hæc autem omnia ad mores spectant: itaque suo loco posita sunt. At quæ a dialecticis contra hanc opinionem dicuntur, segreganda fuerunt: & idè seposita sunt. Nunc quia omnia exigis, C omnia quæ dicunt persequar, deinde singulis occurram. At nisi aliquid prædixero, intelligi non poterunt quæ resellentur. Quid est, quod prædicere velim? ⁷ Quædam continua esse corpora, vt hominem: quædam composita, vt nauem, domum, omnia denique quorum diuersæ partes iuncturâ in vnum sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio coherent, naturâ diducti & singuli sunt. Quid est, quod etiam nunc prædicere velim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat. ⁸ vno enim spiritu vnum bonum contineri ac regi debet, vnum esse

EPIST. CII. I. COGITATIONI APTE.] *Fortassis, altæ.*

2. PROMITTENTIUM MAGIS, QUAM.] *Vides notare super immortalitate Animæ, & velle magis, quàm credere. Ego de eâ re in Physiol. III. Dissert. XI.*

3. EPISTOLA PRIMA.] *Ea non exstat, aut nihil tale præiuit. Itaque meo libro assentiar legenti, primam: & statim, conabaris.*

4. RATIONALIA IMMIXTA.] *Logica.*

5. AN EX EO QVOD CVM ERIT.] *Representaui veterem lectionem, ab aliis variè interpolatam. Legam, quod tum erit: post mortem scilicet. & est quæstio, An quæ hîc de nobis dicuntur, & quæ sama erit, eius sensus ad nos eò peruenitur sit?*

6. ANTEQVAM ALIQVIS.] *Hæc intricata. le-*

gam: aut ecquando aliquid fructus. An statim videlicet, an cum purgati erimus & sublimati?

7. QUÆDAM CONTINVA ESSE.] *Ipsa hæc discussio in Plutarchi Præceptis conuivialibus: τῶν σοφῶν φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐν διαστάσει λέγουσιν εἶναι, κατὰ μέρος ὅλον, καὶ συνετάπειον· τὰ δὲ ἐν συναπτομένῳ, ὡς οὐκ ἔστιν, καὶ γὰρ τὰ δὲ ἐν κοινῇ καὶ συμφορῇ, κατὰ μέρος ἐστὶ τῶν ἁπλοῦν: Philosophi aiunt Corporum alia ex distantibus constare, vt Classem, & Exercitum: alia ex compositis, vt Domum & Nauem: alia denique vnita & continua esse, vt quodque Animantium. Eadem in Pomponio 1^o. Q. xxx. De vsurpationibus. Adde Senecam, Quæst. Natur. 11. cap. 11. etsi tertium ibi genus ex Distantibus omittit.*

8. VNO ENIM SPIRITV.] *Quæ sunt Continua corpora. eaq. hisipsis verbis Pomponius definiat: quæ continentur vno spiritu.*

9. VNVS

A esse vnius boni principale. Hoc si quando desideraueris, ¹⁰ per se probatur: interrim ponendum fuit, ¹¹ quo nostra tela nitatur. Dicitis, inquit, nullum bonum ex distantibus esse: Claritas autem ista, bonorum virorum ¹² secunda opinio est. Nam quomodo fama non est vnius sermo, nec infamia vnius mala existimatio: sic nec claritas, vni bono placuisse. Consentire in hoc plures insignes & praestantes viri debent, vt claritas sit. Hæc autem ex iudiciis plurium efficitur, id est, distantium: ergo non est bonum. Claritas, inquit, laus est à bonis bono reddita: laus oratio: oratio vox est, aliquid significans: vox autem, licet virorum sit bonorum, bonum non est. Neque enim quidquid vir bonus facit, bonum est. nam & plaudit, & sibilat: sed nec plausum quisquam, nec sibilum, licet omnia eius admiretur & laudet, bonum dicit, non magis quam sternutamentum aut tussim. Ergo claritas bonum non est. Ad summam, dicite nobis, vtrum laudantis, an laudati bonum sit? Si laudantis bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis, quam si affirmetis meum esse, quod alius bene valeat. Sed laudare dignos, honesta actio est: ita laudantis bonum est, cuius actio est, non nostrum qui laudamur: atqui hoc quærebat. Respondebo nunc singulis cursum. Primum, an sit aliquid ex distantibus bonum, etiam nunc quæritur, & pars vtraque sententias habet. Deinde, claritas desiderat multa suffragia: potest & ¹³ vnius boni viri iudicio esse contenta. Nam omnes bonos bonus vnus iudicat. Quid ergo, inquit, & fama erit vnius hominis existimatio, & infamia vnius malignus sermo? ¹⁴ Gloriam quoque, inquit, latius fusam intelligo: consensus enim multorum exigit. Diuersa horum conditio est, & illius. Quare? quia si de me bene vir bonus sentit, eodem loco sum, quo, si omnes boni idem sentiant. omnes enim si me cognouerint, idem sentient. Par illis idemque iudicium est: ¹⁵ æquè vero insistitur ab his, qui dissidere non possunt. Ita pro eo est, ac si omnes idem sentiant: quia aliud sentire non possunt. Ad gloriam & famam, non est satis vnius opinio. Illi idem potest vnius sententia, quod omnium: quia omnium ¹⁶ si perrogetur, vna erit: hinc diuersa dissimilium iudicia sunt, dissimiles affectus. Dubia omnia inuenias, leuia, suspecta. Putas tu posse sententiam vnã omnium esse? ¹⁷ non est vnius vna. Illis placet verum: veritatis vna vis, vna facies est: apud hos falsa sunt, quibus assentuntur. Numquam autem falsis constantia est: variantur & dissident. Sed laus, inquit, nihil aliud quam vox est: vox autem bonum non est. Cum dicunt claritatem laudem esse bonorum, à bonis redditam: iam non ad vocem referunt, sed ad sententiam. Licet enim vir bonus taceat, sed aliquem iudicet dignum laude, laudatus est. Præterea, aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna hominum, sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti est bene sentientis, ac bonum virum apud se laudantis. Deinde, vt dixi, ad animum

9. VNIVS BONI PRINCIPALE.] τὸ ἡγεμονικόν.

D 10. PER SE PROBATVR.] Vellem, probabitur.

11. QVO NOSTRA TELA NITATVR.] Est ab Era/mi coniecturâ, qui vult ad telam alludi, cui tendende stamen substerni solet; sic relique argumentationi hanc futuram. Ingeniosè ille, antea erat; quia in nostra tela mittuntur, sicut & scripti ferè libri. Ego putarem: quia inde nostra tela mittuntur. ab hoc principio pugnamus, & aduersarios sternimus.

12. SECUNDA OPINIO.] Amica & fauens.

13. VNIVS BONI VIRI.] Neque enim alij boni ab illo dissentient. Ita Sidonius in Carm. XXI IIII. Hic si te probat, omnibus placebis.

14. GLORIAM QVOQVE, INQVIT.] Gloriam igitur Stoici non tribuunt Sapienti; sed Clari-

tatem. Tale Philo Iudaus, super verbis Euigilaui Noë: Οὐδὲ σοφὸς ἐκ ἐνδοξοῦ, ἀλλ' εὐκλεῖς, τὸν μὴ κολακίᾳ νοθήμιον, ἀλλὰ βεβαιήμιον ἀληθείᾳ καρποσέμιον ἐπαίον: Sapiens non gloriosus, sed clari nominis, fruiturque laude non adulteratâ per blanditias, sed stabilitâ per veritatem.

15. ÆQVE VERO INSISTITVR.] Sic Desiderius. sententia est: æquè viam illam veri omnes boni premunt, & insistant. Sed libri aliquid remotioris verbi fuisse arguunt, dum scribunt, vero inficitur, vel, inspicitur; quidam, prospicitur; meus, æquè enim inficitur. Oedipum ego spectro.

16. SI PERROGETVR.] Vox curia: cum Consul omnium sententias ordine exquirat.

17. NON EST VNIVS VNA.] Nam variant, & nemo (sapiente excepto) sibi constat.

18. TRA-

num refertur laus, non ad verba; quæ conceptam laudem egerunt, & in notitiam plurimum emittunt. Laudat, qui laudandum esse iudicat. Cùm ¹⁸ Tragicus ille apud nos ait, *Magnificum esse laudari à laudato viro*: laude digno, ait. Et cùm æquè antiquus poëta ait, *Laus alit artes*: non laudationem dicit, quæ corrumpit artes. nihil enim æquè & eloquentiam, & omne aliud studium auribus deditum vitiauit, quàm popularis assentio. Fama utique vocem desiderat, claritas non. potest enim citra vocem contingere, contenta iudicio: plena est, non tantùm inter tacentes, sed etiam inter reclamantes. Quid interfit inter claritatem & gloriam, dicam. Gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. Cuius, inquit, bonum est claritas, id est, laus bono à bonis reddita, utrùm laudati an laudantis? Vtriusque: meum qui laudor, quia natura me amantem omnium genuit, & benefecisse gaudeo, & gratos me inuenisse virtutum interpretes lætor. Hoc plurimum bonum est, quòd grati sunt, sed & meum. Ita enim animo compositus sum, vt aliorum bonum, meum iudicem: utique eorum, quibus ipse sum boni causa. Est illud laudantium bonum: virtute enim geritur: omnis autem virtutis actio bonum est. Hoc contingere illis non potuisset, nisi ego talis essem. Itaque vtriusque bonum est, meritò laudari: tam mehercule, quàm benè iudicasse, iudicantis bonum est, & eius, secundùm quem iudicatum est. Numquid dubitas, quin iustitia & habentis bonum sit, & eius cui debitum soluit? Merentem laudare, iustitia est: igitur vtriusque bonum est. Cauillatoribus istis abundè responderimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum, arguta disserere, & philosophiam in has angustias ex suâ maiestate detrahere. Quanto fatius est, ire apertâ viâ & rectâ, quàm sibi ipsi flexus disponere, quos cum magnâ molestiâ debeas relegere? neque enim quidquâ aliud istæ disputationes sunt, quàm inter se peritè captantium lus. Dic potius, quàm naturale sit, in immensum mentem suam extendere. Magna & generosa res est humanus animus: nullos sibi poni nisi communes & cum Deo terminos patitur. Primùm, humilem non accipit patriam: Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiamnum frequentius incolis, latius tectis solum. Illi patria est, quodcumque suprema & vniuersa circuitu suo cingit. Hoc omne conuexum, intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër humanis diuina ¹⁹ secernens etiam coniungit, intra quod ²⁰ disposita tot numina in actus suos excubant. Deinde, arctam ætatem sibi dari non sinit. Omnes, inquit, anni mei sunt. nullum sæculum magnis ingeniis clusum est, nullum non cogitationi peruium tempus. Cùm venerit dies ille qui mixtum hoc diuini humanique secernat, corpus hoc, vbi inueni, relinquam: ipse me diis reddam. nec nunc sine illis sum, sed graui terreneque detineor. Per has mortalis aui moras, illi meliori vitæ longiorique proluditur. Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus vterus, & præparat non sibi, sed illi loco in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infantiâ patet in senectutem, in alium ²¹ naturæ sumimur partum. Alia origo nos exspectat, alius rerum status. Nondum cælum, nisi ex interuallo, pati possumus. Proinde intrepidus ²² horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori. Quidquid circa te iacet rerum, tamquam hospitalis loci farcinas spectata: transeundum est: ²³ Excudit redeuntem natura,

18. TRAGICVS ILLE APVD NOS.] Puto intelligi *Nauig. versum.* qui alibi apud Ciceronem: *Lætus sum laudari me* (inquit Hector apud Næuiū) abste, pater, laudato viro.

19. SECERNENS ETIAM CONIUNGIT.] Nam super Aërem, Cælum statim excipit, vbi Dy, id est, æterni ignes. Idemque coniungit, quia terram cum celo mediis interiectus necit.

20. DISPOSITA TOT NUMINA.] Partim cælo, partim aëre, terrâ, mari: quæ plena scilicet omnia Geniorum.

21. NATURÆ SVMIMVR PARTVM.] Scripti

plures, naturæ sumus, aut, simus: at Pincianus optimè, maturescimus.

22. HORAM ILLAM DECRETORIAM.] Quasi dicas *veraxim* & Iudicialem. Nam decernit iudex, cùm sententiam profert, & in alterutrum statuit. Hinc Arma decretoria, quæ Lusoriis noster opponit, epist. C X V I I. quibus de victoriâ aut vitâ cernitur. Item Decretorius stilus, I. De Clement. cap. XIV. quo pater filium damnat, & exheredem facit. Neque aliter Plinius, Caniculæ fidus vuis decretorium dixit: item, Diem quo Aquila oritur, florentibus oleis decretorium.

23. EXCVTIT REDEVNTEM.] Nihil, præter te, in te aut circa te relinquit.

A natura, sicut intrantem. Non licet plus efferre, quàm intuleris: imò etiam ex eo, quòd in vitam attulisti, pars magna ponenda est. Detrahetur tibi hæc circumiecta, nouissimum velamentum tui, cutis: detrahetur caro & suffusus sanguis, discurrensque per totum: detrahetur ossa neruique, firmamenta fluidorum ac labentium. Dies iste, quem tamquam extremum reformidas, ²⁴ æterni natalis est. Depone onus. quid cunctaris; tamquam non prius quoque, relicto, in quo latebas, corpore, exieris? Hæres & reluctaris: tum quoque magno nisu matris expulsus es. Gemis, ploras: & hoc ipsum flere, nascens est. Sed tunc debebat ignosci. rudis & imperitus omnium veneras: ex maternorum viscerum calido mollique fomento emissum, afflauit aura liberior. Deinde, offendit duræ manus tactus: tenerque adhuc, & nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouum separari ab eo, cuius antè pars fueris: æquo animo membram superuacua dimitte, & istud corpus inhabitatum diu, pone. Scindetur, obructur, abolebitur. Quid contristaris? ita solet fieri. Pereunt semper velamenta nascentium.

B Quid ista sic diligis, quasi tua? istis opertus es. Veniet qui te reuellet dies, & ex contubernio foedi atque olidi ventris educat. Hinc nunc quoque tu quantum potes, subuola: utique etiam necessariis, quæ cohærebunt, alienus. Iam hinc, ²⁵ altius aliquid sublimiusque meditare. ²⁶ Aliquando naturæ tibi arcana reagentur, discutietur ista caligo, & lux vndique clara percutiet. Imaginare tecum, quantus ille sit fulgor, tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla serenum umbra turbabit: æqualiter splendet omne cæli latus: dies & nox, æris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse dicēs, cum totam lucem totus adspexeris: quam nunc, per angustissimas oculorum vias, obscure intueris, & tamen admiraris tam procul. Quid tibi videbitur diuina lux, cum illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse testes ait. illis nos approbati, illis in futurum parari iubet, & æternitatem proponere: quam qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tubâ, nullis ad timorem minis agitur. Quid ni non timeat, qui mori sperat? ²⁷ si

C is quoque, qui tamdiu animum iudicat manere, quamdiu retinetur corporis vinculo, exsolutum, statim spargi, id agit, ut etiam post mortem utilis esse possit. Quamuis enim ipse ereptus sit oculis, tamen

Multi viri virtus animo, multusque recurſat

Gentis honos.

Cogita, quantum nobis exempla bona profint: scies magnorum virorum, non minùs præsentia, esse vtilem memoriam.

24. ÆTERNI NATALIS EST.] *Facit ad immortalitatem animæ, suo quodam sensu Stoicis creditam: & ambignè creditam. Vide Physiol. III. Diss. XI.*

25. ALTIUS ALIQVID SVBLIMIVSQVE.] *Nam videtur, inquit Themistius, ipsum τὸ δαΐδα, id est mortis nomen, hominem è vitâ migrantem in sublime ferre, τὸ δαΐδα sic δαΐδα, id est sursum ad Deum vehere.*

26. ALIQVANDO NATVRÆ TIBI.] *Hoc Stoici agere volebant Animam astris sociatam, illa & naturam rerum totam contemplari: quod ipsum & Deus. Cicero in Hortensio: Vnâ igitur erimus beati cognitione Naturæ, & scientiâ: quæ sola etiam Deorum est vita laudanda. Nostra adde Physiol. III. Dissert. XIII.*

27. SI IS QVOQVE QVI.] *Epicurû intelligit.*

EPIST. CIII.

MALITIA & insidie inter se hominum. Tu tamen non eadem facito, aut repone: sed mitis in omnes & volens esto.

QUID ista circumpicis, quæ tibi possunt fortasse euenire, sed possunt & non euenire? incendium dico, ruinam, aliaque, quæ nobis incidunt, non insidiantur: illa potius vide, illa deuota, quæ nos obseruant, quæ captant. ² Rari sunt casus, etiam si graues, naufragium facere, vehiculo euertere: ³ ab homine homini quotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intueri. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, antequam surgat: crepant ædificia, antequam corruant: prænunciat fumus incendium: subita est ex homine pernicies, & eò diligentius tegitur, quò propius accedit. Erras, si istorum tibi qui occurrunt vultibus credis, ⁴ hominum effigies habent, animos ferarum: nisi quòd illarum perniciosior est ⁵ primus incursus, quos transire non queunt. Numquam enim illas ad nocendum nisi necessitas inigit: aut fame, aut timore coguntur ad pugnam: homini perdere hominem libet. Tu tamen ita cogita, quod ex homine periculum sit: vt cogites, quod sit hominis officium. Alterum intueri, ne lædaris; alterum, ne lædas. Commodis omnium lateris, mouearis incommodis: & memineris quæ præstare debeas, quæ cauere. Sic viuendo quid consequeris? non, vt ne noceant, sed, ne fallant. Quantum autem potes, in philosophiam secede. ⁶ illa te sinu suo proteget: in huius sacrario eris aut tutus, aut tutior. Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes. ⁷ Quod autem ipsam philosophiam, non debebis iactare. multis fuit periculi causa, insolenter tractata, & contumaciter. Vitia tibi detrahat, non alij exprobrat: ⁸ non abhorreat à publicis moribus; nec hoc agat, vt quidquid non facit, damnare videatur. Licet sapere sine pompâ, sine inuidiâ. B

EPIST. CIII. 1. QUID ISTA CIRCUMSPICIS.] Sunt qui laciniam superioris epistolæ pudent, eiq; annexendam. Non idem ego.

2. RARI SVNT CASVS.] Veteres, Pares sunt casus: Pincianus editum illud restituit, puto verè.

3. AB HOMINE HOMINI.] Nota in Plauto *paramia*: Homo homini lupus. Et asides illud *Anacharsidis Scythæ*, qui interrogatus, τίς τὸ πολέμιον ἀνθρώποις; Αὐτοὶ, ἔφη, ἑαυτοῖς: Quid hominibus maximè infestum esset? Ipsi, inquit, sibipis.

4. HOMINVM EFFIGIES, ANIMOS FERARVM.] Prorsus idem *Lycurgus*, poeta vetus: Φεῦ, ποῶς ποιητὸν ἐστὶν ἀνθρώπων φύσις τὸ σίνολον. ἢ γὰρ ἀν' αὐτῶν ἐδέθη νόμος. Οἷον τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων Ἀνθρώπων; ἂν δὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι. Πλάγ' ἐστὶ τὰλλα, τὸτο δ' ὄρθρον θηρίων: Heu quàm mala, atque deprauata prorsus est, Natura nostra! neque aliter lege erat opus.

Putasne tu interesse inter hominem, & feram? Nec paullulum; nisi in figurâ corporis.

Curuantur alia; in ambulat recta hæc fera.

Sed & *Epicetus* distinet, quosdam hominum lupis similes esse, infidos, insidiatores, noxios; alios leonibus, agrestes, feroces, immanes; plerosque vulpeculis, detractores & fraudulentos. Vide I. *Dissert. cap. III.*

5. PRIMVS INCVRSVS, QVOS.] Legerim, primis. Qui primi se dant obuios, nec fuga locum relinquunt, nocent.

6. ILLA TE SINU SVO.] Libri prisca, visu suo, vel, nisu: atque illud est ab *Erasmo*, tamen probum, nisi quis vellet, vi sua. D

7. QVOD AVTEM IPSAM.] Sic antiqua lectio, vel *Quid. Fortè*: Quod atinet ipsam.

8. NON ABHORREAT A PVBLICIS MOR.] Tale *Ciceronis* inter fragmenta, ad *Marcum filium*: Philosophiæ quidem præcepta noscenda, viuendum autem ciuilitate.

EPIST.

EPIST. CIV.

DE inuacitudine sua, de cura & caritate in se uxoris. Locum se mutasse, ut recrearetur: & hinc de Peregrinatione pulcherrima dissertatio. Non esse eam à se vtilem, nisi animo talis efficitur. Ille emendetur, affectus recidantur: omnia tunc loca & status iucunda. Peregrinatio etiam alia pulcherrima, ad prisca & magnos viros ire, illos cogitatione intueri atque imitari. Hoc vitia tollit, virtutes inserit: atque istuc Lucilium vocat.

IN Nomentanum meum fugi, quid putas? urbem? imò febrem, & quidem surrepentem. Iam manum mihi iniecerat: protinus itaque parari vehiculum iussi, Paulinam meam retinente. Medicus initia esse dicebat, motis venis, sed incertis, & naturalem turbantibus modum. Exire perseveraui. Illud mihi in ore erat: domini mei Gallionis: qui cum in Achaia febrem habere cepisset, protinus nauem ascendit, clamitans non corporis esse, sed loci morbum. Hoc ego Paullinae meae dixi, quae mihi valetudinem meam commendat. Nam cum sciam spiritum illius in meo veri: incipio, ut illi consulam, mihi consulere: & cum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium aetatis amitto. Venit enim mihi in mentem, in hoc senes & adolescentem esse, cui parci- tur. Itaque quoniam ego ab illa non impetro, ut me fortius amet: impetrat illa à me, ut me diligentius amem. Indulgendum est enim honestis affectibus: & interdum etiam si premunt causae, spiritus in honorem suorum vel cum tormento reuocandus, & in ipso ore retinendus est: cum bono viro viuendum sit, non quamdiu iuuat, sed quamdiu oportet. Ille qui non uxorem, non amicum tanti putat, ut diutius in vita commoretur, qui perseverat mori, delicatus est. Hoc quoque imperet sibi animus, ubi utilitas suorum exigit: nec tantum si vult mori, sed si cepit, intermittat, & suis se commoder. Ingentis animi est, alienam causam ad vitam reuerti: quod magni viri saepe fecerunt. Sed hoc quoque summam humanitatis existimo, senectutem suam, cuius maximus fructus est, securior sui tutela, & vitae usus animosior, attentius conseruare, si scias alicui tuorum esse dulce, vtile, optabile. Habet praeterea in se non mediocre ista res gaudium, & mercedem. quid enim iucundius, quam uxori tam carum esse, ut propter hoc tibi carior fias? Potest itaque Paullina mea non tantum suum mihi timorem imputare, sed etiam meum. Quæris ergo, quomodo mihi consilium profectiois cesserit? Ut primum grauitatem urbis excessi, & illum odorem culinarum fumantium, quæ motæ quidquid pestiferi vaporis obruerant, cum puluere effundunt, protinus mutatam valetudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas viribus, postquam vineas attigi? in pascuum emis- sus, cibum meum inuasi. Repetui ergo iam me. non permansit marcor ille corporis dubij,

EPIST. CIV. I. IN NOMENTANVM.] Vbi praedium eius, & vinea. Infra epist. C.X. & Columella III. cap. III.

2. DOMINI MEI GALLIONIS.] Patres, atque etiam fratres (sed puto natu grandiores) Dominos per honorem & blanditias vocabant, sicut & uxores Dominas. Notauit ad 11. Annal. Taciti.

3. VT ME FORTIVS AMET.] Optime habet, nec Pincianus aut alij debebant mouere. Fortius amat, qui non indulget, qui se uero quodam amore, ut patres liberos, ut Deus bonos viros. Quae ipsa phrasia, De Providentiâ, cap. 11. ibi vide. Dicit nunc igitur, Nimis tenerè (hoc opponitur) & indulgenter illa me amat, nec impetro ut robustius: ad omnia mala mea collabatur: ergo ego mihi impero, ut me magis curem atque amem, ne illam affligam.

4. QUAMDIU OPORTET.] Seneca De Benef. II.

cap. XVIII. Sapientes, quidquid oportet, iuuat. Id est quidquid opportunum & vtile est. Nam Cicero ita videtur reddere, ubi Cato Stoicus apud eum III. De Finibus disserit: Saepe officium esse sapientis, desistere à vitâ, cum sit beatissimus, si id opportunè facere possit. Et paulo ante, Rectam effecti- onem, siue τὸ κατὰ φύσιν, ponit in opportuni- tate: sic enim appellare se dicit εὐχαρίαν.

5. SVVM MIHI TIMOREM.] Acute. potest non solum hoc in expensis mihi ferre, quod pro me timeat; sed & quod ego. Nam eius timor meum trahit, imò gignit.

6. POSTQVAM VINEAS ATTIGI.] Quas colere, imò & fodere solebat. III. Quæst. Natur. cap. VII.

7. REPETIVI ERGO IAM ME.] Recuperavi, & repperi quasi amissum. Sum, qui ante fui.

GG

8. MALE

dubij, & * malè cogitantis: incipio toto animo studere. Non multum ad hoc locus A confert, nisi se sibi præster animus, qui secretum & in occupationibus mediis, si volet, habebit. At ille qui regiones eligit, & otium captat, vbique quo distringatur inueniet. Nam Socratem quærenti cuidam, quòd nihil sibi peregrinationes profuissent, respondisse ferunt: *Non immeritò hoc tibi euenit: tecum enim peregrinabaris.* O quàm benè cum quibusdam ageretur, si à se aberrarent! Nunc primi seipfos sollicitant, corrumpunt, ter- ritant. Quid prodest mare traicere, & vrbes mutare? si vis illa, quibus vrgeris, effugere, non alibi sis oportet, sed alius. Puta venisse te Athenas, puta Rhodon: elige arbitrio tuo ciuitatem: quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat? tuos adferes. Diuitias iudicabis bonum: torquet te paupertas, & (quod est miserrimum) falsa. Quamuis enim multum possideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto tibi videberis defici, quanto vinceres. Honores iudicabis bonum? malè te habebit ille consul factus, ille etiam resectus: ringeris, quoties aliquem in fastis sæpius legeris. Tantus erit ambitionis furor, vt nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit. Maximum malum iudicabis mortem: cum B in illa nihil sit mali, nisi, quod 9 ante ipsam est, timeri. Exterrebunt te non tantum pericula, sed suspiciones: vanis semper agitaberis. Quid enim proderit,

— euasisse tot vrbes

Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes?

Ipsa pax timores subministrabit. ne tutis quidem habebitur fides, consternatâ semel mente: quæ vbi consuetudinem pauoris improuidi fecit, etiam ad tutelam salutis suæ inhabilis est. Non enim vitat, sed fugit: magis autem periculis patemur auersi. Graui- simum iudicabis malum, aliquem ex his quos amabis amittere: cum interim hoc tam in- eptum erit, quàm flere, quòd arboribus amœnis & domum tuam ornantibus decidant folia. 10 Quidquid te delectat, æquè viget, vt videras dum viret. vtique alium. Aliud alio die casus excutiet. sed quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascun- tur: sic istorum quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse, damnum: 11 quia reparantur, etiam si non renascantur. Sed non erunt iidem. Ne tu quidem idem eris. C omnis dies, omnis hora te mutat: sed in aliis rapina facilius apparet: hîc latet, quia non ex aperto fit. Alij auferuntur: at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis, nec remedia vulneribus appones, sed ipse tibi seres sollicitudinum causas, alia sperando, alia desperando? Si sapias, alterum alteri misceas: nec speraueris sine desperatione, nec des- peraueris sine spe. Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam poruit? Non voluptates illa temperauit, non cupiditates refrænauit, non iras repressit, non indomitos amoris im- petus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excussit erro- rem: sed vt puerum ignota mirantem, ad breue tempus rerum aliquâ nouitate detinuit. Ceterum inconstantiam mentis, quæ cum maximè ægra est, 12 laceffit, mobiliorem leuioremque reddit ipsa iactatio. Itaque quæ petierant cupidissimè loca, cupidius dese- runt, & auium modo transuolant, citiusque quàm venerant, abeunt. Peregrinatio noti- tiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostendet, inuisitata spatia camporum, & irriguas perennibus aquis valles, & alicuius fluminis sub obseruatione naturam: siue, D vt Nilus, æstiuo incremento tumet; siue, vt Tigris, eripitur ex oculis, & acto per occulta cursu, integræ magnitudini redditur; siue, vt Mæander, poetarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris anfractibus, & sæpe in vicinum alueo suo admotus, ante- quam sibi influat, flectitur: ceterum neque meliorem faciet, neque saniorem. Inter stu- dia versandum est, & inter auctores sapientiæ, vt quæsitâ discamus, nondum inuenta quara-

8. MALE COGITANTIS.] Benè. meditabatur & minabatur febrem, sed nondum erat.

9. ANTE IPSAM EST, TIMERI.] Non enim mors malum, sed eius timor.

10. QUIDQUID TE DELECTAT.] Vt edidi, recta hæc habeo, ceriè ad finia scriptura veteri. Sen- sus: Arbores qua delectant, tam vigent & viuunt

viduata solis, quàm cum virent. Simile in amicis, qui alibi, etsi inconspicui, viuunt.

11. QUA REPARANTUR.] Iterum in vitam venient post euasissimas.

12. LACESSIT, MOBILIOREM.] Pincianus, laceffitam, velut: ego copulâ è sine educâ, laceffit, & mobiliorem.

A queramus. Sic eximendus animus ex inferrimâ feruitute: in libertatem asseritur. Quamdiu quidem nescieris, quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quid superuacuum, quid iustum, quid honestum sit: non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus: peregrinarius enim cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur. Utinam quidem sequerentur! longius abessent: nunc fers illa, non ducis. Itaque ubique te premunt, & paribus incommodis vrunt. Medicina ægro, non regio, quaerenda est. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? non vehiculum nauemque conscendit, sed aduocat medicum, ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponatur. Quid ergo animum, tot locis fractum & extortum, credis locorum mutatione posse sanari? maius est istud malum, ¹³ quam ut gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non oratorem: nulla ars loco discitur. Quid ergo? Sapientia rerum omnium maxima in itinere colligetur? Nullum, mihi crede, iter est, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat: aut si quod esset, agmine facto, gens illuc humana pergeret. Tamdiu ista vrgebunt mala, macerabuntque per terras ac maria vagum, quamdiu malorum gestaris causas. Fugam tibi non prodesse miraris? tecum sunt quæ fugis. Te igitur emenda, onera tibi detrahe & desideria: saltem intra modum contine. Omnem ex animo erade nequitiam. si vis peregrinationes habere iucundas, tuum comitem sana. Habebit tibi auaritia, quamdiu auaro sordidoque conuixeris: habebit tumor, quamdiu cum superbo conuersaberis: numquam sæuitiam in tortoris contubernio pones: incendunt libidines tuas adulterorum sodalitia. Si velis vitiis exui, longè à vitiorum exemplis recedendum est. Auarus, corruptor, sæuus, fraudulentus, multum nocituri si propè à te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi. cum Catonibus viue, cum Lælio, cum Tuberone: quòd si conuiuere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone versare. Alter te docebit mori, si necesse erit: ¹⁴ alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumque notitiam. hi iubebunt in opere esse: nec tantum scite loqui, & in oblectationem audientium verba iactare, sed animum indurare, & aduersus minas erigere. Vnus est enim huius vitæ fluctuantis & turbidæ portus, euentura contemnere, stare ¹⁵ fidenter, apertè tela fortunæ aduerso pectore excipere, non latitantem, nec tergiuersantem. Magnanimos nos natura produxit: & ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, quaerentem ubi honestissimè, non ubi tutissimè viuat, ¹⁶ simillimum mundo: quem quantum mortalibus passibus licet, sequitur æmulaturque. Profert se, laudari & ¹⁷ adspici credit. Dominus omnium est, supra omnia est. itaque nulli se rei submittit: nihil illi videtur graue, nihil asperum, quod virum incuruet.

Terribiles visu formæ, letumque labosque:

minimè quidem, si quis rectis oculis intueri illa possit, & tenebras pertrumpere. Multa per noctem habita terrori, dies vertit ad risum.

Terribiles visu formæ, letumque labosque,

D egregiè Virgilius noster. Non te dixit terribiles esse, sed visu: id est, videri, non esse. Quid, inquam, in istis est tam formidabile, quam fama vulgauit? Quid est, obsecro te, Lucili, cur timeat laborem vir, mortem homo? Totiens mihi occurrunt isti, qui non putant fieri posse quidquid facere non possunt, & aiunt nos loqui maiora, quam quæ natura humana sustineat. At quanto ego de illis meliùs existimo? ipsi quoque hæc possunt facere,

13. QUAM UT GESTATIONE.] In effedo succisione, quæ sollemniter olim usurpata, humoribus detrahendis, meatibus referendis, calori excitando. Scripsi epistolam ad Orteliu[m] super eâ totâ re, Centur. Misc. III. epist. XI.

14. ALTER ANTEQUAM NECESSE.] Nam Zeno sine morbo, sibi manus intulit: & id fas iusq[ue] Sapienti esse, inter dogmata prodiderat. Vide Manud. III. Dissert. XXXI.

15. FIDENTER, APERTE.] Ita Pincianus, sed non satisfacit illud, apertè. Vetus omnis nostra lectio, ad portum. An, ad portam: quasi paratum egressi: an potius, ac promptum?

16. SIMILLIMUM MUNDO.] Id est, celo atque atheri. Nam & hoc Mundus: & è celo noster Spiritus, ut Stoici.

17. ADSPICI CREDIT.] Pincianus, gestit: Gruterus, quatit, cui assentior.

cere, sed nolunt. Denique quem vnquam ista destituere tentantem? cui non faciliora A apparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non audemus: sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplum desideratis, accipite Socratem ¹⁸ perpersicium senem, per omnia aspera iactatum, inuictum tamen & paupertate, quam grauiorem illi domestica onera faciebant; & laboribus, quos militares quoque pertulit, & quibus ille domi exercitus. siue vxorem eius spectes moribus feram, linguam petulantem; siue liberos indociles, & matri quam patri similiores. Sic ferè aut in bello fuit, aut in tyrannide, aut in libertate, bellis ac tyrannis fauioe. ¹⁹ Viginti & septem annis pugnatum est: post finita arma, ²⁰ triginta tyrannis noxæ dedita est ciuitas, ex quibus plerique inimici erant. Nouissima damnatio est ²¹ sub grauissimis hominibus impleta. obiecta est & religionum violatio, & ²² iuuentutis corruptela, quam immittere in deos, in patres, in temp. dictus est: post hæc carcer, & venenum. Hæc vsque eò animum Socratis non mouerunt, vt ne vultum quidem mouerint. Illam mirabilem laudem, & singularem, vsque ad extremum seruauit: non hilariorem quisquam, non tristiore Socratem vidit: æqualis B fuit in tantâ inæqualitate fortunæ. Vis alterum exemplum? accipe hunc M. Catonem recentiore, cum quo & infestius fortuna egit, & pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset, nouissimè & in morte: ostendit tamen virum fortem posse inuitâ fortunâ viuere, inuitâ mori. Tota illi ætas aut in armis est exacta ciuilibus, aut in ætate concipiente iam ciuile bellum. Et hunc licet dicas non minùs, quam Socratem, in seruitute vixisse: nisi fortè Cn. Pompeium, & Cæsarem, & Crassum, putas libertatis socios fuisse. Nemo mutatum Catonem, toties mutatâ Rep. vidit: eundem se in omni statu præstitit. In præturâ, in repulsâ, in accusatione, in prouinciâ, in concione, in exercitu, in morte, denique in illâ Reip. trepidatione, cum illinc Cæsar esset decem legionibus pugnacissimis subnixus, tot externarum gentium præfidiis hinc Cn. Pompeius, fatis vnus aduersus omnia. Cum alij ad Cæsarem inclinarent, alij ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas & Reip. partes. Si animo complecti volueris illius imaginem temporis, videbis ²³ illinc plebem & omnem erectum ad res nouas vulgum: ²⁴ hinc optimates & equestrem ordinem, quidquid erat in ciuitate sancti & lecti: duos in medio relictos, Remp. & Catonem. Miraberis, inquam, cum animaduerteris

Atridem, Priamumque, & seuum ambobus Achillem.

Vtrumque enim improbat, vtrumque exarmat. Hanc fert de vtroque sententiam. Ait se, si Cæsar vicerit, moriturum: si Pompeius, exsulaturum. Quid habebat quod timeret, qui ea sibi & victo & victori constituerat, quæ constituta esse ab hostibus iratissimis poterant? Perit itaque ex decreto suo. Vides posse homines labores pati? ²⁵ per medias Africae solitudines pedes duxit exercitum. Vides posse tolerare sitim? & in collibus arenibus, sine vllis impedimentis victi exercitus reliquias trahens, inopiam humoris lorica tus tulit, & quoties aquæ fuerat occasio, ²⁶ nouissimus bibit. Vides honorem & notam posse contemni? eodem quo repulsus est die, in comitio ²⁷ pilâ lusit. Vides posse non timeri potentiam superiorum? & Pompeium & Cæsarem, quorum nemo alterum offendere audebat, nisi vt alterum demereretur, simul prouocauit. Vides tam mortem D posse

18. PERPSSICIVM SENEM.] *Eadem vox in epist. LIII. Vide.*

19. VIGINTI ET SEPTEM.] *Tot annos, & aliquot menses, durauit bellum Peloponnesiacum. Thucydides, atque alij.*

20. TRIGINTA TYRANNIS.] *Quos Lysander Athenis imposuit. Adde De Tranquill. cap. III.*

21. SVB GRAVISSIMIS HOMINIBVS.] *Muretus edidit, criminibus: pronum erat & verum, nominibus.*

22. IUVENTVTIS CORRVPTELA.] *Tertullianus Apolog. I. Lego partem sententiæ Atticæ in Socratem, corruptorem adolescentium, pronun-*

ciatam. Plato in Apolog. Laërtius, alij.

23. ILLINC PLEBEM.] *A Cæsare.*

24. HINC OPTIMATES.] *A Pompeio.*

25. PER MEDIAS AFRICÆ SOLIT.] *A Cyrenis in Mauritaniam contendit. Plutarchus, & maxime Lucanus graphicè iter, atque eius incommoda, exsequitur.*

26. NOVISSIMVS BIBIT.] *Idem Lucanus: Vltimus haustor aquæ; cum tandem fonte reperto*

Indiga conatur latices potare iuuentus, Stat, dum lixa bibat.

27. PILA LVSTIT.] *Vide epist. LXXI.*

A posse contemni quàm exsilium? & exsilium sibi indixit & mortem, & interim bellum. Possumus itaque aduersus ista tantum habere animi: libeat modò subducere iugo col- lum. In primis autem despiciendæ sunt voluptates: eneruant, & effaminant, & multum petunt. multum autem à fortunâ petendum est. Deinde spernendæ opes: ²⁸ auctora- menta sunt seruitutum. Aurum & argentum, & quidquid aliud felices domos onerat, relinquatur. non potest gratis constare libertas. Hanc si magno aestimas, omnia paruo aestimanda sunt.

EPIST. CV.

BREVIA, sed *utilia*, præcepta ad *Securitatem*. *Lege, & vsurpa.*

B **Q**UAE obseruanda tibi sint, vt tutior viuas, dicam. Tu tamen sic audias conseo ista præcepta, quomodo si tibi præciperem, quâ ratione bonam valetudinem ¹ in Ardeatino tuereris. Considera, quæ sint quæ hominem in perniciem hominis instigent: inuenies spem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus istis, adeò leuissimum est contemptus, vt ² multi in illo remedij causâ delituerint. Quem quis contemnit, calcat sine dubio, sed transit. Nemo homini contempto, pettinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens præteritur: cum stante pugnatur. Spem improborum vitabis, si nihil habueris quod cupiditatem alienam ³ & improbam irriter, si nihil insigne possideris. Concupiscuntur enim insignia, etiam si parum nota sunt. Sic verò inuidiam effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaueris, si scieris in finu gaudere. Odium autem ex offensâ sic vitabis, neminem laceffendo gratuito: à quo te sensus communis ruebitur. fuit enim hoc multis periculosum. Quidam odium habuerunt, nec inimicum. Illud ne timearis, præstabit tibi & fortunæ mediocritas, & ingenij lenitas: cum te esse homines scient, quem offendere sine periculo possint. Reconciliatio tua & facilis sit, & certa. Timeri autem tam domi molestum est, quàm foris: tam à seruis, quàm à liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Adice nunc, quòd qui timetur, timet. nemo potuit terribilis esse securè. Contemptus superest: cuius modum in suâ potestate habet, qui illum sibi adiunxit: qui contemnitur, quia voluit, non quia debuit. Huius incommodum & artes bonæ discutiunt, & amicitia eorum, qui apud aliquem potentem potentes sunt. quibus applicari expediet, non implicari: ne pluris remedium, quàm periculum constet. Nihil tamen æquè proderit, quàm quiescere, & minimum cum aliis loqui, plurimum secum. Est quædam dulcedo sermonis, quæ irrepit, & blanditur, & non aliter quàm ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierit, tacebit: nemo quantum audierit, loquetur. Qui rem non tacuerit, non tacebit auctorem. Habet vnusquisque aliquem cui tantum credit, quantum ipsi creditum est: vt garulitatem suam custodiat, & contentus sit vnus auribus, ⁴ populum faciet. Sic quod modò secretum erat, rumor est. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. Confusam vitam & perturbatam impotentes agunt: tantum metuunt, quantum nocent: nec vlllo tempore vacant. Trepidant enim cum fecerunt, hærent, conscientia aliud agere non

²⁸. AVCTORAMENTA SVNT.] *Id est, premia, quibus vendimus libertatem, imus in seruitutem.*

EPIST. CV. I. IN ARDEATINO.] *In illo igitur tractu Latij aer, vt apparet, non bonus aut saluber: neque nunc puto esse.*

2. MULTI IN ILLO REMEDII CAUSSA.] *Vt olim ille Brutus, liberator urbis, de quo Livius: Neque in animo suo quidquam regi timendum,*

neque in fortunâ concupiscendum relinquere statuit, contemptuque tutus esse, vbi in iure parum præsidij esset.

3. ET IMPROBAM IRRITET.] *Vellem, improbitatem.*

4. POPVLVM FACIET.] *Id est, etiamsi vni rem dixerit, ille porro vni, hic alteri, alterique: & ita populus sciet. Ipsam rem dicit, mihi clavam: & demissor, quid ita corrigi, poculum, Pincianus voluerit.*

GG 3

5. TVTVM

non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dat pœnas, quisquis exspectat: quisquis A autem meruit, exspectat. Tutum aliqua res in malâ conscientia præstat, nulla securum. putat enim se, etiam si non deprehenditur, posse deprehendi: & inter somnos mo- uetur, & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non satis illi oblitteratum vide- tur, non satis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, numquam fiduciam.

EPIST. CVI.

TENVIS & Chryssippæ quæstio, An Bonum sit corpus? In extremo aliquid contra argutias.

TARDIVS rescribo ad epistolas tuas, non quia districtus occupationibus sum: hanc excusationem caue audias: vaco, & omnes qui volunt, vacant. Neminem B res sequuntur: ipsi illas amplexantur, & argumentum esse felicitatis occupationem pu- tant. Quid ergo fuit, quare non protinus rescriberem tibi, de quo quærebas? Veniebat in contextum operis mei: scis enim me moralem philosophiam velle complecti, & om- nes ad eam pertinentes quæstiones explicare. Itaque dubitavi vtrum differrem te, an, donec suus isti rei veniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem: humanius visum est, tam longè venientem non detinere. Itaque & hoc ex illâ serie rerum coherentium ex- cerpam, & si qua erunt huiusmodi, non quærenti tibi vltro mittam. Quæ sint hæc, in- terrogas? Quæ scire magis iuvat, quam prodest: sicut hoc de quo quæris, an bonum corpus sit. Bonum prodest: facit enim: quod facit, corpus est: bonum, agit animum, & quodammodo format & continet: quæ ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt: corpora ergo sunt, & quæ animi sunt, nam & hic corpus est. Bonum hominis ne- cessè est corpus sit, cum ipse corporalis. Mentior, nisi & quæ alunt illud, & quæ valetu- dinem eius vel custodiunt vel restituunt, corpora sunt: ergo & bonum eius corpus est. C Non puto te dubitaturum, an affectus corpora sint, ut aliud quoque de quo non quæris, intulciam: tamquam ira, amor, tristitia. si dubitas, vide an vultum nobis mutant, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an ruborem euocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? tam manifestas corpori notas credis imprimi, nisi à corpore? Si affectus cor- pora sunt, & morbi animorum, & avaritia, crudelitas, indurata vitia, & in statum in- mendabilem adducta: ergo & malitia, & species eius omnes, malignitas, invidia, super- bia. Ergo & bona. primum quia contraria istis sunt: deinde, quia eadem tibi indicia præstabant. An non vides, quantum oculis det vigorem fortitudo? quantam intentio- nem prudentia? quantam modestiam & quietem reuerentia? quantam serenitatem læ- titia? quantum rigorem severitas? quantam remissionem veritas? Corpora ergo sunt, quæ colorem habitumque corporum mutant, quæ in illis regnum suum exercent. Om- nes autem quas retuli virtutes, bona sunt, & quidquid ex illis est. Numquid est dubium, an id quo quid tangi potest, corpus sit?

Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res, vt ait Lucretius. D
Omnia autem ista quæ dixi, non mutarent corpus, nisi tangerent: ergo corpora sunt. Etiamnum, cui tanta vis est, vt impellat & cogat & retineat & iubeat, corpus est. Quid ergo? Non timor retinet? non audacia impellit? non fortitudo immittit, & impetû dat? non moderatio refranat ac reuocat? non gaudium extollit? non tristitia adducit? Deni- que quidquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis gerimus imperio: quod imperat corpori, corpus

5. TUTUM ALIQUA RES.] Totidem serè ver- bis Seneca Tragicus:

Tutum aliqua scelus, at nulla securum tulit.

EPIST. CVI. SCIS ENIM ME MORA- LEM.] Scripsit libros eo titulo: heu, ubi sunt? Lactan- tius nominat, & dixi in Vita.

2. TAM LONGE VENIENTEM.] E Sici- liâ scribentem.

3. REMISSIONEM VERITAS.] Animus simplex & apertus, non se custodiens. Muretus, hilaritas, fecerat contra omnes libros: & certè præstitit tam læticia.

A corpus est: quod vim corpori affert, corpus. Bonum corporis corporale est: bonum hominis, & corporis bonum est: itaque corporale est. Quoniam, ut voluisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dicturum esse te video. Latrunculis ludimus: in superuacuis subtilitas teritur. non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est, sapere: imò simplicior. paucis opus est ad mentem bonam litteris. Sed nos ut cetera in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic litterarum quoque intemperantiâ laboramus: non vitæ, sed scholæ discimus.

EPIST. CVII.

SOLATUR Lucilium & erigit, in fugâ seruatorum. Ista & alia in vitam incidere: ideoque non inopinata esse debere. Patere igitur, quod non emendas. Bona & sapiens Epistola.

VBI illa prudentia tua? ubi in dispiciendis rebus subtilitas? ubi magnitudo? Tam pusilla te angunt? serui occupationes tuas, occasionem fugæ putauerunt. Si amici deciperent, (1) habeant enim sanè nomen, quod illis (2) Epicurus noster imposuit, & ita vocentur (3) quo turpius non sint omnibus rebus tuis. Desint illi, qui & operam tuam conterebant, & te aliis (4) molestum esse credebant. Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculum est, quàm queri, quòd spargaris in publico, aut inquineris in luto. Eadem vitæ condicio est, quæ balnei, turbe, itineris: (5) quædam intermittentur, quædam incident. Non est delicata res, viuere. Longam viam ingressus es: & labaris oportet, & arietes, & cadas, & laaseris, & exclames: (6) O mors, id est, mentiaris. Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis. Per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. Mori me vult? præparetur animus contra omnia.

C Sciat se venisse? ubi patiatul fulmen; sciat se venisse, ubi

Luctus & vltices posuere cubilia cura,

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes, contemnere potes: contemnes autem, si sæpe cogitaueris, & futura præsumperis. Nemo non fortius ad id cui se diu composuerat, accessit, & duris quoque, si præmeditata erant, obstitit. At contrâ imparatus, etiam leuissima expauit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit: & quia omnia nouitate grauiora sunt, hæc cogitatio assidua præstabit, ut nulli sis malo tiro. Serui te reliquerunt. Alium compilauerunt, alium accusauerunt, alium occiderunt, alium prodiderunt, alium calcauerunt, alium veneno, alium criminatione petierunt.

Quid-

EPIST. CVII. I. HÆBEANT ENIM SANE NOMEN.] Nam Stoici aliter, qui volunt solos sapientes inter se amicos esse, reliquos magis Socios, & utilitate aliquâ iunctos, quàm Amicos.

2. EPICVRVS NOSTER.] Ideò, noster, quia ad Lucilium scribit: quem supra etiam notabamus in sententiâ illâ fuisse. Epicurus autem Amicos solâ utilitate censet, & parari vult diu ita, & xpoat: ob vltus: sicut & terram serimus ob fructus. Laertius: & adde supra, epist. IX.

3. QVO TURPIVS NON SINT.] Valdè hac confusa. Fortasse: quid? turbandisne sint omnibus rebus tuis? Non dico si serui fugiant, sed si Amici illi vulgares (veri non possunt) deserant: ideoque angere, & res tuas turbatas rationes, putes? Pincianus aut Muretus faciebant: quota pars abesset rebus tuis?

4. MOLESTVM ESSE CREDEBANT.] Sic omnes libri: at Muretus, molestum reddebant. Haud

malè, pro sensu: pro vero putem, te aliis molestum & se reddebant. Ipsi importuni, & te faciebant: dum protrahi & commendari volunt, & spes suas te iuuante impleri.

5. QVÆDAM INTERMITTENTVR.] Fallor, aut, immittentur, verius: siue, in te mittentur. Alij consilio ludent, & te perent, alij & alia casu.

6. O MORS, ID EST, MENTIARIS.] Argutè hoc Muretus. Nqm optant mortem, sed ore: mens abhorret, & fugiat aduentem. Libri tamen quidam, metiaris: nec malè, si: id est, emetiatis. Hic finis & meta erit via, & mortem clamabis, & habebis. Certè hîc viantium imago.

7. VBI PATIATUR FVLMEN.] Ita meus & plures scripti. at alij: ubi tonat fulmen. E quibus Tac. Lectius acutè: ubi tonat, & fulminat. Equidem è priore illâ lectione nihil concinno, nisi placet: ubi glaciât, ubi fulminat.

GG 4

8. ACCI-

Quidquid dixeris, multis ⁸ accidit. Deinceps quæ multa & varia sunt in nos diriguntur. ⁹ Quædam in nos fixa sunt, quædam vibrant, & cum maxime veniunt, quædam ad alios peruentura, ¹⁰ nos stringunt. Nihil miremur eorum ad quæ nati sumus: quæ idè nulli quærenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico paria sunt. nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Æquum autem ius est, ¹¹ non quo omnes vsi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur æquitas animo, & sine querelâ mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit: algendum est. æstas calores refert: æstuum est. in temperies cæli valetudinem tentat: ægrotandum est. Et fera nobis loco occurret, & homo perniciosior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus: id possumus, magnum fumere animum, & viro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, & naturæ consentiamus. Natura autem hoc, quod vides, regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt: turbantur maria, cum quieverunt: stant inuicem venti: noctem dies sequitur: pars cæli consurgit, pars mergitur: contrariis rerum æternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est: hanc sequatur, huic pareat: & quæcumque fiunt, debuisse fieri putet: nec velit obiurgare naturam. Optimum est pati, quod emendare non possis: & ¹² Deum, quo auctore cuncta proueniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est, qui imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia, nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum, cui quidquid patimur, intextum est: & sic alloquamur Iouem, cuius gubernaculo moles ista dirigitur, quemadmodum Cleanthes noster versibus disertissimis alloquitur. quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur, Ciceronis viri disertissimi exemplo. Si placuerint, boni consules: si displicuerint, scies me in hoc secutum ¹³ Ciceronis exemplum.

- ¹⁴ Duc me parens, celsique dominator poli,
Quocumque placuit, nulla parendi mora est.
Assum impiger, fac nolle, comitabor gemens:
¹⁵ Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

Sic viuamus, sic loquamur. paratos nos inueniat atque impigros fatum. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit: at contra ille pusillus ac degener, qui obluetur, & de ordine mundi malè existimat, & ¹⁶ emendare mauult deos, quàm se.

8. ACCIDIT. DEINCEPS.] *Corrupta. Fortè, accidit, & accidet deinceps. Quàm multa & varia in nos diriguntur? Vel, varia sunt, quæ in nos.*

9. QUÆDAM IN NOS FIXA.] *Legam, in offibus fixa: vel certè, in nobis.*

10. NOS STRINGUNT.] *Libant nos leuiter, sed alibi sedent & feriunt. Per nostrum latus, alius laeditur.*

11. NON QVO OMNES VSI SVNT.] *Mallet, vsuti sunt.*

12. DEVM, QVO AVCTORE.] *Hoc enim Stoici capitale dogma habebant, & finem statuebant, Naturam, id est Deum sequi. Vide Manuduct. II. Dissert. XIX.*

13. CICERONIS EXEMPLVM.] *Quem eloquen-*

tia sua (ait Seneca pater) in carminibus destituit: Prasat. libri III. Controu.

14. DUC ME PARENS.] *Quidam, Duc o parens. Ipsi Græci versus sunt in Epicteti Enchiridiō in fine, sanè egregij & p̄y, & Cleanthe illo digni.*
Ἄγε δὲ μὲ ἀλλοῦ, καὶ σὶ γ' ἢ περὶ πατρὸς,
Ὁμοιωθῆναι ἑμὴν διατεταγμένους.
Ὡς ἔφομαί γ' ἀσπρος, ἢ δὲ μὴ δέλω,
Καυδὸς γὰρ σπρόγγος ἀδὲν ἦτρον ἔφομαι.

15. DUCUNT VOLENTEM FATA.] *Non est in D Græcis hic versus: & puto insticum esse, atque alibi lectum.*

16. EMENDARE MAUULT.] *Carpit diuina & Prouidentiam, alia illa esse veliit magis, quàm se alium.*

EPIST. CVIII.

QUOMODO philosophi legendi, vel audiendi sint? Cum dilecti, & ea maximè excerpenda & imbibenda, quæ faciunt vitæ. Oblectamenta qui querunt, frustra sunt: tu emendationem. Nec id difficile; Natura enim ipsa vocat ad Honestum. Semina eius & fomites in animo nostro sunt: surgunt & excitantur, cum doctor & irritator accessit. A suo exemplo, cum apud Attalum disceret. Ostendit deinde, vario sine atque animo ad auctores legendos veniri: nos autem debere illo Philosophi. Pareamus: & legite atque audite vos ô Philologi.

ID de quo quæris, ex his est, quæ scire, tantum eò, ut scias, pertinet. Sed nihilominus quia pertinet, pertinaciter properas, nec vis expectare libros, quos cum maximè ordine continent totam moralem philosophiæ partem, statim expediam. Illud tamen prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi, quæ flagrare te video, dirigenda sit, ne ipsa se impediatur. Nec passim carpenda sunt, nec avidè inuadenda vniuersa: per partes peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet: nec plus occupari, quam cui sufficere possumus. Non quantum vis, sed quantum capis, hauriendum est. bonum tantum habet animus: capies, quantum voles. Quò plus recipit animus, hoc se magis laxat. Hæc nobis præcipere Attalum memini, cum scholam eius obsideremus, & primi veniremus, & nouissimi exiremus: ambulantes quoque illum ad aliquas disputationes euocarem, non tantum paratum discantibus, sed obuium. Idem, inquit, & docenti & discenti debet esse propositum: ut ille prodesse velit, hic proficere. Qui ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni ferat: aut sanior domum redeat, aut sanabilior. Redibit autem, ea enim philosophiæ vis est, ut non solum studentes, sed etiam conuersantes iuuet. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur: qui in vnguentariâ tabernâ resederunt, & paullo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt: & qui apud philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus. Attende quid dicam: negligentibus, non repugnantibus. Quid ergo? non nouimus quosdam, qui multis apud philosophum annis profecerint, & ne colorem quidem duxerint? Quid ni nouerim? pertinacissimos quidem, & assiduos: quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. Quidam veniunt ut audiant, non ut discant: sicut in theatrum voluptatis causâ ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diuersorium otij sit. Non id agunt ut aliqua illic vitia deponant, ut aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores suos exigant, sed ut oblectamento auriū perfruantur. Aliqui tamen & cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed verba: quæ tam sine profectu alieno discant, quam sine suo audiant. Quidam ad magnificas voces excitantur, & transeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quam solent Phrygij tibicinis sono semiuiri, & ex imperio furentes.

D EPIST. CVIII. I. ATTALVM MEMINI.] De quo pater in Suasoriâ II. Attalus Stoicus, qui solum vertit à Seiano circumscriptus, magnæ viri eloquentiæ: ex philosophis, quos nostra ætas vidit, longè & subtilissimus & facundissimus. Alibi noster nominat, laudatq̃.

2. IDEM, INQUIT, ET DOCENTI.] Imò non idem, sed id verius legas.

3. QUI IN SOLEM VENIT.] Memini in Ciceronis tibi (nisi fallor, De Oratore Dialogo) hanc similitudinem esse.

4. SED INQUILINOS VOCO.] Qui velut habitent tibi, sed in alieno: & idè nec afficiuntur, nec proficiunt.

5. CVM PUGILLARIBVS.] At mira edictio, & cui tamen sua ratio, Zenonis Stoici: τὸν ἀκούοντα ἄνω

πρὸς τοὺς λεγομένους γίνεσθαι δεῖν, ὥστε μὴ λαμβάνειν χρονον εἰς τὴν ἐπισημείωσιν: Auditorem philosophi sic affici debere, & dictis intentum esse, ut nec otium habeat ad excerpta aut subnotationes.

6. PHRYGII TIBICINIS SONO.] Lucianus in Nigrino: Ὁ ἀπειρὸν οἱ τὸ φρυγίου ἀυλοῦ ἀκούοντες, εἰ πάντες μαινόνται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτὰν τῆς Ρῆας λαμβάνονται, ἔτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος ὑπομεμνησκόνται τὸ πᾶθος: Sicut Phrygiæ tibicinis sonu qui audiunt, non omnes in furorem aguntur, sed qui Rhææ sacra addiditque sunt, illi reminiscuntur eo signo affectus.

7. SEMIVIRI.] Galli.

8. EX IMPERIO FURENTES.] Imperio Archigalli, & qui signum iubet dari.

9. OMNI-

furentes. Rapit illos instigatque rerum pulchritudo, non verborum inanium sonitus. A Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunam contumaciter, iuuat protinus quæ audias facere. Afficiuntur illi: & sint quales iubentur, si illa animo forma permaneat, si non impetum insignem protinus populus honesti dissuasor excipiat. Pauci illam, quam conceperant, mentem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti. ⁹ Omnibus enim natura fundamenta dedit, semenque virtutum: omnes ad omnia ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur. Non vides quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quæ publicè agnoscimus, & consensu vera esse testamur?

Desunt inopia multa, auaritie omnia.

In nullum auarus bonus est, in se pessimus.

Ad hos versus ille fordidissimus plaudit, & vitiis suis fieri conuicium gaudet. Quanto magis hoc iudicas euenire, cum à philosopho ista dicuntur: cum salutaribus præceptis versus inferuntur, efficacius eadem illa demissuri in animum imperitorum? Nam (¹⁰ vt B dicebat Cleanthes) quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum, patientiore nouissimè exitu effudit: sic sensus nostros clariore carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligentius audiuntur, minusque percutiunt, quamdiu solutâ oratione dicuntur: vbi accessere numeri, & egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur. De contemptu pecuniæ multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc præcipitur, vt homines in animo, non in patrimonio putent esse diuitias: eum esse locupletem, qui ¹¹ paupertati suæ aptus est, & paruo se diuitem fecit: magis tamen feriuntur animi, cum carmine eiusmodi dicta sunt:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod vult habet, qui velle quod satis est potest.

Cum hæc atque eiusmodi audimus, ad confessionem veritatis adducimur. Illi enim quibus nihil satis est, admirantur, acclamant, odium pecuniæ indicunt. Hunc illorum affe- C etum vbi videris, vrge, hoc preme, hoc onera, relictis ambiguitatibus, & syllogismis, & cauillationibus, & ceteris acuminis iriti ludicris. Dic in auaritiam, dic in luxuriam. cum profecisse te videris, & animos audientium affeceris, insta vehementius. Verisimile non est, quantum proficiat talis oratio remedio intenta, & tota in bonum audientium versa. Facillimè enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectique amorem. Adhuc docilibus leuiterque corruptis iniicit manum veritas, si aduocatum idoneum nacta est. Ego certè, cum Attalum audirem, in vitia, in errores, in mala vitæ perorantem, sæpe miser- tus sum generis humani, & illum sublimem altioremq; humano fastigio credidi. ¹² Ipse regem se esse dicebat: sed plus quam regnare mihi videbatur, cui liceret censuram agere regnantium. Cum verò commendare paupertatem cœperat, & ostendere, quam quid- quid vsum excederet, pondus esset superuacuum & graue ferenti: sæpe extrè è scholâ pauperi libuit. Cum cœperat voluptates nostras traducere, laudare castum corpus, sobriam mensam, puram mentem, non tantum ab illicitis voluptatibus, sed etiam super- D uacuis: libebat circumscribere gulam & ventrem. Inde mihi quædam permanserunt, Lucili. Magno enim in omnia impetu veneram: deinde ad ciuitatis vitam reductus, ex bene cœptis pauca seruauit. Inde ostreis boletisque in omnem vitam renunciatum est. Hęc enim non cibi, sed oblectamenta sunt, ad edendum saturos cogentia: quod gratissimum est edacibus, & se vltra quam capiunt farcientibus, facile descensura, facile reditura. Inde in omnem vitam vnguento abstinemus: quoniam optimus odor in corpore est nul- lus.

9. OMNIBVS NATVRA DEDIT.] *Explico in Manuduct. 11. Dissert. x.*

10. VT DICEBAT CLEANTHES.] *Merito ille, qui versibus pleraque scripsit: & suum igitur factum commendabat.*

11. PAVPERTATI SVÆ ATTVS EST.] *Ad eam se accommodat, & aptat. non vltra modum vivescens, eius cupit, aut sumit.*

12. IPSE REGEM SE.] *Stoico paradoxo. de quo Manuduct. 111. Dissert. XIII.*

A lus. Inde vino caret stomachus: inde in omnem vitam balneum fugimus. ¹³ Decoquere corpus, atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatumque credimus. Cetera proiecta redierunt: ita tamen, ut quorum abstinentiam interrumpi, modum seruem, & quidem abstinentiae proximiorum. nescio an difficiliorem: quoniam quaedam abscinduntur facilius animo, quam temperantur. Quoniam coepi tibi exponere, quantum maiori impetu ad philosophiam iuuenis accesserim, quam senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amore Pythagorae ¹⁴ iniecerit Sotion. Docebat, ¹⁵ quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utriusque causa erat, sed utriusque magnifica. Hic homini satis alimentorum circa sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiciēbat, contrahendam materiam esse luxuriam: colligebat, bonae valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras ¹⁶ omnium inter omnia cognationem esse dicebat, & aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla (si illi credas)

B anima interit, nec cessat quidē, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Viderimus per quas temporum vices, & quando pererratis pluribus domiciliis, in hominem reuertatur: interim sceleris hominibus ac parricidij metum fecit, cum possint in parentis animam insciji incurrere, & ferro morsūve violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Hæc cum exposuisset Sotion, & impleisset argumentis suis, Non credis, inquit, animas in alia corpora ¹⁷ atque alia describi? & migrationem esse, quam dicimus esse mortem? Non credis in his pecudibus ferisve, ¹⁸ aut aqua mersis, illum quondam hominis animum morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum caelestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire, & animos per orbem agi? Magni ista crediderunt viri. itaque iudicium quidem tuum sustine: ceterum omnia tibi integra serua. Si vera sunt ista, abstinuisset animalibus innocentia est: si falsa, frugalitas est. ¹⁹ Quod istic crudelitatis tuae damnum est? Alimenta tibi leonum & vulturum eripio. His instinctus, abstinere animalibus coepi: & anno peracto

C non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. ²⁰ Agiliorem mihi animum esse credebam: nec tibi hodie affirmauerim, an fuerit. Queris, quomodo desierim? In Tiberij Caesaris principatum iuuentæ tempus inciderat: ²¹ alienigenarum sacra mouebantur: sed inter argumenta superstitionis ponebatur, ²² quorundam animalium abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed ²³ philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redij: nec difficulter mihi, ut inciperem melius cænare, persuasit. Laudare solebat Attalus culcitram, quæ resisteret corpori: tali vtor etiam

13. DECOQUERE CORPVS.] *In balneis, & praesertim Laconicis: ad quæ spectant sequentia.*

14. INIECERIT SOTION.] *Seneca praeceptor, de quo in epist. XLIX. & ego in Manuduct. 1. Dissert. XII.*

D 15. QVARE ANIMALIBVS.] *Exstant dissertationes duæ Plutarchi, De esu carniū, pro Pythagoræ sensu, sanequā arguta. In altera etiam Stoicos tangit, qui cum delicias spernāt & reiciant, non item hanc cibi immanitatem. Vide, sodes.*

16. OMNIUM INTER OMNIA COGNAT.] *Ob illam animarum etiam in bruta corpora, migrationem. Decantata res, etiam poetis.*

17. ATQVE ALIA DESCRIBI.] *Id est, distribui.*

18. AVT AQUA MERSIS.] *Id est, piscibus, nam & is vel maximè abstinebant: Plutarchus.*

19. QVOD ISTIC CRVDEL.] *Sententia esset, quid ita crudelitas tua hac damna & stragem facit? Sed parum pro mente Seneca: & magis fuerit, Quod*

istic, nisi crudelitati tuae, damnum est? Coercetur sententia tua in hac abstinentia: quid aliud amittis? Possit &, credulitatis, legi.

20. AGILIOREM MIHI ANIMVM.] *Tecum sentiam: & assidua hæc uxorçaria, nimis Europais usurpata, brutos facit.*

21. ALIENIGENARVM SACRA.] *Siue, ut ego olim, alienigena tum sacra. Nam vox, gentium, infarsita est præter libros. Iudæi autem & Aegyptii, sub Tiberio, urbe pulsati, & aliquot milia in Sardiniam ablegati. Tacitus, 11. Annal. atque ego ibi.*

22. QVORVMDAM ANIMALIVM ABSTINENTIA.] *Ut suis.*

23. PHILOSOPHIAM ODERAT.] *Hunc ipsum patris auersum ab eâ animum ostendit & tangit, Consol. ad Heluiam cap. XVI. Tamen aliter ipse pater in Prefatione lib. 11. Controu. ubi hortatur Metam filium ad hoc studium, & quietem. Et sanè aperta & indecora sit patris hæc insectatio. Itaque ambigo cum Tac. Lectio, an non verius: qui non philosophiam oderat, sed calumniam timebat.*

24. QVEM.

etiam senex, in quâ vestigium apparere non possit. Hæc retuli, vt probarem tibi, quàm A
vehementes haberent tirunculi impetus primos ad optima quæque, si quis exhortaretur
illos, si quis impelleret. Sed aliquid præcipientium vitio peccatur, qui nos docent dispu-
tare, non viuere: aliquid discipulorum, qui propositum adferunt ad præceptores suos, non
animum excolendi, sed ingenium. Itaque quæ philosophia fuit, facta philologia est.
Multum autem ad rem pertinet, quo proposito ad quam rem accedas. Qui grammati-
cus futurus, Virgilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium,

— *Fugit irreparabile tempus.*

Vigilandum est: nisi properamus, relinquimus. agit nos, agiturque velox dies: in scij ra-
pimur. omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus. Sed vt obseruet,
quoties Virgilius de celeritate temporum dicit, hoc vti verbo illum, FUGIT.

*Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, & dura rapit inclementia mortis.*

Ille qui ad philosophiam spectat, hæc eadem quò debet, abducit. Numquam Virgilius, B
inquit, dies dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est: & optimos
quosque primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, vt velocitatem rapidissi-
mæ rei possimus æquare? Meliora præteruolant, deteriora succedunt. ²⁴ Quemadmo-
dum ex amphorâ primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque tur-
bidumque subsidit: sic in ætate nostrâ, quod optimum, ²⁵ in primo est. Id exhauriri
in aliis potius patimur, vt nobis facem referemus. Inhareat istud animo, & tamquam
missum oraculo placeat:

*Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit.* —

Quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? quia iuuenes possumus
discere, possumus facilem animam, & adhuc tractabilem, ad meliora conuertere: quia
hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis, & exercen- C
dis per opera corporibus. Quod superest, seignius & languidius est, & propius à fine.
Itaque toto hoc agamus animo, & ommissis ad quæ diuertimus, in rem vnâ laboremus:
ne hanc temporis perniciosissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relictæ demum
intelligamus. Primus quisque tamquam optimus dies placeat, & ²⁶ redigatur in no-
strum. quod fugit, occupandum est. Hoc non cogitat ille, qui grammatici oculis car-
men istud legit. ideo optimum quemque primum esse diem, quia subeunt morbi, quia
senectus premit, & adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est: sed ait, Virgi-
lium semper vnâ ponere morbos & senectutem, non mehercule immerito. senectus
enim insanabilis morbus est. Præterea, inquit, hoc senectuti cognomen imposuit, tri-
stem illam vocat:

— *subeunt morbi, tristisque senectus.*

Non est quòd mireris, ex eadem materiâ suis quemque studiis apta colligere. In co-
dem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertum. Cum Ciceronis libros D
de Rep.prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiæ dedi-
tus: alius aliò curam suam mittit. Philosophus admiratur, contra iustitiam dici tam
multa potuisse. Cùm ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat,
duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Ser-
uij matre dubitatur: ²⁷ Anci pater nullus, Numæ nepos dicitur. Præterea notat cum
quem nos dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari legimus, apud antiquos ma-
gis tram

24. QUEMADMODVM EX AMPHORA.] *Talia in epist. 1. vide.*

25. IN PRIMO EST.] *Nec male, in primâ.*

26. REDIGATUR IN NOSTRVM.] *Vsurpamus & fruamur. Dies enim ita sunt nostri (poeta vetus:*

Hic meus est, dixere, dies:) alieni & nihil ad nos, qui elabuntur.

27. ANCI PATER NULLVS.] *Non quin reipsâ fuerit, sed fama traditus non existat. Obscurauit cum Numæ claritas: atque ita Numæ nepotem Linius & Dionysius dicunt.*

A gistrum populi vocatum. Hodieque id extat in Auguralibus libris: & testimonium est, quod qui ab illo nominatur magister equitum est. Acque notat, Romulum perisse solis defectione. Prouocationem ad populum etiam à regibus fuisse. Id ita in Pontificalibus libris aliqui putant, & Fenestella. Eosdem libros cum grammaticus explicuit, primum REAPSE dici ab Cicerone, id est, reipsa, in commentarium refert, nec minus SE P S E, id est, se ipse. Deinde transit ad ea, quæ consuetudo sæculi mutauit: tamquam quod ait Cicero, *Quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati*: hanc quam nunc 28 in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde Ennianos colligit versus, & in primis illos de Africano scriptos:

— *Cui nemo ciuis neque hostis
Quiuit pro factis reddere 29 opræpretium.*

Ex eo se ait intelligere, apud antiquos 30 non tantum auxilium significasse operam, sed opera. ait enim neminem potuisse Scipioni neque ciuem, neque hostem reddere opera
B præritium. Felicem deinde se putat, quod inuenerit, vnde visum sit Virgilio dicere:

— *Quem super ingens
Porta tonat celi.* —

31 Ennium hoc ait Homero furripuisse; Ennio Virgilium. Est enim apud Ciceronem in his ipsis de Rep. hoc epigramma:

*Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam:
Mi soli celi maxima porta patet.*

Sed ne & ipse, dum aliud ago, in philologum aut grammaticum dilabar, illud admono, auditionem philosophorum, lectionemque ad propositum beatæ vitæ trahendam: non vt verba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figuratque dicendi, sed vt profutura præcepta, & magnificas voces, & animosas, quæ mox in rem transferantur. Sic ista discamus, vt quæ fuerunt verba, sint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium vana-
C nale didicerunt: qui aliter viuunt, quam viuendum esse præcipiunt. Exempla enim se-
iplos inutilis disciplinæ circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur, obnoxij. Non magis mihi potest quisquam talis prodesse præceptor, quam gubernator in tempestate nauiscabundus. Tenendum est, rapiente fluctu, gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela: quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus & vomitans? Quanto maiore putas vitam tempestate iactari, quam vllam ratem? non est loquendum, sed gubernandum. Omnia quæ dicunt, quæ turbâ audiente iactant, aliena sunt. dixit illa Plato, dixit Zeno, dixit Chrysippus, & Posidonius, & ingens agmen tot ac talium. Quomodo probare possint sua esse, monstrabo: faciant quæ dixerint. Quoniam quæ volueram ad te perferri, iam dixi, nunc desiderio tuo satisfaciam, & in alteram epistolam integrum quod exegeras transferam: ne ad spinosam, & auribus erectis curiosisque audiendam, lassus accedas.

D 28. IN CIRCO CRETAM.] *Ab ipsa re, quia, vt Plinius ait, cretâ circum præducere solent, ad victoriæ notam: id est, metam eâ signare, vt conspicua esset. Id ipsum calce factum: & inde etiam nomen. Lucretius:*

— præscripta ad candida calcis.
29. OPRÆPRETIUM.] *Pro operæ: vt populus, poclum, antiqui, exstritis litteris mediis: nec in car-*

mine solum, sed vulgò.
30. NON TANTVM AVXILIVM.] *Vt in Comædiis sæpe, Da mihi hanc operam.*
31. ENNIVM HOC AIT HOMERO.] *Apud quem domus Olympi est, & portas suas habet, vt Iliad. 3.*

*Πρότῃσι δὲ πόρῃσι ποδῶν ἴχῃ Οὐλύμπιο:
In portis primis sese replicantis Olympi.*

EPIST. CIX.

QVAESTIVNCVLA, *An sapiens sapienti, & quomodo profit? Causa dubitandi, quia omnia summa in sapiente, nec adiectioni locus. Respondet tamen prodesse, & distimctè exsequitur. In fine detestatur argutias inutiles.*

AN sapiens sapienti profit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem, & summa adeptum: quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habenti, quaeritur. Profunt inter se boni: exercent enim virtutes, & sapientiam in suo statu continent. desiderat vterque aliquem, cum quo conferat, cum quo quaerat. Peritos luctandi, vsus exercet: musicum, qui paria didicit, monet. Opus est & sapienti, agitatione virtutum. Ita quemadmodum ipse se mouet, sic mouetur ab alio sapiente. Quid **B** sapiens sapienti proderit? impetum illi dabit, occasiones actionum honestarum monstrabit. Praeter haec, aliquas suas cogitationes exprimet, docebit quae inuenerit. Semper enim sapienti restabit quod inueniat, & quò animus eius excutrat. Malus malo nocet: facit peiorem, iram, metum incitando, tristitia assentiendo, voluptates laudando: & tunc maximè laborant mali, vbi plurimum vitia miscuere, & in vnum collata nequitia est: ergo ex contrario, bonus bono proderit. Quomodo inquis? Gaudium illi afferet, fiduciam confirmabit, ex conspectu mutuae tranquillitatis crescet vtriusque laetitia. Praeterea, quarundam illi rerum notitiam tradet. non enim omnia sapiens scit: etiam si sciret, breuiore vias rerum aliquis excogitare possit, & has indicare, per quas facilius totum opus circumfertur. Proderit sapienti sapiens: non scilicet tantum suis viribus, sed ipsius quem adiuuat. Potest quidem ille etiam relictus sibi, explicare partes suas. Vtetur propria velocitate: sed nihilominus adiuuat etiam, qui currentem hortatur. Non prodest tantum sapiens sapienti, sed sibi ipsi. Obiicies. Detrahe illi vim propriam, & ille nihil **C** agit. Isto modo dicas licet, non esse in melle dulcedinem. Nam ipse ille qui est, esse debet ita aptatus linguam palatoque ad huiusmodi gustum, ut ille tali sapore capiatur, non offendatur. Sunt enim quidam, quibus morbi vitio mel amarum videatur. Oportet vtrumque talem esse, ut & ille prodesse possit, & huic profecturo idonea materia sit. In summum, inquit, producto calorem calefieri superuacuum est: & in summum producto bonum superuacuum est, quod profit. Numquid instructus omnibus rebus agricola, ab alio instrui quaerit? Numquid armatus miles quantum in aciem exituro satis est, amplius arma desiderat? Ergo nec sapiens. satis enim vitae instructus, satis armatus est. Qui in summo est calore, ei non opus est adiecto, ut summum teneat. Ipse se, inquit, calor continet. Ad haec respondeo. Primum multum interest inter ista, quae comparas. Calor enim vnus est: prodesse variū est. Deinde calor non adiuuatur adiectione caloris, ut caleat: sapiens non potest in habitu suae mentis stare, nisi amicos aliquos similes sui admisit, cum quibus virtutes suas communicet. Adiace nunc, quod omnibus inter se virtutibus amicitia est. Itaque prodest, qui virtutes alicuius pares suis amat, amandasque inuicem praestat. Similia delectant: vtrique vbi honesta sunt, & probare ac probari sciunt. Etiamnum. Sapientis animum perite mouere nemo alius potest, nisi sapiens: sicut hominem mouere rationaliter non potest, nisi homo. Quomodo ergo ad rationem mouendam ratione opus est: sic ut moueatur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse dicuntur, & qui media nobis largiuntur, pecuniam, gratiam, incolumitatem, alia in vsus vitae cara aut necessaria: in his dicitur etiam stultus sapienti prodesse. Prodesse autem est, animum secundum naturam mouere virtute sua, aut eius qui mouebitur. Hoc non sine ipsius quoque qui proderit, bono fiet. necesse est enim, alienam virtutem

EPIST. CIX. I. NAM IPSE ILLE QUI
EST.] *Vales, qui edit.*

2. VIRTUTES ALICVIUS PARES SVIS.] *Nam*

Stoicum dogma erat, & Virtutes inter se pares, & omnes item Sapientes: neminem alterum excellere. Vide Manud. 11. Dissert. X I X.

3. SVM-

A tatem exercendo, exerceat & suam. Sed ut remoueat ista, quae aut summa bona sunt, aut summorum efficientia, nihilominus prodesse inter se sapientes possunt. Inuenire enim sapientem, sapienti per se res petenda est: quia naturam bonum omne carum est bono: & sic quisque conciliatur bono, quemadmodum sibi. Necessè est, ex hac quaestione, argumenti causam, in alteram transeam. Quæritur enim, an deliberaturus sit sapiens: an in consilium aliquem aduocaturus: quod facere illi necessarium est, cum ad hæc ciuilia & domestica venitur, & (ut ita dicam) mortalia. In his sic illi opus est alieno consilio, quomodo medico, quomodo gubernatori, quomodo aduocato, & litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti: suadebit enim: sed in illis quoque magnis ac diuinis, ut diximus, communiter honesta tractando, & animos cogitationesque miscendo, utilis erit. Præterea secundum naturam est & amicos complecti, & amicorum actu, ut suo proprioque latari. Nam si hoc non fecerimus, ne virtus quidem nobis permanebit, quæ in exercendo se, usu valet. Virtus autem suadet præsentia benè collocare, in futurum consulere, deliberare, & intendere animum: facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi assumpserit. Quærit itaque aut perfectum virum, aut proficientem, vicinumque perfectio. Proderit autem ille perfectus, si consilium communi prudentiam iuuerit. Aiunt homines plus in alieno negotio videre, quam in suo: hoc illis euenit, quos amor sui excæcat, quibusque dispectum utilitatis timor in periculis excutit. Incipiet sapere securior, & extra metum positus. Sed nihilominus quædam sunt, quæ etiam sapientes in alio, quam in se, diligentius vident. Præterea illud quod dulcissimum honestissimumque est, idem velle atque idem nolle, sapiens sapienti præstabit. Egregium opus pari iugo ducet. Perfolui quod exegeras, quamquam in ordine rerum erat, quas moralis philosophiæ voluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi dicere: In istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Toties enim illò reuertor: Quid ista me res iuuat? fortiosem faciet, iustiosem, temperatiosem? Nondum exerceri vacat: adhuc medico mihi opus est. Quid me doces scientiam inutilem? magna promissisti: exigua video. Dicebas intrepidum fore, etiam si circa me gladij micarent, etiam si mucro tangeret iugulum: dicebas securum fore, etiam si circa me flagrarent incendia, etiam si subitus turbo toto nauem meam mari raperet. ⁴ Hæc mihi præsta tu, ut voluptatem, ut gloriam contemnam: postea docebis implicita soluere, ambigua distinguere, obscura perspicere: nunc doce, quod necesse est.

EPIST. CX.

D GENIOS singulis datos: quos fauentes habet, qui Bonam mentem habet. Vota nostra & iudicia improba esse, res non ex vero estimantium. Vana optari, vana timeri. Remedium utrisque à Philosophiâ: quod nos vocat, spiritus superuacuis. Luxum denique producit, & castigat, Attali egregiâ oratione.

EX Nomentano meo te saluto, & iubeo te habere mentem bonam, ¹ hoc est, propitios deos omnes: quos habet placatos & fauentes, quisquis ² sibi se propitiavit. Sepone in præsentiam, quæ quibusdam placent: ³ Vnicuique nostrum pædagogum dari Deum,

3. SYMMORVM EFFICIENTIA.] Nota de Bonis Efficientibus: quæ explico Manud. II. Diss. XXII.

4. HÆC MIHI PRÆSTA TV, VT VOLVPT.] Putarem: Hæc mihi præsta: tum vt vol.

EPIST. CX. I. HOC EST, PROPITIOS DEOS.] Imò bonus & beatus non aliud est quam εὐδαιμόνων Græcis, id est εὐδὸν δ' ἀμύνα ἔχων, bonum Deum Geniumque habens. in Manuduct. II. Dissert. XIX.

2. SIBI SE PROPITIAUIT.] Quod bonus se-

cit, qui in tranquillo & pacato semper est, non sibi non aliis infestus. Vtrumque istud, mali.

3. VNICUIQUE NOSTRVM PÆDAGOGVM.] Via & vita huius ducem. Ita in tabulâ Ceberii Senex superne stat, chartam manu tenens vnâ, & alterâ nescio quid monstrans: atque is est Genius. Mandat autem in vitam ingredientibus, quid faciendum sit, & cui viæ se committere debeant. si velint esse salui. Hæc Pædagogum. & plura ego ex professo Physiol. I. Dissert. XIX.

Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero quos Qui- A
dius ait, *de plebe deos*. Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris maiores nostros, qui cre-
diderunt hoc, Stoicos fuisse: singulis enim ⁴ & Genium & Iunonem dederunt. Postea
videbimus, an tantum diis vacet, ut priuatorum negotia procurent: interim illud scito,
⁵ siue assignati sumus, ⁶ siue neglecti, & fortunæ dati, nulli te posse imprecari quid-
quam grauius, quam si imprecatus fueris, ut se habeat iratum. Sed non est, quare cui-
quam, quem dignum pœnâ putaueris, optes, ut infestos deos habeat: habet, inquam,
etiam si videtur eorum curâ & fauore produci. Adhibe diligentiam tuam, & intucere,
quid sint res nostræ, non quid vocentur: & scies plura mala ⁷ contingere nobis, quam
accidere. Quoties enim felicitatis causâ, & initium fuit, quod calamitas vocabatur?
Quoties magnâ gratulatione excepta res gradum sibi struxit in præceps, & aliquem iam
eminentem alleuauit etiamnum, tãquam ibi adhuc staret, vnde tutò caderet? sed ipsum
illud cadere non habet in se mali quidquam, si exitum spectes, vltra quem natura nemi-
nem deiicit. Propè est rerum omnium terminus, propè est, inquam, & illud vnde ⁸ fe- B
lix eiicitur, & illud vnde ⁹ infelix emittitur. Nos vtraque extendimus, & longa spe ac
metu facimus. Sed si sapias, omnia humanâ ¹⁰ conditione metire: simul & quod gau-
des, & quod times contrahe. Est tanti, diu nihil gaudere, ne quid diu timeas. Sed quare
istuc malum adstringo? non est quòd quidquam timendum putes. Vana sunt ista quæ
nos mouent, quæ attonitos habent. Nemo nostrum quid veri esset, excussit, sed metum
alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbatur accedere, & naturam ac bo-
num timoris sui nosse. Itaque res falsa & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur.
Tanti putemus oculos intendere: iam apparebit quam breuiâ, quam incerta, quam tu-
ta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio visa est:

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis

In tenebris metuunt: ita nos in luce timemus.

Quid ergo? Non omni puero stultiores sumus, qui in luce timemus? Sed falsum est,
Lucreti: non timemus in luce. omnia nobis fecimus tenebras: nihil videmus, nec quid C
noceat, nec quid expediat. totâ vitâ incursumus, nec ob hoc resistimus, aut circumspe-
ctius pedem ponimus. Vides autem quam sit furiosa res, in tenebris impetus. At meher-
cule id agimus, ut longius reuocandi sumus: & cum ignoremus quò feramur, velociter
tamen illò quò intendimus, ire perseueramus. Sed lucefcere, si velimus, potest. Vno au-
tem modo potest, si quis hanc humanorum diuinorumque notitiam acceperit: si illâ se
non perfuderit, sed infecerit: si eadem quamuis sciat, retractauerit, & ad se sepe retule-
rit: si quæsierit quæ sint bona, quæ sint mala; quibus hoc sit falsò nomen adscriptum:
si quæsierit de honestis, de turpibus, de prouidentia. Nec intra hæc humani ingenij sa-
gacitas sistitur. prospicere & ¹¹ vltra mundum libet, ¹² quo feratur, ¹³ vnde surrexe-
rit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet. Ab hac diuinâ contemplatione ab-
ductum animum in fordida & humilia pertraximus, ut auaritiæ seruiret, ut relicto
mundo

4. ET GENIUM ET IUNONEM.] *Hoc ita acci-
pe, non ut singuli utrumque habuerint, sed ut alte-
rum: & clarius esset, aut Genium, aut Iunonem.
Nam viris Genij attribuebantur, feminis Iunones.
Itaque mulieres Iunonem inuocabant, aut aduoca-
bant, ut illa apud Petronium: Iunonem meam ira-
tam habeam. In Tibullo, amator ad suam: Hæc per
sancatæ Iunonis numina iuro. In Satyrico; Et
per Iunonem domini iurante ministro: scilicet il-
lo molli & pathico, qui feminam se ferret & ex-
hiberet.*

5. SIVE ASSIGNATI SVMVS.] *Suo quisque
Deo, sicut Assignare seruum aut libertum, in Lu-
ris libris.*

6. SIVE NEGLECTI.] *Vt nemo curam nostri ge-
rat, Prouidentia non sit.*

7. CONTINGERE NOBIS.] *Ex voto & optato.* D

8. FELIX EIICITVR.] *Inuitus & relu-
ctans abit.*

9. INFELIX EMITTITVR.] *A miseris
liberandus.*

10. CONDITIONE METIRE.] *Si licebit,
si longum erit, si eueniet. Nihil tibi promitte in
alterutrâ sorte.*

11. VLTURA MVNDVM LIBET.] *Vbi Va-
cuum est.*

12. QVO FERATVR.] *Illo ipso Vacuo, in quo
voluitur. Nisi accipis, quò & ad quem finem fera-
tur: nullum, quia in se redit.*

13. VNDE SVRREXERIT.] *A quibus principiis.*

14. QVÆ-

A mundo terminisque eius, & dominis cuncta versantibus, terram rimaretur, & quæreret quid ex illâ mali effoderet, non contentus oblati. Quidquid nobis bono futurum erat, Deus & parens noster in proximo posuit. Non expectauit inquisitionem nostram: vltro dedit: nocitura altissimè pressit. Nihil nisi de nobis queri possumus. ea quibus periremus, nolente rerum naturâ & abscondente, protulimus. Addiximus animum voluptati: cui indulgere, initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni & famæ, ceteris æquè vanis & inanibus. Quid ergo nunc te hortor vt facias? nihil noui: nec enim nouis malis remedia quæruntur: sed hoc primùm, vt tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi vbique occurrent: superuacua & semper, & toto animo ¹⁴ quærenda sunt. Non est autem quòd te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam supellectilem: quæ est enim virtus, superuacua contemnere? tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quòd viuere sine regio apparatu potes: quòd non desideras ¹⁵ milliarios apros, nec ¹⁶ linguas phœnicopterorum, & alia portentosa luxuriæ iam tota animalia fastidientis, & certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor, si non contempseris etiam fordidum panem: si tibi persuaseris, herbas, vbi necesse est, non pecori tantùm, sed homini nasci: si scieris cacumina arborum explementum esse ventris, in quem sic pretiosa congerimus, tamquam recepta seruantem. sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quidquid acceperit? Delectant te disposita, quæ terra marique capiuntur. alia eò gratiora, si recentia perferuntur ad mensam: alia, si diu pasta & coacta pinguescere, fluunt, ac vix saginam continent suam. Delectat te nidor horum, arte quæ situs. At mehercule ista sollicitè scrutata, varicque condita, cum subierint ventrem, vna atque eadem fœditas occupabit. Vis ciborum voluptatem contemnere? exitum specta. Attalum meminisse cum magnâ admiratione omnium hæc dicere: Diu mihi, inquit, imposuere diuitiæ. stupebam, vbi aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat: existimabam similia esse quæ laterent, his quæ ostenderentur. Sed ¹⁷ in quodam apparatu vidi totas opes vrbis, cælatas ex auro & argento, & his quæ pretium auri argenti que vicerunt, exquisitos colores, & vestes vltra non tantùm nostrum, sed vltra finem hostium aduectas. Hinc puerorum perspicuos cultu atque formâ greges, hinc faminarum, & alia quæ res suas recognoscens summi imperij fortuna protulerat. Quid hoc est, inquam, aliud quàm irritate cupiditates hominum per se incitatas? Quid sibi vult ista pecuniæ pompa? ad discendam auaritiam conuenimus. At mehercules minus cupiditatis istinc effero, quàm attuleram. Contempsi diuitias, non quia superuacua, sed quia pusilla sunt. Vidi tunc, quàm intra paucas horas ille ordo, quamuis lentus dispositusque, transierit? hoc totam vitam nostram occupabit, quod totum diem occupare non potuit? Accessit illud quoque. tam superuacua mihi visa sunt habentibus, quàm fuerant spectantibus. Hoc itaque ipsi mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, ¹⁸ cohors culta seruorum, ¹⁹ lectica formosis imposita calonibus: Quid miraris? quid stupes? pompa est. Ostenduntur istæ res, non possidentur: & dum D placent, transeunt. Ad veras potius conuerte diuitias: disce paruo esse contentus: & illam vocem magnus atque animosus exclama: ²⁰ *Habeamus aquam, habemus potentiam, Jovi ipsi de felicitate controuersiam faciamus.* Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint.

Turpe

14. QUÆRENDASUNT.] *Vt longè posita, nec oblata.*

15. MILLIARIOS APROS.] *Saginato, grandes, mille librarum. In Poliorceticis de hoc luxu affatim dixi.*

16. LINGVAS PHOENICOPTERORVM.] *Apicio iudice eximij saporis. Vide Martialis epigramma LXXI. lib. XIII. Suetonium Vitellio, cap. XIII.*

17. IN QUODAM APPARATV.] *Circensi, vt apparet ex sequentibus: nam & Ordinem, & Pompam nominat.*

18. COHORS CVLTA SERVORVM.] *Ad multitudinem respicit. & bene item cohors, quia militari habitu erant, vt in epist. XLVII.*

19. LECTICA FORMOSIS.] *Nam & seruos lecticarios eligebant proceros, pulchros. Electorum meorum I. cap. XIX.*

20. HABEAMVS AQVAM.] *Sunt Epicuri verba, apud Stobæum ista: Επικουρος δ' ἄριστος ἐλάττωσε τῶν ἀπολαύσεων ὅ ὀλίγον ἐχέειν, πᾶσι γὰρ εἶναι ἰκανόν. ἔλεγε δὲ ἐπιούσιος ἐχειν καὶ τὸ διὰ ὑπερῶς δαίμονος ἀγωνίζεσθαι, μάλλον ἔχειν καὶ ὕδαρ: Epicurus*

Turpe est, beatam vitam in auro & argento reponere: equè turpe est in aquâ & polentâ. A Quid ergo faciam, si ista non fuerint? Quæris, quod sit remedium inopiæ? ²¹ famem fames finit. Alioqui quid interest, magna sint, an exigua, quæ seruire te cogunt? quid refert quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Hæc ipsa aqua & polenta in alienum arbitrium cadit: liber est autem, non in quem parum licet fortunæ, sed in quem nihil. Ita est: nihil desideres oportet, si vis Iouem prouocare, nihil desiderantem. Hæc nobis Attalus dixit: natura omnibus edixit. Quæ si voles frequenter cogitare, id ages, vt sis felix, non vt videaris: & vt tibi videaris, non aliis.

EPIST. CXI.

CAVILLOS, vanam & humilem philosophiam esse: veram illam de moribus, firmam, B altam. Huc eundem.

QVID vocentur Latinè sophismata, quæ sisti à me. Multi tentauerunt illis nomen imponere, nullum hæsit: videlicet quia res ipsa non recipiebatur à nobis, nec in vsu erat, nomini quoque repugnatum est. Aptissimum tamen videtur mihi, quo Cicero vsus est: ¹ Cauillationes vocat. quibus quisquis se tradidit, quæstiunculas quidem vafra neclit: ceterum ad vitam nihil proficit, neque fortior fit, neque temperantior, neque elatior. At ille qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiducia, inexuperabilis, & maior adeunti. Quod in magnis euenit montibus, quorum proceritas minus apparet longè intuentibus; cum accesseris, tunc manifestum fit, quam in arduo summa sint: talis est, mi Lucili, verus & rebus, non artificijs, philosophus. In edito stat admirabilis, celsus, magnitudinis veræ. Non exsurgit in plantas, nec summis ambulat digitis, eorum more qui mendacio staturam adiuuant, longioresque quam sunt, videri volunt: contentus est magnitudine suâ. Quid ni contentus sit eousque creuissè, quò manum fortuna non porrigit? ergo & supra humana est. Par sibi in omni statu rerum, siue secundo cursu vita procedit, siue fluctuat per aduersa ac difficilia. Hanc constantiam cauillationes istæ, de quibus paullò antè loquebar, præstare non possunt. Ludit istis animus, non proficit: & philosophiam à fastigio deducit in planum. Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc cum voles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum, dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inductum tenent, ac remorantur: cum tanta rerum moles vacet, cum vix tota vita sufficiat, vt hoc vnum discas, vitam contemnere. Quid regere? inquis. secundum opus est. Nam nemo illam benè rexit, nisi qui contempserat.

Gargettius exclamat dicens: Cui parum non sufficit, ei nihil sufficit. Additque, Paratum se cum Ioue de felicitate certare, si polentam habeat & aquam. Clemens Alexandrinus adspexit libro I I. Strom. *Ἐπίκουρος ἐν τῷ μὴ περιεῖν, καὶ δὲ δὲ ἴσιν, καὶ τῷ μὴ εὐδαιμονίαν τιθεῖν, τὴν ἰσότητος ἐπιφανοῦς φωνῆν, ἀσεβῶς εἰπῶν, ἐν ταύτοις καὶ Διὶ πατρὶ μάχεσθαι: Epicurus in non famendo, non fictiendo, non fingendo felicitatem ponens, vocem*

illam Deo æqualem emisit, impiè dicens, In istis se vel cum Ioue certaturum. Adde Aelianum Var. Hist. IV. cap. XIII. nostrum Senecam epist. XXV.

21. FAMEM FAMES FINIT.] Nam mors superuenit. D

EPIST. CXI. I. CAVILLATIONES VOCAT.] Vox quidem in Cicerone, sed vix pro isto sensu: magis pro dieteris, & argutijs. Potest in alijs libris, qui fuerunt.

EPIST.

EPIST. CXII.

DESPERAT de amico reformando, veterè annorum & vitiorum.

CVPPIO mehercule amicum tuum formari, vt desideras, & institui: sed valde durus capitur, imò potiùs, quod est molestius, valdè mollis capitur, & consuetudine malâ ac diutinâ fractus. Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non qualibet infitionem vitis patitur. si vetus & exesa est, si infirma gracilisque: aut non recipiet furculum, aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius naturamque transibit. Itaque solemus supra terram præcidere: vt, si non responderit, tentari possit secunda fortuna, & iterùm repetita infra terram inseratur. Hic de quo scribis & mandas, non habet vires. indulgit vitiis: simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationem, non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. non dico illum mentiri tibi: putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria: citò tamen cum illâ redibit in gratiam. Sed dicit se offendi vitâ suâ. Non negauerim. quis enim non offenditur? homines vitam suam & amant simul, & oderunt. Tunc itaque de illo feremus sententiam, cum fidem nobis fecerit, inuisam iam sibi esse luxuriam. nunc illis malè conuenit.

EPIST. CXIII.

QVAESTIO, An Virtutes sint Animalia? Stoicè assertit esse: itemque Vitia, & Affectus. Post ridendam nobis hodie disputatiunculam, à talibus auocat, ad vtilia vitæ vocat.

DESIDERAS tibi scribi à me, quid sentiam de hac quæstione iactatâ apud nostros: An iustitia, an fortitudo, prudentia, ceteraque virtutes, animalia sint. Hac subtilitate efficimus, Lucili carissime, vt exercere ingenium inter irrita videamur, & disputationibus nihil profuturum otium terere. Faciam quod desideras, & quid nostris videatur, exponam. Sed me in aliâ sententiâ profiteor esse. Puto quædam esse, quæ decent phæcastium palliatumque. Quæ sint ergo quæ antiquos mouerint, dicam. Animum constat animal esse: cum ipse efficiat, vt simus animalia, & cum ab illo animalia nomen hoc traxerint. Virtus autem nihil aliud est, quàm animus quodammodo se habens: ergo animal est. Deinde: Virtus agit aliquid: agi autem nihil sine impetu potest: si impetum habet, qui nulli est, nisi animali: animal est. Si animal est, inquit, virtus, habet ipsam virtutem. Quid ni? habet seipsam. Quomodo sapiens omnia per virtutem gerit, sic virtus per se. Ergo, inquit, & omnes artes animalia sunt, & omnia que cogitamus, quæque mente complectimur. Sequitur, vt multa animalium millia habitent in his angustiis pectoris, & singuli multa simus animalia, aut multa habeamus animalia. Queris, quid aduersus ista respondeatur? Vnaquæque res ex istis animal erit, multa animalia non erunt. Quare? dicam, si mihi accommodaueris subtilitatem & intentionem

EPIST. CXII. I. EX NOSTRO ARTIFICIO.] Nam ipse cultor horti, & vinearum exitiis. Suprà epist. CIV.

EPIST. CXIII. I. QUÆ DECENT PHÆCASTIATVM.] Id est Græcum. cuius gentis, Phæcastia, & Pallium; vt Romanorum, Calcei & Toga. Vide De Benefic. VII. cap. XXI. Alij hic deesse suspicantur, non mihi visum. Continuo sententiam: Ego aliud sentio, nec Græcis illis Stoicis assentio. quare? decorè quadam illi, homines concessu omnium arguit & scholastici; quæ nos minime, Romani & graues, & serio philosophi.

2. ANIMVS QVODAMMODO SE HABENS.] Stoicorum hoc crebrum, in compendio sic tangere potius, quàm ponere. Vt: Quid est Animus? Spiritus quodammodo se habens: & plura, quæ occurrunt. Quia scilicet locus hic non est definiendi, & tantum exempli gratiâ tale ponitur.

3. HABET IPSAM VIRTUTEM.] Nescio an, ipsâ virtute. Id est, Si virtus animal, per virtutem est animal. Quod fatetur, & respondet. Ita statim legas: habet seipsâ.

HH 4

4 QUID.

tionem tuam. Singula animalia singulas debet habere substantias: ista omnia vnum **A**
 animum habent. Itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego & animal sum
 & homo, non tamen duos esse dices. Quare? quia separati esse debent. Ita dico, alter ab
 altero debet esse diductus, ut duo sint. ⁴ Quidquid vnum multiplex est, sub vnam cadit
 naturam: itaque vnum est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamen
 non sumus. quare? quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur, cum
 per se stabit: ubi vero alterius membrum erit, non poterit videri aliud. Quare? dicam:
 quia quod aliud est, suum oportet esse, & proprium, & totum, & intra se absolutum. Ego
 in alia esse me sententiam professus sum. Non enim tantum virtutes animalia erunt, si hoc
 recipitur: sed opposita quoque illis vitia & affectus, tamquam ira, timor, luctus, suspi-
 cio. Ultra res ista procedet. omnes sententiae, omnes cogitationes animalia erunt: quod
 nullo modo recipiendum est. Non enim quidquid ab homine fit, homo est. Iustitia quid
 est? inquit. Animus quodammodo se habens. Itaque si animus animal est, & iustitia.
 Minimè. hæc enim habitus animi est, & quædam vis. Idem animus in varias figuras **B**
 conuertitur, & non toties animal aliud est, quoties aliud facit: nec illud quod fit ab ani-
 mo, animal est. Si iustitia animal est, si fortitudo, si ceteræ virtutes: vtrum desinunt
 animalia esse subinde, ac rursus incipiunt, an semper sunt? Desinere virtutes non possunt:
 ergo multa animalia, imò innumerabilia in hoc animo versantur. Non sunt, inquit,
 multa: quia ex vno religata sunt, & partes vnius ac membra sunt. Talem ergo faciem
 animi nobis proponimus, qualis est Hydre, multa habentis capita, quorum vnum quod-
 que per se pugnet, per se noceat. Atqui nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis
 caput: ceterum ipsa vnum animal est. Nemo in Chimæram leonem esse animal dixit, aut
 draconem: hæc partes erant eius: partes non sunt animalia. Quid est, quo colligas iusti-
 tiam animal esse? Agit, inquit, aliquid, & prodest: quod autem agit aliquid, & prodest,
 impetum habet: quod autem impetum habet, animal est. Verum est, si suum impe-
 tum habet: suum autem non habet, sed animi. Omne animal donec moriatur, id est
 quod cæpit: homo donec moriatur, homo est: equus item, & canis: transire enim in **C**
 aliud non possunt. Iustitia, id est, animus quodammodo se habens, animal est. Creda-
 mus. Deinde animal est fortitudo, id est, animus quodammodo se habens. Quis ani-
 mus? Ille qui modò iustitia erat; tenetur in priore animali: in aliud animal ei transire
 non licet. In eo illi, in quo primùm esse cæpit, perseverandum est. Præterea vnus ani-
 mus duorum animalium esse non potest, multo minùs plurium. Si iustitia, fortitudo,
 temperantia, ceteraque virtutes animalia sunt: quomodo vnum animum habebunt?
 Singulos habeant oportet, aut non sunt animalia. Non potest vnum corpus plurium
 animalium esse: hoc & ipsi fatentur. Iustitiæ quod est corpus? animus. Fortitudinis
 quod est corpus? idem animus. Atqui vnum corpus esse duorum animalium non po-
 test. Sed idem animus, inquit, iustitiæ habitum induit, & fortitudinis, & temperantiæ.
 Hoc fieri posset, si quo tempore iustitia esset, fortitudo non esset: quo tempore fortitudo
 esset, temperantia non esset. Nunc verò omnes virtutes simul sunt. Ita quomodo erunt
 singula animalia, cum vnus animus sit, qui plus quàm vnum animal non potest facere? **D**
 Denique nullum animal pars est alterius animalis: iustitia autem pars est animi: non
 est ergo animal. Videor mihi in re confessam perdere operam. Magis enim indignan-
 dum de isto, quàm disputandum est. Nullum animal alterius pars est. Circumspice
 omnium corpora: nulli non & color proprius est, & figura sua, & magnitudo. ⁵ Inter
 cetera, propter quæ mirabile diuini artificis ingenium est, hoc quoque existimo, quod
 in tantâ copiâ rerum numquam in idem incidit: etiam quæ similia videntur, cum con-
 tuleris, diuersa sunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non suâ proprietate signatum.
 tot

4. QUIDQUID VNVM MULTIPLEX.] Alij, in vnum: vnde haud male, in vno.

5. INTER CETERA, PROPTER QUÆ.] Pulcherrima nota. & certè mira diuini artificis vis &

ingenium, qui tot varia, & ipsa paria disparia fecit. Inter tot milles milles homines, qui duo vultu vndique adsimulant? tale in alijs, mirandum, stupendum, diuinum.

A tot animalia: ⁶ nulli similitudo cum altero conuenit. Vtique aliquid interest. Exegit à se, vt quæ alia erant, & dissimilia essent, & imparia. Virtutes, vt dicitis, omnes pares sunt: ergo non sunt animalia. Nullum non animal per se aliquid agit. Virtus autem per se nihil agit, sed cum homine. Omnia animalia aut rationalia sunt, vt homines, vt dij; aut irrationalia, vt pecora. Virtutes vtique rationales sunt: atqui nec homines sunt, nec dij: ergo non sunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, nisi primum specie alicuius rei irritatum est, deinde impetum cepit, deinde assensio confirmauit hunc impetum. Quid sit assensio, dicam. Oportet me ambulare. tunc demum ambulo, cum hoc mihi dixi, & approbaui hanc opinionem meam. oportet me sedere: tunc demum sedeo. hæc assensio in virtute non est. Puta enim prudentiam animal esse: quomodo assentietur: Oportet me ambulare? ⁷ hoc natura non recipit: prudentia enim ei cuius est prospicit, non sibi. Nam nec ambulare potest, nec sedere: ergo assensionem non habet: quod assensionem non habet, rationale animal non est. Virtus si animal est, rationale

B est: rationale autem non est, ergo nec animal. Si virtus animal est: virtus autem bonum est: omne bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem seruare, bonum est: & sententiam prudenter in senatu dicere, bonum est: & iustè decernere, bonum est. Ergo & patrem seruare, animal est: & prudenter dicere, animal est. eousque res excedet, vt risum tenere non possis. Prudenter tacere, & canare bene, bonum est: ita & tacere & canare, animal est. Ego mehercule titillare non desinam, & ludos mihi ex istis subtilibus ineptiis facere. Iustitia & fortitudo si animalia sunt, certè terrestria sunt. Omne animal terrestre alget, esurit, sitit: ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia sitit. Quid porro non interrogabo illos, quam figuram habeant ista animalia, hominis, an equi, an feræ? Si ⁸ rotundam illis, qualem Deo, dederint formam: quæram, an & auaritia, & luxuria, & dementia æquè rotundæ sint: sunt enim & ipsæ animalia. Si has quoque corrotundaerint: etiamnum interrogabo, an prudens ambulatio animal sit, nec ne? confiteantur necesse est. Deinde dicant, ambulationem esse animal, & quidem rotundum. Ne putes autem me primum ex nostris, non ex præscripto loqui, sed meæ sententiæ esse: inter Cleanthem, & discipulum eius Chrysippum, non conuenit quid sit ambulatio. Cleanthes ait, spiritum esse à principali vsque in pedes permixtum: Chrysippus, ⁹ ipsum principale.

¹⁰ Quid est ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi qui se vindicet, & ista tot animalia, quot mundus ipse non potest capere, derideat? Non sunt, inquit, virtutes multa animalia, & tamen animalia sunt. Nam quemadmodum aliquis & poeta est & orator, & tamen vnus: sic virtutes istæ animalia sunt, sed multa non sunt. Idem est animus & iustus, & prudens, & fortis, ad singulas virtutes quodammodo se habens. Sublata est quæstio: conuenit nobis. Nam & ego interim fateor, animus animal esse: postea visurus, quam de istâ re sententiam feram. Actiones eius, animalia esse nego. Alioquin & ¹¹ omnia verba erunt animalia, & omnes versus. Nam si sermo prudens, bonum est: bonum autem omne animal est: sermo ergo animal est. Prudens versus, bonum est: bonum autem omne animal est: versus ergo animal est. Itaque,

D *Arma virumque cano,*
animal est: quod non possunt rotundum dicere, cum sex pedes habeat. ¹² Textorium, inquis,

6. NULLI SIMILITUDO.] *Omnes ferè scripti, nullius magnitudo. Fuerit: nullius imagini, putato, cum altero conuenit.*

7. HOC NATURA NON RECIPIT.] *Prisci, non præcipit. Forè: hoc natura non præcipit cum interrogatione, quæ afferendi vim habeat. Non enim hoc Prudentia iubet aut curat, sed ipsa Natura ad id facta.*

8. ROTUNDAM ILLIS, QVALEM DEO.] *Mundo, qui Stoicorum secundarius Deus.*

9. IPSVM PRINCIPALE.] *Nam in eâ parte, vt Laërtius ait, Stoicis xxī partas̄ iai xxī d̄p̄mal̄ xī x̄ov-*

rai: & phantasie, & appetitiones siue impetus, gignuntur. Cum Cleanthe faciat, quod Seneca Mouendi vim inter partes ministras recenset, epist. XCII. Hec illustranda ex III. Physiolog. Dissert. XVII. & XVIII.

10. QUID EST ERGO CUR.] *Alij distinguunt & legunt: ipsum principale quod est. Ergo cur. Si placet, tum malim: ipsum principale quid esse.*

11. OMNIA VERBA.] *Quæ sunt iis Corpora, sicut ipsa Vox: sed non Animalia.*

12. TEXTORIVM, INQVIS.] *Quod texas, re-texas: implicet, & soluas. It res in orbem. Vide an non*

inquis, totum mehercule istud est, quod cum maxime agitur, dissilio risu, cum mihi propono solæcismum animal esse, & barbarissimum, & syllogismum, & aptas illis facies, tamquam pictor, assigno. Hæc disputamus, attractis superciliis, fronte rugosâ. Non possum hoc loco dicere ¹³ illud Cæcilianum: *O tristes ineptias!* ridiculae sunt. Quin itaque potius aliquid utile nobis ac salutare tractamus, & quarimus quomodo ad virtutes venire possimus, quæ nos ad illas via adducat. Doce me, non an fortitudo animal sit: sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita conualuit, & omnes casus antequam exciperet, meditando prædomuit. Quid est fortitudo? munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitæ obsidione perdurat. Vtitur enim suis viribus, suis telis. Hoc loco tibi Posidonij nostri sententiam referre volo: *Non est quod unquam fortuna armis putes esse te tutum: tuis pugna contra ipsam. fortuita non armant.* Itaque contra hostes instructi, contra ipsam incrimis sunt. Alexander quidem Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quidquid gentium vsque in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatque: sed ipse modò ¹⁴ occiso amico, ¹⁵ modò amisso, iacebat in tenebris, aliàs scelus, aliàs desiderium suum mærens, victor tot regum atque populorum, iræ tristitiæque succubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in potestate, quàm affectus. O quàm magnis homines erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt mittere: felicissimosque se iudicant, si multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adiungunt, ignari quod sit illud ¹⁶ ingens paratumque regnum! Imperare sibi, maximum imperium est. Doceat me, quàm sacra res sit iustitia, alienum bonum spectans, nihil ex se petens, nisi usum sui. Nihil sit illi cum ambitione famaque: sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat, Me iustum esse gratis oportet. Parum est adhuc illud persuadeat sibi, Me in hanc pulcherrimam virtutem vltro etiam impendere iuuet: ut tota cogitatio à priuatis cõmodis quàm longissimè auersa sit. Non est quod spectes, quod sit iustæ rei præmium maius, quàm iustum esse. Illud adhuc tibi affige, quod paullò antè dicebam: nihil ad te pertinet, quàm multi æquitatem tuam nouerint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriæ. Non vis esse iustus sine gloriâ? at mehercules sæpe iustus esse debetis cum infamiâ. Et tunc, si sapias, mala opinio benè parta delectat.

EPIST. CXIV.

ELOQVENTIAM aliàs aliam esse, & placere: vti mores publici sunt. seueri, soluti, fracti. Ab animo colorem illam sumere: idque exemplo Mecænatiss docet. Illud igitur curandum & formandum esse: à quo sensus & verba deinde recta. Obiter contra luxuriam.

QVARE quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, quæris: & quomodo in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, ut aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta. Quare aliàs sensus audaces, & fidem egressi placuerint, aliàs abruptæ sententiæ, & suspiciosa, in quibus plus intelligendum est, quàm audiendum: quare aliqua ætas fuerit, quæ translationis iure vteretur inuerecundè. Hoc quod audire vulgò soles, quod apud Græcos in proverbium cessit, ¹ talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Quemadmodum autem vniuscuiusque

non distinguendum: Textorium, inquis, totum. Mehercule istud est. Nam illa Lucilio tribuuntur obiectanti: Seneca respondet, & probat.

13. ILLUD CÆCILIANVM.] *E comædiâ veteri: etsi meus & alij libri, illud Cæciliani. ut putes, Cæcilianum. fuisse, à noto illo oratore.*

14. OCCISO AMICO.] *Clyso.*

15. MODÒ AMISSO.] *Hephestione.*

16. INGENS PARATVMQVE REGNVM.] *Meus & plerique scripti, ingens parqueris regnum. Optime in quibusdam: parque diis regnum.*

EPIST. CXIV. I. TALIS HOMINIBVS ORATIO.] *Solonis dictum vetus: τὸν λόγον ἐδωλον εἶναι τῆς ἔργων: Sermonem imaginem factorum esse. Platonis: Οἷος ὁ λόγος, τοιοῦτος ὁ πρόσωπος: Qualis oratio, talis vita.*

2. MECÆ-

A cuiusque actio dicenti similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriae publicae, orationis lasciuia: si modò non in vno aut in altero fuit, sed approbata est, & recepta. Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est, si compositus, grauis, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium est: illo vitiato, hoc quoque afflatur. Non vides, si animus languet, trahi mēbra, & pigrè moueri pedes? si ille examinatus est, in ipso incessu apparere molliciem? si ille acer est & velox, concitari gradum? si furit, aut (quod furori simile est) irascitur, turbatum esse corporis motum, nec ire, sed ferri? Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? ab illo fingitur, illi parcat, inde legem petit. Quomodo Mecenas vixerit, notius est, quam vt narrari nunc debeat: quomodo ambulauerit, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia sua latere noluerit. Quid ergo? non oratio eius aequè soluta est, quam ipse discinctus? non tam insignita illius verba sunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam vxor? Magni ingenij vir fuerat, si illud egisset viâ rectiore, si non vitasset intelligi, si non etiam in oratione diffunderet. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis inuolutam, & errantem, & licentiae plenam. ² Mecenas in cultu suo. ³ Quid turpius amne, siluisque ripa comantibus? Vide vt alueum ⁴ lintribus arent, versoque vado ⁵ remittant hortos. Quid si quis femina ⁶ cirro crispata, & labris ⁷ columbatur? Incipitque suspirans, ⁸ vt ceruice laxa feratur. ⁹ nemo ¹⁰ tyranni, irremediabilis factio rimantur, epulis, laganaeque tentant domos, & sepe mortem exigunt. ¹¹ Genium festo vix suo testem, ¹² tenuis cerei sila & crepacem molam, focum mater aut vxor ¹³ inuestiunt. Non statim haec cum legeris, hoc tibi

occur-

2. MECENAS IN CULTU SVO.] Libri, de cultu suo.

3. QUID TURPIUS.] Fecerat Muretus, Quid purius, sensum credo secutus, sed aduersis omnibus libris: qui praefert quod vulgari. Fortasse, Mecenas in cultu suo quid turpius? tum versus:

Amne siluisque ripa comantibus.
Sunt enim versiculi ferè (quod obserues) vndecim sillabarum.

4. LINTRIBVS ARENT.] Vi Virgilius:
— vastum maris aequor arandum est.

5. REMITTANT HORTOS.] Scaliger ille eximius faciebat, remigant hortos: vt dicat quod Virgilius, — viridisque lecat placido aequore siluas. Sed versus vacillet, & legam ego, remi iciant hortos. Vidēsne, inquit, vt arent alueum tenuem inter hortos, & remis sublaui hortos ipsos verberent?

6. CIRRO CRISPATA.] Cuius cirri penduli crispentur, & annulati sint à calamistiro.

D 7. COLUMBATVR.] Rectè, & nota oscula colubina: tamen in meo palam, colubatur, quod non abhorreat à Mecenas sermone, & scimus bestias illas arte iungi, & Plauti verbo, limari. Quin & duplex lingua est coluborum, & idem Plautius alibi lusi. Fac me proserpentem bestiam, duplicem linguam vt habeam.

8. VT CERUICE LAXA FERATVR.] Scaliger, ferantur. Sed hoc verbi nusquam in scriptis, qui praefert omnes, sanantur, aut quidam fanatur. Quod postremum arripio, nouatore illo dignum: atque à Fano deriuo, & interpretor Furere atque insanire. Nonne ab eo Fanatici? Lego tamen singulari numero, fanatur, ex sensu: & paullo ante, & ceruice lapsa, quod item nonnulli libri, nam labi & iactari ceruix solet in furore.

9. NEMO TYRANNI.] Prisci libri, nemo re, quidam ne mori, alij nec more: quod vltimum probem, sed cum prioribus iungam, vt ultra morem bacchetur.

10. TYRANNI IRREMEDEABILIS.] Irremediabilem, diuinos, implacabilem atque insanabilem capimus: sed in sententiâ reliqua haurimus. Scaliger putat, direptionem domus describi, cum à tyranno milites immisi omnia esculenta ac poculenta praedam suam faciunt. Mihi videbantur describi satellites, aut ministri togata tyrannidis, qui in conuiuiis & poculis insidiantur, verba ibi liberiora captant, & exitium inde struunt. Haec factitata, vel è Tacito liquet, & ipso Seneca De Beneficiis. Sanè verba illuc eunt.

11. GENIUM FESTO.] Deparcum hominem describit, qui nec Genium Genij festo placat.

12. TENNIS CEREI.] Mihi rectum, lumen ibi tenue, cereus vix ceratus. Magnus ille vir, tenuis Ceteris, & ad farinam refert.

13. INVESTITVNT.] Idem interpretatur, fouent & calcaciunt, vultq, à Vestà ambitiosè formatum. Ego censebam, à Velle potius: & significari in auari illius edibus, ipso Genij festo, exiguum focum, quem assiderent & cingerent mater aut vxor: & demisse, vt solent, vestibus tegerent. Haec in partibus: ipsos versus ordinatos (pro meo iudicio) dabo: praefatus, non continuos fuisse, sed particulas electas à Seneca, in quibus nouitas vel affectatio eminent. Itaque argumenta palam dissident, nec herent. Fateor tamen ex longiore vno carmine esse, cui titulus De cultu suo. Commation vnum, de Cymbis inter hortos:

Amne, siluisque ripa* comantibus,
Vides vt alueum lintribus arent,
Versoque vado remi iciant hortos!

* Meus, conantibus: an à conol

Comma-

occurret, hunc esse qui ¹⁴ solutis tunicis in vrbe semper incesserit? Nam etiam cum ab-
sentis partibus Cæsaris fungeretur, signum à discincto petebatur. Hunc esse qui in tribu-
nali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut ¹⁵ pallio velaretur caput, exclu-
sis utrimque auribus, non aliter quàm in Mimo ¹⁶ diuites fugitiui solent? Hunc esse
cui, cum maximè ciuilibus bellis strepentibus, & sollicità vrbe & armatâ, comitatus hic
fuerit in publico: spadones duo, magis tamen viri quàm ipse? Hunc esse, qui ¹⁷ vxorem
millies duxit, cum vnâ habuerit? Hæc verba tam improbè structa, tam negligenter
abiecta, tam contra consuetudinem omnium posita, ostendunt mores quoque non mi-
nùs nouos & prauos, & singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis: pe-
percit gladio, sanguine abstinuit: nec vllâ aliâ re, quid posset, quàm licentiâ ostendit.
Hanc ipsam laudem suam corrumpit, istis orationis porterosissimæ deliciis. Apparet enim
mollem fuisse, non mitem. Hoc istæ ambages compositionis, hoc verba transfuersa, hoc
sensus magni quidem sæpe, sed enervati dum exeunt, cuius manifestum facient, mo-
tum illi felicitate nimiam caput: quod vitium hominis esse interdum, interdum temporis B
solet. Vbi luxuriam latè felicitas fudit, cultus primùm corporum esse diligentior incipit;
deinde supellectili laboratur; deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem
ruris excurrant, ut parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varien-
tur auro, ut lacunaribus pauimentorum respondeat nitor; deinde ad cœnas lautitia trans-
fertur, & illic commendatio ex nouitate, & soliti ordinis commutatione captatur. ut ea
¹⁸ quæ claudere cœnam solent, prima ponantur, ut quæ aduenientibus dabantur, exeun-
tibus dentur. Cum assuevit animus fastidire quæ ex more sunt, & illi pro fordidis solita
sunt; etiam in oratione quod nouum est, querit: & modò antiqua verba atque exoleta
reuocat & profert: modò fingit, & ignota desleat: modò id quod nuper increbuit, pro
cultu habetur, audax translatio, ac frequens. Sunt qui sensus prædicant, & hinc gratiam
sperant, si sententia pependerit, & audienti suspensionem sui fecerit: sunt qui illos deti-
neant, & porrigant: sunt qui non vsque ad vitium accedant (necesse est enim hoc face-
re, aliquid grande tentanti) sed qui ipsum vitium ament. Itaque vbi cumque videris C
oratione corruptam placere, ibi mores quoque à recto descivisse, non erit dubium. Quo-
modo conuiuiorum luxuria, quomodo vestium, ægræ ciuitatis indicia sunt: sic oratio-
nis licentia (si modò frequens est) ostendit animos quoque, à quibus verba exeunt, pro-
cidisse. Mirari quidem non debes corrupta excipi, non tantum à ¹⁹ coronâ sordidiore,
sed ab hac ²⁰ turbâ quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non iudiciis distant. Hoc
magis

Commatio alterum, Venereum:

Quid, si quis fœminæ cirro-crispatæ
Labris colubratæ?

Tertium, de Bacchabundâ:

— incipitque su-
Spirans, & ceruice lapsâ fanatur,
* Nec more.

Quartum, super tyrannide:

Tyranni irremediabilis factio
Rimantur epulis, lagenaque tentant
Domos, & sæpe mortem exigunt.

Quintum:

Geniumque festo vix suo testem.
Tenuis cerei fila, & crepacem molam.
Focum mater aut vxor inuestiunt.

Sed quid aliud agimus: in Senecâ pergamus.

14. SOLVTIS TVNICIS.] Notum & decanta-
tum est. Poëta de illo:

Improbe, quid tãdem tunicæ nocuète solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuète sinus?
vbi & de togâ laxâ fatetur.

15. PALLIO VELARETVR CAPVT.] Quod
imbecilli aut delicatuli solent. Nam reliquis capite

intesto. Docui in Amphitheatro, cap. xx. atque ibi
de ipso hoc loco.

16. DIVITES FUGITIVI.] Imò diuites non fu-
giunt, sed eorum serui. Scribo, Diuitis, igitur: aut
Diuite, ut is titulus fuerit Momi.

17. VXOREM MILLIES DVXIT.] Terentiam
suam, cum quâ assidua iurgia, diuortia, iterumq; con-
iugia. Vide De Prouid. cap. iiii. D

18. QUÆ CLAUDERE CÆNAM.] Non lactu-
cæ tantum, de quibus Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras incohet illa dapes?
sed de aliis etiam deliciis noster intelligit. quas aperit
Plutarchus viii. Conuiual. Quæst. cap. ix. vbi no-
tat, ordinem quoque ciborum causam morbis
dedisse. Quippe mensæ, inquit, quæ prius appel-
labantur frigida: ostreorum, echinorum, crudo-
rum olerum (inter quæ lactuca) ab ultimo agmi-
ne ad frontem traductæ, locum nunc obtinent
primum.

19. CORONA SORDIDIOR.] Pullatâ plebe.

20. TURBA QUOQUE CVLTIORE.] Nitidâ
& splendenti: Senatore & Equite.

A magis mirari potes, quòd non tantùm vitiosa, sed & vitia laudantur. Nam illud semper factum est: nullum sine veniâ placuit ingenium. Da mihi quemcumque vis magni nominis virum. dicam, quid illi atas sua ignouerit, quid in illo sciens dissimulauerit. Multos dabo, quibus vitia non nocuerint: quosdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ, & inter miranda propositos: quos si quis corrigit, delet. Sic enim vitia virtutibus immixta sunt, vt illas secum tractura sint. Adice nunc, quòd oratio certam regulam non habet. Consuetudo illam ciuitatis, quæ numquam in eodem diu stetit, versat. Multi ex alieno sæculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis, & Crassus, & Curio, nimis culti & recentes sunt: ad Appium vsque, & ad Coruncanum redeunt. Quidam contrà, dum nihil nisi tritum & vsitatum volunt, in sordes incidunt. Vtrùmque diuerso genere corruptum est, tam mehercules, quàm si vellent splendidis vti, ac sonantibus, & poëticis, necessaria, & in vsu posita vitare: tam hunc dicam peccare, quàm illum. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit: ²¹ ille & crura,

B ²² hic nec alas quidem vellit. Ad compositionem transeamus. quor genera tibi dabo in hac, quibus peccetur? Quidam præfractam & asperam probant; disturbant de industria, si quid placidius effluxit; nolunt sine salebrâ esse iuncturam; virilem putant & fortem, quæ aurem inæqualitate percutiat. Quorundam non est compositio: modulatio est: adeò blanditur, & molliter labitur. Quid de illâ loquar, in quâ verba differuntur, & diu expectata vix ad clausulas redduntur? Quid de illâ in exitu lentâ, qualis Ciceronis est, deuexa, & molliter desinens, nec aliter quàm solet, ad morem suum pedemque respondens? Non tantùm in genere sententiarum vitium est, si aut pusillæ sunt & pueriles, aut improbe, & plus ausæ quàm pudore saluo licet: sed si floridæ sunt, & nimis dulces, si in vanum exeunt, & sine effectu, nihil ampliùs quàm sonant. Hæc vitia vnus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est: ceteri imitantur, & alter alteri tradunt. Sic Sallustio vigente, amputata sententiæ, & verba ante expectatum cadentia, & obscura breuitas, fuere pro cultu. Arruntius vir raræ frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, & in illud genus nitens. Est apud Sallustium: *Exercitum argento fecit: id est, pecuniâ parauit.* Hoc Arruntius amare cepit: posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco: *Fugam nostris fecere.* Alio loco, *Hiero rex Syracusanorum, bellum facit.* Et alio loco: *Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere.* Gustum tibi dare volui. Totus his contextitur liber. Quæ apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & pænè continua, nec sine causâ. ille enim in hæc incidebat: at hic illa quærebat. Vides autem quid sequatur, vbi alicui vitium pro exemplo est. Dixit Sallustius: ²³ *Aquis hiemantibus.* Arruntius in primo libro belli Punici ait, *Repentè hiemauit tempestas.* Et alio loco, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: *Totus hiemauit annus.* Et alio loco: *Inde sexaginta onerarias, leues præter militem & necessarios nautarum, hiemante Aquilone misit.* Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Quodam loco Sallustius dicit: *Inter arma ciuilia æqui boni famas petit.* Arruntius non temperauit, quominus primo statim libro poneret: *Ingentes esse famas de Regulo.* Hæc ergo & huiusmodi vitia, quæ alicui impressit imitatio, non sunt indicia luxuriæ, nec animi corrupti. Propria enim esse debent, & ex ipso nata, ex quibus tu æstimes alicuius affectus. Iracundi hominis iracunda oratio est: commoti nimis incitata, delicati tenera & fluxa. Quod vides istos sequi, qui ²⁴ aut vellunt barbam, ²⁵ aut interuellunt: qui labra pressius tondent & abradunt, seruata & ²⁶ submissâ ceterâ parte: qui ²⁷ lacernas coloris improbi sumunt, qui

²⁸ perlu-

21. ILLE ET CRURA.] *Quod effeminati solent.*

22. HIC NEC ALAS.] *Atque ita hircum olet.*

23. AQUIS HIEMANTIBVS.] *De mari est. & tale hoc Horatij: — & atrum Defendens pisces hiemat mare.*

24. AVT VELLUNT BARBAM.] *De Breuit. vit. cap. XII.*

25. AVT INTERVELLUNT.] *Tertullianus De cultu fem. cap. VIII. Proprias præstigas formæ & hic sexus (virilis) sibi agnoscit, barbam actius cadere, interuellere.*

26. SUBMISSA CETERA PARTE.] *Puto magis, certâ parte: nêpe extremâ, & quâ uisæta vocamus.*

27. LACERNAS COLORIS IMPROBI.] *Purpurei aut coccinei. Ideò autem improbus, quia nodum tritus, & impudentia vel audacia aliquid habebat.*

²⁸ perlucentem togam, qui nolunt facere quidquam, quod hominum oculis transire liceat. Irritant illos, & in se aduertunt: volunt vel reprehendi, dum conspiciantur. Talis est oratio Mecænanis, omniumque aliorum, qui non casu errant, sed scientes volentesque. Hoc à magno animi malo oritur. Quomodo in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri, & inclinata ²⁹ vel perdita est: ita ista oratio (quid aliud quam ebrietas?) nulli molesta est, nisi animus labat. Ideò ille curetur: ab illo sensus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis est habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valente, oratio quoque robusta, fortis, virilis est: si ille procubuit, & cetera sequuntur ruinam.

— *Rege incolumi, mens omnibus vna est.*
Amisso, rupere fidem.

Rex noster est animus. hoc incolumi, cetera manent in officio, parent & obtemperant: cum ille paullum vacillauit, ³⁰ simul nutant. Cum verò cessit voluptati, artes quoque eius, actusque marcent, & omnis ex languido fluxoque conatus est. Quoniam hac similitudine usus sum, perseverabo. Animus noster modò rex est, modò tyrannus. rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum: ubi verò impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantque: qui initio quidem gaudet, ut solet populus largitione nociturâ frustra plenus, & quæ non potest haurire, contrectat. Cum verò magis ac magis vires morbus exedit, & in medullas nervosque descendere delicia: conspectu eorum, quibus se nimiam auiditate inutilem reddidit, lætus, pro suis voluptatibus habet spectaculum, alienarum subministrator libidinum, testisque, quarum sibi usum ingerendo abstulit. nec illi tam gratum est abundare iucundis, quam acerbum, quòd non omnem illum apparatus per gulam ventremque transmittit: non cum omni exoletorum fæminarumque turbâ conuolutatur: mæretque, quòd magna pars suæ felicitatis exclusa corporis angustiis, cessat. Numquid enim, mi Lucili, hic furor est, quòd nemo nostrum mortalem se cogitat? quòd nemo imbecillum? imò quòd nemo nostrum vnum esse se cogitat? Adspice culinas nostras, & concurrentes inter tot ignes coquos nostros: vnum videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Adspice ³¹ veteraria nostra, & plena multorum sæculorum vindemiis horrea: vnum putas videri ventrem, cui tot consulum regionumque vina conduntur? Adspice quot locis vertatur terra, ³² quot millia colonorum arent, fodiant: vnum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa feritur? Sani erimus, & modica concupissemus, si vnusquisque se numeret: metiatur simul corpus, sciatque, nec multum capere, nec diu posse. Nihil tamen æquè tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quidquid facies, respice ad mortem.

28. PERLUCENTEM TOGAM.] *Sericam aut bombycinam, fæminarum exemplo.*

29. VEL PERDITA EST.] *Amisisse enim mentem dicitur, qui eius usum. Atque hoc melius quam, prodita: ut alij.*

30. SIMVL NVTANT.] *Libri omnes, dubitant. Legerem, titubant.*

31. VETERARIA NOSTRA.] *Alij, veterana. quomodo in Scholiaste Horatij: Ioculariter ampho-*

ram, quam habebat in veterano, alloquitur. Veterana igitur, ubi vina vetera, aut ut veterascerent, reponebant: Apothecas alio nomine, aut & Horrea dicta. Horatius:

*Parcis deripere horreo
 Cessantem Bibuli consulis amphoram.*

32. QVOT MILLIA COLONORVM.] *Deus bone, nota opes vnus priuati hominis: & addeffis quæ in Admirandis lib. 11. dixi.*

EPIST. CXV.

CONTRA nimis sermonis aut stili anxios: & minuti hoc animi esse. Cum fiducia scribendum loquendumque, sine quaesito ornatu. Quem in animo potius spectata. O qualis ille, ubi Virtutes eum excoluerunt: omnes in amorem rapiat, si conspici possit. At externus iste splendor falsus, aut nihili est: item aurum omne & pecunia, qua miramur. Non faciunt hæc felices, aut securos: imò & miseros, & miserandos.

NIMIS anxium esse te circa verba & compositionem, mi Lucili, nolo: habeo maiora quæ cures. Quære quid scribas, non quemadmodum: & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias: ut illa quæ senseris, magis applices tibi, & veluti signes. Cuiuscumque orationem videris sollicitam & politam, scito animum quoque non minus esse pusillum occupatum. Magnus ille remissius loquitur, & securius: quæcumque dicit, plus habent fiduciæ, quam curæ. Nosti complures iuvenes, barbâ & comâ nitidos, de capsulâ totos: nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est, & fucata, & manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum vitile, concinnitas. Si nobis animum boni viri liceret inspicere, ô quàm pulchram faciem, quàm sanctam, quàm ex magnifico placidoque fulgentem videremus? hinc iustitiâ, illinc fortitudine, hinc temperantiâ, prudentiaque lucentibus. Præter has frugalitas, & continentia, & tolerantia, & libertas, comitasque, & (quis credat?) in homine rarum humanitas bonum, splendorem illi suum affunderent. Tum providentia, tum elegancia, & ex istis magnanimitas eminentissima, quantum, dii boni, decoris illi, quantum ponderis, gravitatisque adderent? quanta esset cum gratiâ auctoritas? Nemo illum amabilem, qui non simul venerabilem diceret. Si quis viderit hanc faciem altiore fulgentioreque, quàm cerni inter humana consuevit, nonne velut numinis occursum obstupefactus resistat, & ut fas sit vidisse, tacitus precetur? Tum aduocante ipsum vultus benignitate productus, adoret ac supplicet: & diu contemplatus multum exstantem, supraque mensuram solitorum inter nos adspici, elatam, oculis miti quidem, sed nihilominus viuido igni flagrantibus, tunc demum illam Virgilij nostri vocem verens atque attonitus emittat:

O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus

Mortalis, nec vox hominem sonat. —

Sis felix, nostrumque leues quæcumque laborem.

Aderit, leuabitque, si colere eam voluerimus. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque, suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed piâ & rectâ voluntate. Nemo, inquam, non amore eius arderet, si nobis illam videre contingeret. Nunc enim multa obstrigillant, & aciem nostram aut splendore nimio percipi-

D

EPIST. CXV. I. ET VELUTI SIGNES.] *Signo impresso munias, ne elabantur, ne eripiantur. Metaphora à vasis, quæ signare solemus custodiâ.*

2. DE CAPSVLA TOTOS.] *Mihi placeat. & est ipsum, quod nositer sermo habet. De arculâ prodire. Scilicet vestes, & quæ munda haberi volumus, capsâ aut arcâ clauduntur: toti ab eâ sunt, quorum habitus sic politus, ut prodire se recenter clamet. Adde De Tranquill. cap. I. Doctissimus tamen Scaliger descalpularato legit: eosque accipit.*

Effluit effuso quis toga laxa sinu.

3. SI CIRCUMTONSA EST.] *Perpolita, curiosè recisa, & velut rotundata. Nam sic in comâ solent. Varro in Fragmento: Alij sunt circumtonsi, & totti atque vinctuli, ut mangonis videantur esse serui.*

4. UT FAS SIT VIDISSE.] *Sollennis in occursum Deorum precatio. Apud Livium lib. I. Proculus conspecto Romulo, venerabundus adstitit, precibus petens, ut contra intuitu fas esset. Et L. Vitellius in Dione, cum Caligula rogasset, Ecquid cum Luna congregientem se vidisset? abiectis in terram oculis, Nam vobis Diis Domine, inquit, solis inter vos licet videre.*

5. AVRO ARGENTOQUE SUSPENSO.] *Interdonaria.*

6. STIPE INFUSA.] *Varro: Diis, cum thesauris assem dant, stipem dicunt. Adde nostrum De Benefic. VII. cap. IV.*

7. OBSTRIGILLANT.] *Obstant, se opponunt. Vide Nonium Marcellum in eo verbo.*

percutiunt, aut obscuro retinent. Sed quemadmodum visus oculorum quibusdam me- A
dicamentis acui solet, & repurgari: sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis vo-
luerimus, poterimus perspicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate op-
positâ, & humilitate & infamiâ obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem il-
lam, quamvis sordido oblectam. Rursus æquè malitiam, & ærumnosi animi veternum
perspiciemus: quamvis multus circa diuitiarum radiantium splendor impediatur, & in-
tuentem, hinc honorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc intelli-
gere nobis licebit, quàm contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus omne ludi-
crum in pretio est. Parentibus quippe, nec minùs fratribus, præferunt paruo ære empta
monilia. Quid ergo inter nos & illos interest, ⁸ vt Aristoteli ait, nisi quòd nos circa tabu-
las & statuas insanimus, cariùs inepti? Illos reperti in littore calculi leues, & aliquid ha-
bentes varietatis, delectant; nos ingentium maculæ columnarum: siue ex Ægyptiis are-
nis, siue ex Africæ solitudinibus aduectæ, porticum aliquam vel capacem populi cæna-
tionem ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos: cum sciamus quale sit, quòd B
absconditur. oculis nostris imponimus. Et cum ⁹ auro tecta perfundimus, quid aliud
quàm mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantum
parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue prætenditur: omnium istorum quos in-
cedere altos vides, ¹⁰ bracteata felicitas est. Inspice, & disces ¹¹ sub istâ tenui mem-
branâ dignitatis, quantum mali lateat. Hæc ipsa res tot magistratus, ¹² tot iudices de-
tinet, quæ magistratus & ¹³ iudices facit, pecunia; quæ ex quo in honore esse cœpit, ve-
rus rerum honor cecidit: mercatoresque & venales inuicem facti, quarimus, non quale
sit quid, sed quanti. Ad mercedem pij sumus, ad mercedem impij. Honeſta, quamdiu
aliqua illis spes inest, sequimur: in contrarium transituri, si plus scelera promittant. Ad-
mirationem nobis parentes auri argenti que fecerunt: & teneris infusa cupiditas altiùs
fedit, creuitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors, in hoc conuenit: hoc
suspiciunt, hoc suis optant, hoc Diis velut rerum humanarum maximum, cum grati vi-
deri volunt, consecrant. Denique eò mores redacti sunt, vt paupertas maledicto pro- C
broque sit, contempta diuitibus, inuisa pauperibus. Accedunt deinde carmina poë-
tarum, quæ affectibus nostris faciem subdant, quibus diuitiæ velut vnicum vitæ de-
cus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur. Dij immorta-
les posse, nec habere.

*Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro.*

Eiusdem currum adspice.

*Aureus axis erat, temo aureus, aurea summe
Curuatura rote, radiorum argenteus ordo.*

Denique quod optimum videri volunt sæculum, aureum appellant. Nec apud tragicos
desunt, qui lucro innocentiam, ¹⁴ salutem, opinionem bonam mutant.

¹⁵ *Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.*

An diues, omnes querimus: nemo, an bonus.

¹⁶ Non D

8. VT ARISTO AIT.] *Aristo ille Chius, Zeno-
nis discipulus.*

9. AVRO TECTA PERFUNDIMVS.] *Interiora
tectæ, id est lacunaria, è sequentibus: etsi superiora
etiam solent, & tegulas ipsas inaurare.*

10. BRACTEATA FELICITAS.] *Manet in ima-
gine, sicut illic auri tenuis bractea, siue lamina, in-
ducitur: sic in nostrâ istâ felicitate solidum non est,
species tantum & velut crusta.*

11. SVB ISTA TENVI MEMBRANA.] *Allusum
videatur ad dictum Antigoni regis, qui muliercule
admiranti felicitatem eius dixit: O mulier si scias
quantum mali sub fasciâ istâ (diademate) lateat,
nec humiliacem tollas.*

12. TOT IVDICES DETINET.] *In liibus cog-
noscendis & finiendis.*

13. IVDICES FACIT.] *Non tangit ambitum,
aut quòd emerint dignitatem: sed significat ex censu
& opibus fieri, quòd Rome obtinebat.*

14. SALVTEM, OPINIONEM.] *Retineo salu-
tem, etsi libri vacillant. Nam sequentia verba di-
cunt, etiam vitam & salutem sperni pro lucro. Quid
verba? res ipsa cottidie.*

15. SINE ME VOCARI.] *Non sunt vnus
poëta, sed plurium, hi versus: extremi autem Euri-
pidis, vt dicam.*

16. NON

A ¹⁶ Non quare, & unde: quid habeas, tantum rogant.
¹⁷ Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
 Quid habere nobis turpe sit, queris? nihil.
 Aut dives opto vivere, aut pauper mori.
 Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.

¹⁸ Pecunia ingens generis humani bonum,
 Cui non voluptas matris, aut blanda potest
 Par esse prolis, non sacer meritis parens.
 Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
 Merito illa amores calitum atque hominum mouet.

Cum hi nouissimi versus in tragediâ Euripidis pronunciati essent, totus populus ad eiciendum & actorem & carmen confurrexit vno impetu: donec Euripides in medium ipse profiluit, petens, ut expectarent, viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illâ fabulâ ¹⁹ pœnas Bellerophontes, quas in suâ quisque dat. Nulla enim auaritia sine pœnâ est, quamuis satis sit ipsa pœnarum. O quantum lacrimarum, ô quantum laborum exigiti! quàm misera desideratis, quàm misera partis est! Ad diem quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quemque diseruciant. Maiore tormento pecunia possidetur, quàm queritur. Quantum damnis ingemiscunt, quæ & magna incidunt, & maiora videntur! denique ut nihil illis fortuna detrahat, quidquid non acquiritur, damnum est. At felicem illum homines, & diuitem vocant, & consequi optant, quantum ille possidet. Fateor. Quid ergo? tu villos esse condicionis peioris existimas, quàm qui habent & miseriam, & inuidiam? Vtinam qui diuitias appetituri essent, cum diuitibus deliberarent! vtinam honores petituri, cum ambitiosis, & summum adeptis dignitatis statum! profectò vota mutassent: cum interim illi noua suscipiunt, ²⁰ qui priora damnauerant. Nemo enim est cui felicitas sua, etiamsi cursu venit, satisfaciât. Queruntur & de consiliis, & de processibus suis: maluntque semper, quæ reliquerunt. Itaque hoc tibi philosophia præstabit, quo equidem nihil maius existimo: numquam te pœnitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempestas nulla concutiat, non perducent te aptè verba contexta, & oratio fluens leniter. Eant ut volent, dum animo compositio sua constet, dum sit magnus, ²¹ & opinionum securus, & ob ipsa quæ aliis displicent, sibi placens: qui profectum suum vitâ æstimet, & ²² tantum scire se iudicet, quantum non cupit, quantum non timet.

16. NON QUARE ET UNDE.] *Satyricus: Vnde habeas querit nemo, sed oportet habere.*

17. VBIQUE TANTI.] *Idem: — tanti, quanti habeas, sis.*

18. PECUNIA INGENS.] *Hæc ex Euripide sine ipse, sine alius. Græci quidem in Stobæi Ser. LXXXIX.*

D Ω χρυσὲ, δὲ ξίωμα κάλλιστον βροτοῖς.
 Ὡς ἔδ' ἡ μήτηρ ἠδονὰς τοιαύτης χει,
 Οὐ παίδες ἀνθρώποισιν, ἀ φίλος πατήρ.
 Εἰ δ' ἡ κούρις τοιαύτων ὀφθαλμοῖς ὄρα,
 Οὐ θαυμά εἰρωτας μύρις αὐτὴν τρέφειν:
Veritè liberius, sed elegantissimè, & puto, ipse. Moneo, Græcos etiam in IV. libro Athenai legi, & versus auctiores: sed quem Seneca hic neglexit.

19. POENAS BELLEROPHONTES.] *Si pœtarum est ille Bellerophontes, nescio quid illi cum auro. Ambitione an superbiâ calum affelasse lego, & Pega-*

so iam subuolantem, excussum à Ioue & occisum: de auaritiâ, quæ hic tangitur, querendum est.

20. QUI PRIORA DAMNAUERANT.] *Aliàs, cum priora. Sed ego arbitror fuisse, quos priora. Nam homines damnantur votorum, cum eorum compotes sunt, & debent exsoluere. Sanè hoc dicit Seneca. adè non penitet ambitionis, ut qui votis ad honorem talem venerit, alia suscipiat ut iterum perueniat, altiusq; ascendat. At vulgata lectio penitentiam priorum inducit, minimè hic pro auctoris mente.*

21. ET OPINIONVM SECVRVVS.] *Quid alij de illo opinentur. Editi tamen olim, & quidam scripti, opinionum suarum securus: quòd planè diuersum esset, signaretq; firmum & certum decretorum.*

22. TANTVM SCIRE SE.] *Id est, Scientiam omnem factis & profectum æstimet: valde aut minus doctum, prout timet, cupit; non timet, non cupit.*

EPIST. CXVI.

CONTRA Peripateticos, excidendos Affectus, non temperandos esse: neque à Natura induci. A mollietate sententiam aduersam nasci.

VTRUM satius sit, modicos habere affectus, an nullos, sæpe quaesitum est. Nostri illos expellunt: Peripatetici temperant. Ego non video, quomodo salubris esse aut utilis possit vlla mediocritas morbi. Noli timere. nihil eorum, quæ tibi non vis negari, eripio: facilem me, indulgentemque præbebo rebus, ad quas tendis, & quas aut vitæ necessarias, aut vitales, aut iucundas putes: detraham vitium. Nam cum tibi cupere interdixero, ¹ velle permittam: ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore consilio, ut voluptates illas magis sentias. Quid ni? ad te magis peruenturæ sunt, si illis imperabis, quam si seruias. Sed naturale est, inquis, ut desiderio amici torquear: ² da tempus lacrimis tam iustè cadentibus. Naturale est opinionibus hominum tangi, & aduersis contristari: quare non permittas mihi hunc tam honestum malæ opinionis metum? Nullum vitium est sine patrocínio: nulli non initium est verecundum & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. Imbecillis est primò omnis affectus, deinde ipse se concitat, & vires dum procedit, parat: excluditur facilius, quam expellitur. Quis negat omnes affectus à quodam ³ quasi naturali fluere principio? curam nobis nostri natura mandauit: sed huic ubi nimium induleris, vitium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non ut illam peteremus, sed ut ea sine quibus non possumus viuere, gratiora nobis illius faceret accessio: ⁴ si suo veniat iure, luxuria est. Ergo ⁵ intransibilibus resistamus: quia facilius, ut dixi, non recipiuntur quam exeunt. Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permittite. sed illud aliquatenus longè producitur, nec ubi vis, accipit finem. Sapienti non sollicitè custodire se tutum est: & lacrimas suas & voluptates, ubi volent, sistet. Nobis quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Panætius respondisse adolescentulo cuidam quaerenti, *An sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus: mihi & tibi, qui adhuc à sapiente longè absumus, non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi.* Siue enim nos respexit, humanitate eius irritamur; siue contempsit, superbiâ accendimur. Æquè facilitas amoris, quam difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque conscij nobis imbecillitatis nostræ, quiescamus. Nec vino infirmum animum committamus, nec formæ, nec adulationi, nec vllis rebus blandè trahentibus. Quod Panætius de amore quaerenti respondit, hoc ego de omnibus dico. Quantum possumus nos, à lubrico recedamus: in sicco quoque parùm fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publicè contra Stoicos voce: Nimis magna promittitis, nimis dura præcipitis. nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parùm: concupiscemus, sed temperatè: irascemur, sed placabimur. Scis quare non possumus ista? quia nos posse non credimus. Imò mehercules, aliud est in re. Vicia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos concitemus. Nolle in causâ est: non posse prætenditur.

EPIST. CXVI. I. VELLE PERMITTAM.] *Voluntas enim Stoicis bona, & inter inuocabiles est, ut noto Manud. III. Dissert. v.*

2. DA TEMPVS LACRIMIS.] *Editi & scripti, Datus lacrimis: mutauitq. à se Muretus. Sed verius erat, Datus lacrimis: quare? quia, ut sequitur, iusta.*

3. QVASI NATVRALI.] *Non enim verè naturali: nam sic boni essent. Nos in Ethicis.*

4. SI SVO VENIAT IURE.] *Non ut accessoria, sed principalia: non ut ministra, sed domina.*

5. INTRANSIBVVS RESISTAMVS.] *Vide I. De Irâ, cap. VII. & VIII.*

EPIST.

A

EPIST. CXVII.

QVAESTIVNCVLA, An cum Sapientia bonum sit, etiam sapere? Stoici istud vulgò negant: alij asserunt, & ipse istis promior. Denique amolitur hæc superuacua, & ad formationem morum seridò vocat.

MVLTVM mihi tibi que negotium concinnabis, & dum nescis, in magnam me litem ac molestiam impinges, qui mihi tales quaestiuunculas ponis, in quibus ego nec dissentire à nostris saluà gratià, nec consentire saluà conscientià possum. Quæris, an verum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? Primum exponam, quid Stoicis videatur: tum dicere sententiam audebo. Placet nostris, quod bonum est, esse corpus: quia quod bonum est, facit: quidquid facit, corpus est. **B** Quod bonum est, prodest: faciat autem aliquid oportet, ut proficit: si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt: sequitur, ut necesse sit illam corporalem quoque dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est & accidens alteri, id est, sapientiæ: itaque nec facit quidquam, nec prodest. Quid ergo, inquiunt, non dicimus, Bonum est sapere? dicimus, referentes ad id ex quo pendet, id est, ad ipsam sapientiam. Aduersus hos quid ab aliis respondeatur, audi, antequam ego ¹ incipio secedere, & in aliâ parte considerare. Isto modo, inquiunt, nec beatè viuere bonum est. Velint nolint, respondendum est, beatam vitam bonum esse, & beatè viuere bonum non esse. Etiamnum quoque nostris illud opponitur. Vultis sapere? ergo expetenda res est sapere: si expetenda res est, bonum est. Coguntur nostri verba torquere, & vnam syllabam expetendo interponere, quam sermo nolter inferi non sinit. Ego illam, si pateris, adiungam. Expetendum est, inquiunt, quod bonum est: ² adexpetendum, quod bono contingit: quod, cum bonum consecuti sumus, non petitur tamquam bonum, sed petiro bono accedit. **C** Ego non idem sentio, & nostros iudico in hoc descendere: quia iam primo vinculo tenentur, & mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus ³ præsumptioni omnium hominum. Apud nos ⁴ veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri: tamquam deos esse, inter alia sic colligimus, quod omnibus de diis opinio insita est: nec vlla gens vsquam est adeò extra leges morisque proiecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum æternitate differimus, nõ leue momentum apud nos habet consensus hominum, ⁵ aut timentium inferos, ⁶ aut coequentium. Vtor hac publicâ persuasione: neminem inuenies, qui non putet & sapientiam bonum, & sapere. Non faciam ⁷ quod victi solent, ut prouocem ad populum: nostris incipiemus armis conflagere. Quod accidit alicui, utrùm extra id cui accidit est, an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tam corpus est, quàm illud cui accidit. Nihil enim accidere sine tactu potest: quod tangit, corpus est. Si extra est, postquam acciderat, recessit: quod recessit, motum habet: quod motum habet, corpus est. Speres me dicturum, non esse aliud cursum, aliud currere: **D** nec aliud calorem, aliud calere: nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si valetudo indifferens est, & valere indifferens est. Si forma indifferens est: & formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est: & iustum esse bonum est. Si turpitudine malum est: & turpem esse malum est. tam mehercules quàm si lippitudo

EPIST. CXVII. 1. INCIPIO SECEDERE.]

A Senatu sumptum, ubi discessione à consule permittitur, in hanc aut illam subselliorum partem ibant. Hoc erat, Pedibus in sententiam ire.

2. ADEXPETENDVM.] Expetendum, est αἰσπετόν; adexpetendum, αεσπαιρέτον.

3. PRÆSUMPTIONI.] Id est, præcepta opinionum. αεσπαιρέσις.

4. VERITATIS ARGUMENTVM.] Meritò. nam ipsa Veritas Græcis dicta ἀλήθεια, ὡς τὸ μὴ λήθον:

quod non lateat, sitq; omnibus nota.

5. AVT TIMENTIVM INFEROS.] Quasi pœna illic pendenda: ergo anime viuunt sentiuntq;.

6. AVT COEQUENTIVM.] Quia Deos manes illic penebant, & venerabantur. Supersum igitur.

7. QVOD VICTI SOLENT.] In arenâ & gladiatoris pugnis. ubi qui succubuerat, populi opem & misericordiam implorabat. Ego in Saturnal. 11. cap. XXII.

tudo malum est, & lippire malum est. Hoc ut scias, neutrum esse sine altero potest. A
 Quod sapit, sapiens est: quod sapiens est, sapit. Adeo non potest dubitari, an quale illud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrumque unum videatur atque idem. Sed illud libenter quaesierim: Cum omnia aut bona sint, aut mala, aut indifferentia, sapere in quo numero sit? Bonum negant esse. malum utique non est: sequitur, ut medium sit. Id autem medium atque indifferens vocamus, quod tam malo contingere quam bono potest: tamquam pecunia, forma, nobilitas. Hoc, ut sapiat, contingere nisi bono non potest: ergo indifferens non est. Atqui ne malum quidem est, quod contingere malo non potest: ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet, bonum est: sapere non nisi bonus habet: ergo bonum est. Accidens est, inquit, sapientiae. Hoc ergo quod vocas sapere, utrum facit sapientiam, an patitur? siue facit illud, siue patitur, utroque modo corpus est. Nam & ⁸ quod fit, & quod facit, corpus est. si corpus est, bonum est: unum enim deerat illi, quod minus bonum esset, quod incorporale erat. Peripateticis placet, nihil interesse inter sapientiam & sapere, cum in utrolibet eorum & alterum sit. Numquid enim B
 quemquam existimas sapere, nisi qui sapientiam habet? Numquid quemquam qui sapiat, non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt: ab illis diuisio usque ad Stoicos venit. Qualis sit haec, dicam. Aliud est ager, aliud agrum habere. Quid ni? cum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto concedes duo esse haec, id quod habetur, & cum qui habet: habetur sapientia: habet, qui sapit. Sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta: ars enim vitae est. Sapere quid est? non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum, quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturae corporum: tamquam, hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorum enunciatiui corporum. Hi habent proprium quiddam, & a corporibus seductum: tamquam, video Catonem ambulantem: hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos, & animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: ⁹ non corpus quidem est quod nunc loquor, sed C
 enunciatiuum quiddam de corpore: quod alij effatum vocant, alij enunciatum, alij edictum. Sic cum dicimus ¹⁰ sapientiam, incorporale quiddam intelligimus: cum dicimus, Sapit: de corpore loquimur. Plurimum autem interest, utrum illud dicas, an de illo. Putemus in praesentia ista duo esse: nondum enim quid mihi videatur, pronuncio: quid prohibet, quod minus aliud quidem sit, sed nihilominus bonum? Dicebas paullo ante, aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quid ni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur, eiusdem naturae sunt utraque, & qui habet sapientiam, & ipsa quae habetur. Praeterea illic aliud est quod habetur, alius qui habet: hic in eodem est, & quod habetur, & qui habet. Ager iure possidetur: sapientia natura. ille ab alienari potest, & alteri tradi: haec non discedit a domino. Non est itaque quod compares inter se dissimilia. Caeparam dicere, posse ista duo esse; & tamen utraque bona. Sapientia, & sapiens duo sunt: & utrumque bonum esse concedis. Quomodo nihil obstat, quod minus & sapientia bonum sit, & habens sapientiam: sic nihil obstat, quod minus & sapientia bonum sit, & habere sapientiam, id est, sapere. Ego in hoc volo sapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? non est id bonum, sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis, sapientiam, si sine usu detur, accipiendam non esse. Quis est usus sapientiae? Sapere: hoc est in illa pretiosissimum: quo detracto, superflua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malum est: adeo quidem, ut illa non sint mala, si quod

8. QVOD FIT, ET QVOD FACIT, CORPVS EST.] *Vide Physiol. 11. Dissert. IV.*

9. NON CORPVS QVIDEM EST.] *Hoc illud quod notat Empiricus lib. 1. aduers. Mathem. cap. 111. Incorporatum aliquid apud Stoicos dici λεπτόν: quod noster hic vertit Effatum, Edictum, Enunciatum. Vide Physiol. 11. Dissert. V.*

10. SAPIENTIAM, INCORPORALE QVIDEM INTELLIGIMVS.] *O falsum! pro Stoicis quidem aut Seneca. Haec omnia planissime sis corpora, Scientia, Sapientia, Veritas, Virtus: & docui in loco. Non dubie legendum, corporale quiddam, cum meis etiam libris: & puto in aliis sic fuisse. sed omiserunt dicere, quia inopinatus hic sensus.*

A si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectæ mentis est: sapere, vsus perfectæ mentis. Quomodo potest vsus eius bonum non esse, quæ sine vsu bonum non est? Interrogo te, an sapientia sit expetenda. fateris. Interrogo, an vsus sapientiæ sit expetendus. fateris. negas enim te illam recepturum, si vti eâ prohibearis. quod expetendum est, bonum est. Sapere, sapientiæ vsus est: quomodo eloquentiæ, loqui: quomodo oculorum, videre: ergo sapere, sapientiæ vsus est. vsus autem sapientiæ expetendus est: sapere ergo expetendum est: si expetendum est, bonum est. Olim ipse me damno, qui illos imitor dum accuso, & verba aperta rei impendo. Cui enim dubium potest esse, quin si æstus malum est, & æstuarum malum sit? si algor malum est, malum sit algere: si vita bonum est, & viuere bonum est? Omnia ista circa sapientiam, non in ipsâ sunt: at nobis in ipsâ commorandum est. etiam si quid euagari liber, amplos habet illa spatiososque fecerunt. De deorum naturâ quæramus, ¹¹ de siderum alimento, de his tam variis stellarum discursibus: an ad illarum motus nostra moueantur corpora, an corporibus omnium, animisque illinc impetus veniat. An & hæc quæ fortuita dicuntur, certâ lege constructa sint, nihilque in hoc mundo repentinum, aut expertis ordinis volutetur. Ista iam à formatione morum recesserunt: sed leuant animum, & ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt. Hæc verò de quibus paullo antè dicebam, minuunt & deprimunt, nec vt putas exacuunt, sed extenuant. Obsecro vos, cur tam necessariam curam maioribus melioribusque debitam, in re nescio an falsâ, certè in utili, terimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, hoc non esse? Temerè me geram, subibo huius voti aleam. tibi sapientia, mihi sapere contingat: pares erimus. Potiùs id age, vt mihi viam monstres, quâ ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid appetere: quibus animum labantem studiis firmem: quemadmodum quæ me ex transuerso ferunt aguntque, procul à me repellam. Quomodo par esse tot malis possim: quomodo istas calamitates remoueam, ¹² quæ ad me irruerunt: quomodo illas, ¹³ ad quas ego irrupi. Doce, quomodo feram ærumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno: quomodo vltimum necessarium vitæ terminum non expectem, sed ipsemet, cum visum erit, profugiam. Nihil mihi videtur turpius, quàm optare mortem. Nam si vis viuere, quid optas mori? si non vis, quid deos rogas, quod tibi nascenti dederunt? Nam vt quandoque moriaris, etiam inuito positum est: vt cum voles, in tuâ manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum his diebus principium diserti mehercules viri legi: *Ita*, inquit, *quamprimum moriar*. Homo demens, optas rem tuam. *Ita quamprimum moriar*. Fortasse inter has voces senex factus es. Alioqui quid in morâ est? nemo te tenet, euade quâ visum est. Elige quamlibet rerum naturæ partem, quâ tibi præberi exitum iubeas. Hæc nempe sunt elementa, quibus ¹⁴ hic mundus administratur: aqua, terra, ¹⁵ spiritus. Omnia ista tam causa viuendi sunt, quàm vitæ mortis. *Ita quamprimum moriar*. Quamprimum istud, quod esse vis? quem illi diem ponis? citiùs fieri quàm optas, potest. Imbecillæ mentis ista sunt verba, & ¹⁶ hac detestatione misericordiam captantis. Non vult mori, qui optat. Deos vitam roga, & salutem: si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere. Hæc, mi Lucili, tractemus, his formemus animum. Hæc est sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare. Tot questiones tibi fortuna posuit, nondum illas soluisti: iam cauillaris. Quàm stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ¹⁷ ventilare: remoue ista lusoria arma: ¹⁸ decretoriis opus est.

Dic

11. DE SIDERVM ALIMENTO.] *Quod è mari & aquis Stoici attribuebant. Physiol. II. Diss. XIV.*

12. QUÆ AD ME IRRVPERVNT.] *Aliunde, à Deo aut Fato: non accersita.*

13. AD QVAS EGO IRRVPI.] *Ipsè mihi struxi, in quas sponte me indui.*

14. HIC MVNDVS.] *Nempe inferior: & ideo tria tantum nominat. quantum superioris Mundi est, siue Cali, id est Ignis.*

15. SPIRITVS.] *Aër: sic passim ipse vocat.*

16. HAC DETESTATIONE.] *Significat hic Obtestationem, nec compositio minuit vim verbi simplicis, sed auget. Est enim precatio & votum.*

17. VENTILARE.] *Proludere, & brachia atque arma in speciem ventumq; iactare. A theatris arenisque sumptum. Ego in Saturn. II. cap. XIX.*

18. DECRETORIIS OPVS EST.] *Veris armis, & quibus de victoriâ vitæq; cernatur. Suprà, epist. CII.*

19. LVDO-

Dic quâ ratione nulla animum tristitia, nulla formido perturbet: quâ ratione hoc secre- A
tarum cupiditatum pondus effundam. Agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere
non est bonum. Sic lit. negemus, sapere bonum esse: vt hoc totum studium deridea-
tur, tamquam operatum superuacuis. Quid si scires etiam illud quæri, an bonum sit fu-
tura sapientia? Quid enim dubij est, oro te, an nec messem futuram iam sentiant horrea,
nec futuram adolescentiam pueritia viribus aut villo robore intelligat? Ægro interim ni-
hil ventura sanitas prodest, non magis quàm currentem luctantemque, post multos se-
cutorum sensus otium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurum
est, quia futurum est? nam quod bonum est, vtique prodest: nisi præsentia, prodesse non
possunt. Si non prodest, bonum non est vtique: si prodest, iam est. Futurus sum sapiens:
hoc bonum erit, cum fuero: interim non est. Prius aliquid esse debet, deinde quale esse.
Quomodo, oro te, quod adhuc nihil est, iam bonum est? Quomodo autem tibi magis
vis probari, non esse aliquid, quàm si dixerò, futurum est? nondum enim venisse appa-
ret, quod venit. Ver secutorum est: scio nunc hiemem esse. æstas secutura est: scio æsta- B
tem non esse. Maximum argumentum habeo nondum præsentis, futurum esse. Sapiam,
spero: sed interim non sapio. si illud bonum haberem, iam hoc carerem malo. Futurum
est, vt sapiam. ex hoc licet nondum me sapere intelligas. non possum simul & in illo bo-
no, & in hoc malo esse. Duo ista non coeunt, nec apud eundem sunt vnâ, bonum & ma-
lum. Transcurramus solertissimas nugas, & ad illa quæ nobis aliquam opem sunt latura,
properemus. Nemo qui obstetricem parturienti filiæ sollicitus accersit, edictum & 19 lu-
dorum ordinem perlegit. nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam 20 la-
trunculariam perspicit, vt sciat quomodo 21 alligatus exeat calculus. At mehercules
omnia tibi vndique nunciantur, & incendium domus, & periculum liberorum, & obsi-
dium patriæ, & bonorum direptio: adice istis naufragium, motusq; terrarum, & quid-
quid aliud timeri potest. Inter ista districtus, rebus, nihil aliud quàm animum oblectan-
tibus, vacas? Quid inter sapientiam, & sapere intersit, inquiris? nodos nectis ac soluis,
tantâ mole impendente capiti tuo? Non tam benignum ac liberale tempus natura no- C
bis dedit, vt aliquid ex illo vacet perdere: & vide, quàm multa etiam diligentissimis
pereant. Aliud valetudo sua cuique abstulit, aliud suorum: aliud necessaria negotia,
aliud publica occupauerunt: vitam nobiscum diuidit somnus. Ex hoc tempore tam
angusto, & rapido, & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in vanum?
Adiice nunc, quod affuescit animus delectare se potius, quàm sanare: & philosophiam
oblectamentum facere, cum remedium sit. Inter sapientiam, & sapere quid intersit, ne-
scio: scio meâ non interesse, sciam ista, an nesciam. Dic mihi, cum quid inter sapien-
tiam & sapere intersit, didicero, sapiam? Cur ergo potius inter vocabula me sapientiæ
detines, quàm inter opera? Fac me fortiorem, fac me securiorem, fac fortunæ parem,
fac superiorem. possum autem superior esse, 22 si fecero omne quod disco.

19. LVDORVM ORDINEM.] *Libelli aut tabule
propensi solent in publico, vbi apparatus omnis ludo-
rum descriptus: atque id mouenda & allicienda ple-
bi. Vide Saturnal. 11. cap. XVIII. Adde De Benef.
VI. cap. 1.*

20. LATRVNCLARIAM.] *De Brevit. vit. cap.
XIII. De Tranquill. cap. XIV.*

21. ALLIGATVS EXEAT.] *Pugna
enim erat, & alterius coloris calculi alteros ad li-
neam vltimam vrgebant: artis, implexum vel obsef-
sum euadere.*

22. SI FECERO.] *Scripti & antiquitus cusi,
si dixero: fuit, si vixero.*

A

EPIST. CXVIII.

IN ANES epistolas nolle se scribere: potius monitorum utilium vberes: & iam facit. Suedet sua, non aliena tractare; à Fortunâ nihil petere, nec ab eâ pendere. Verum bonum querendum: & quid illud sit, definitum. Itemque quid ab Honesto differat. Omne Bonum, secundum Naturam esse: nec tamen quidquid secundum Naturam, Bonum.

EXIGIS à me frequentiores epistolas. Rationes conferamus: soluendo non eris. Conuenerat quidem, vt tua priora essent; tu scriberes, ego rescriberem: sed non ero difficilis. benè credi tibi scio: itaque ¹ in antecessum dabo. Nec faciam, quod Cicero vir disertissimus facere Atticum iubet, vt etiam si rem nullam habebit, quod in buccam venerit, scribat. Numquam potest deesse quod scribam, vt omnia illa quæ ² Ciceronis implent epistolas, transeam: quis candidatus labore, quis alienis, quis suis viribus pugnet, quis consulum fiduciâ Cæsaris, quis Pompeij, ³ quis aperte petat: quàm durus sit fenerator Cæcilius, à quo minoris centesimis propinqui nummum mouere non possunt. Sua fatius est mala, quàm aliena tractare: se excutere, & videre, quàm ⁴ multarum rerum candidatus sit, & non suffragari. Hoc est, mi Lucili, egregium, hoc securum ac liberum, nihil petere, & tota fortunæ comitia transire. Quàm putas esse iucundum, tribubus vocatis, cum candidati ⁵ in templis suis pendeant, & alius nummos pronunciet; alius ⁶ per sequestrum agat; alius eorum ⁷ manus osculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est; omnes attoniti, ⁸ vocem præconis expectant, stare otiosum, & ⁹ spectare illas nundinas, nec ementem quidquam, nec vendentem? Quanto hic maiore gaudium fruitur, qui non prætoriam, aut consulariam comitia securus intuetur, ¹⁰ sed magna illa, in quibus ¹¹ alij honores anniuersarios petunt, ¹² alij perpetuas potestates, alij bellorum euentus prosperos triumphosque, alij diuitias, alij matrimonia ac liberos, alij salutem suam suorumque! Quanti animi res est, solum nihil petere, nulli supplicare, & dicere: Nihil mihi tecum fortuna: non facio tibi copiam. scio apud te Catones repelli, Vatinius fieri: nihil rogo. Hoc est ¹³ priuatam facere fortunam.

EPIST. CXVIII. I. IN ANTECESSUM.]

Fori verbum aut argentariorum. valet, soluere priusquam dies cesserit. Vide De Benef. IV. cap. XXXI.

2. CICERONIS IMPLERE EPIST.] Ad Atticum pleraque ista libro I.

3. QVIS APERTE PETAT.] Alij libri, quis arte; meus & quidam, aptè. An forte, abs se?

4. MULTARVM RERVM CANDIDATUS.] Externarum, & inanium: quas adspertur iudicio & ratione, etsi opinio & inclinatio eò vocent. Non igitur suffragatur: id est, petitioni suæ tali non subscribit.

5. IN TEMPLIS SVIS.] Editio Mureti, intenti suis: sanequàm licenter. Nam libri omnes, vt edidi. & capere licet vel templum, id est tabernaculum candidati, ubi contra solem tecti expectabant: si tamen illud inauguratum, & templum fuit. Scio quidem Consulem, & qui præerat comitiis tale Tabernaculum habuisse, ab Auguribus captum, & religione atque obseruatione quadam suâ: haud memini legere, de Candidatis, nisi hæcenus, quod in campo, vt dixi, tabernula aliqua vsi ad inuibrandum. Varro De Re rust. III. cap. II. Vis potius villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabellâ (vel magis, vmbellâ) domificemus nobis? Ita hæc legenda putem: & de more liquet. Sed nondum de Templo. An

ergo magis est, Seneca auo, cum iam totus ille Campus Martius templis adificiisq; publicis infessus; Candidatos non sibi priuatim vmbacula parasse, sed ad propinqua Tempia diuertisse: ibi euentum comitorum expectantes? Et auide quidem: atque hoc est, quod pependisse eos scribit.

6. PER SEQUESTREM.] Non pronunciet solum & promittat, sed nummos deponat & apud alium, fidei causâ, consignet.

7. MANVS OSCVLIS CONTERAT.] Vile, & seruale. Nam illi Dominis sic solent. Electa nostra altera vide, cap. de Osculis.

8. VOCEM PRÆCONIS.] Qui designatos renunciet.

9. SPECTARE ILLAS NVNDINAS.] Vetus hoc est, vitam esse vt Panegyrim aut nundinas: quò alij veniant vendendi, alij emendi causâ; honestissimus quisque spectandi tantum: noster palam apertat.

10. SED MAGNA ILLA.] Totius mundi comitia, præside Fortunâ.

11. ALII HONORES ANNIVERSARIOS.] Tribunatus, Prætoras, Consulatus.

12. ALII PERPETVAS POTES.] Regna & Principatus.

13. PRIVATAM FACERE FORT.] Id est, redigere in ordinem.

14. QUID

tunam. Libet ergo hæc inuicem scribere, & hanc integram semper egerere materiam, A circumspicientibus tot millia hominum inquieta: qui ut aliquid peltiferi consequantur, per mala nituntur in malum, petuntque mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim assecuto satis fuit, quod optanti nimium videbatur? Non est, ut existimant homines, auida felicitas, sed pusilla. itaque neminem satiat. Tu ista credis excelsa, quia longè ab illis iaces: ei verò qui ad illa peruenit, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc quærit ascendere. Istud quod tu summum putas, gradus est. Omnes autem malè habet ignorantia veri, tamquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. Deinde mala esse, aut inania, aut minora quàm sperauerint, adepti ac multa passii vident: maiorque pars miratur ex intervallo fallentia, & vulgò magna pro bonis sunt. Hoc ne nobis quoque eueniat, quæramus ¹⁴ quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit. Finiuit hoc alius alio modo, alius illud aliter expressit. Quidam ita finiunt: Bonum est, quod inuitat animos, quod ad se vocat. Huic statim opponitur: Quid si inuitat quidem, sed in perniciem? scis quàm multa mala, blanda sint. Verum, & verisimile, inter se differunt ita: Quod B bonum est, vero iungitur: non est enim bonum, nisi verum est. At quod inuitat ad se, & allicit facie, verisimile est: subrepat, sollicitat, attrahit. Quidam ita finierunt: Bonum est, quod appetitionem sui mouet, vel quod impetum animi tendentis ad se mouet. Et huic idem opponitur: multa enim impetum animi mouent, quæ petuntur petentium malo. Melius illi qui sic finierunt: Bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam mouet: & ita demum petendum est, cum cœpit esse expetendum. Iam & honestum est: hoc enim perfectè est petendum. Locus ipse me admonet, ut quid intersit inter bonum honestumque, dicam. Aliquid inter se habent mixtum, & inseparabile: nec potest bonum esse, nisi cui aliquid honesti inest: & honestum utique bonum est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est perfectum bonum, quo beata vita completur, cuius contactu alia quoque bona fiunt. Quod dico, tale est. Sunt quædam ¹⁵ neque bona, neque mala: tamquam militia, legatio, iurisdictio. Hæc cum honestè administrata sunt, bona esse incipiunt, & ex dubio in bonum transeunt. Bonum societate honesti fit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod bonum est, malum esse potuit: quod honestum est, nisi bonum esse non potuit. Hanc quidam finitionem reddiderunt: Bonum est, quod secundum naturam est. Attende quid dicam. Quod bonum est, & secundum naturam est: non protinus quod secundum naturam est, & bonum est. Multa quidem naturæ consentiunt: sed tam pusilla sunt, ut non conueniat illis boni nomen. Leuia enim sunt, & contemnenda: nullum nec minimum contemnendum bonum. Nam quamdiu exiguum est, bonum non est: cum bonum esse cœpit, non exiguum est. Vnde aliquid cognoscitur bonum? si perfectè secundum naturam est. Fateris, inquis, quod bonum est, secundum naturam esse: hæc eius proprietas est. Fateris & alia secundum naturam quidem esse, sed bona non esse. Quomodo ergo illud bonum est, cum hæc non sint? quomodo ad aliam proprietatem peruenit, cum vtrique præcipuum illud commune sit, secundum naturam esse? ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc nouum est, quædam crescendo mutari. Infans fuit, factus est pubes: alia eius proprietas fit: ille irrationalis est, hic rationalis. Quædam incremento non tantum in maius exeunt, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius fit. Vtrum lagenam an dolium impleas vino, nihil refert: in vtroque proprietas vini est. Exiguum mellis pondus, & magnum, sapore non differt. Diuersa ponis exempla. in istis enim eadem qualitas est: quamuis augeantur, manent. Quædam amplificata in suo genere, in suam proprietatem perdurant: quædam post multa incrementa, vltima demum vertit adiectio, & nouam illis, aliamque quàm in quâ fuerant, conditionem imprimunt. Vnus lapis fecit fornicem, ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo vinxit. Summa adiectio quare plurimum facit, vel exigua? quia non auget, sed implet. Quædam processu priorem exuunt formam, & in nouam transeunt. Vbi animus aliquid diu protulit, &

14. QUID SIT BONVM.] Vide *Manuduct.* II. *Dissert.* XXI.

15. NEQVE BONA, NEQVE MALA.] *Ea sunt, Medit.*

A magno incedendo sequendo lassatus est, infinitum cepit vocari, quod longè aliud factum quam finitum, cum magnum videretur, sed finitum. Eodem modo aliquid difficulter fecari cogitauimus: nouissimè crescente difficultate, insecabile inuentum est. Sic ab eo quod vix & aegrè mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit, & bonum fecit.

EPIST. CXIX.

DIVITIAS à nobis peti posse, & accipi, nil superuacuum petendo. Finem omnium rerum spectandum, qui Naturam non excedit. Satis ea habere, non multum, querit. Ostendit deinde diuites vulgò, omnes pauperes esse. Pulchra, & (Deus bone!) vera sunt.

B **Q**UOTIES aliquid inueni, non exspecto donec dicas, ¹ In commune: ipse mihi dico. Quid sit quod inuenerim, quæris? finum laxa, merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrimè possis, quod valdè cupis audire. Nec immeritò: ad maximas te diuitias compendiariâ ducam. ² Opus erit tamen tibi creditore. vt negotiari possis, as alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris, ³ nolo proxenete nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo, ⁴ Catonianum illud: à te mutuum fumes. *Quantulumcumque est, satis erit, si quidquid deerit, id à nobis petierimus.* Nihil enim, mi Lucili, interest, vtrum non desideres, an habeas. Summa rei in vtroque est eadem: non torqueberis. Nec illud præcipio, vt aliquid naturæ neges: contumax est, non potest vinci, suum poscit: sed vt quidquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium. Esurio: edendum est. vtrum hic panis sit plebcus, an siligineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, sed impleri. Sitio. vtrum hæc aqua sit ⁵ ex lacu proximo excepta, an ea quam ⁶ multâ niue clusero, vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc vnum iubet, sitim exstingui. Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murthinum, an ⁷ Tiburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Finem omnium rerum specta, & superuacua dimittes. Fames me appellat: ad proxima quæque tendatur manus: ipsa mihi commendabit, quodcumque comprehendero. Nihil contemnit esuriens. ⁸ Quid sit ergo, quod me delectauerit, quæris? Videtur mihi egregiè dictum: *Sapiens, diuitiarum naturalium est quæsitior accerrimus.* Inani me, inquis, lance muneris. ⁹ Quid est illud inane? Iam ego ¹⁰ paraueram fiscos: circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, ¹¹ quod publicum agitarem, quas accerferem merces. Decipere est istud, docere paupertatem, cum diuitias promi-

EPIST. CXIX. 1. IN COMMUNE.] *Græcorum erat prouerbiū, in re quam in viâ fortè inuenissent, rōndè ipsi: Communis Mercurius: quasi dicerent, & mihi pars esto. Phurnutus, de Mercurio: Siquis aliquid in itinere inuenit, moris est profari, Communi Mercurio: qui certè rei inuenta conscius est, vt qui in viis verletur.*

2. OPVS ERIT TAMEN CREDITORE.] *Quo ipso te, vt arguendo subdit.*

3. NOLO PROXENETÆ.] *Græco nomine œconomus, qui est velut pararius, conciliator, & interpres: qui partes contracturæ mediis ipse iungit.*

4. CATONIANVM ILLVD.] *Malim, Hecatonianum, cum Pinciano: & significatur sequens gnōmie, Quantulumcumque, & quæ sequuntur.*

5. EX LACV PROXIMO.] *Propertius: Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.*

6. MVLTÀ NIVE CLUSERO.] *Teneri potest. nam & aqua in vase circumdari niue solet, vt frigus capiat, niuis ipsius & vitij expers. Hodie etiam faciunt. Tamen alij, elusero.*

7. TIBVRTINVS CALIX.] *Fictilis.*

8. QVID SIT ERGO.] *De quo initio dixi, In commune debere proferrî.*

9. QVID EST ILLVD INANE?] *Improba vox, Inane: & faciam, In commune: vt ad ea verba alludat. Si tamen non superuacua: & certè in meo est, Quid est istud? iâmbè ego.*

10. PARAVERAM FISCOS.] *In quos pecuniam conicerem.*

11. QVOD PVBLICVM.] *Nam vectigalium redempturis prompta sape ad opes via.*

KK

11. IGNO-

promiseris. Ita tu pauperem iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, & patientiæ suæ bene- A
ficio, non fortunæ. Ideò ergo illum non iudicas diuitem, quia diuitiæ eius desinere non
possunt? Vtrum malis habere multum, an satis? qui multum habet, plus cupit; quod
est argumentum, nondum illum satis habere: qui satis habet, cōsecutus est, quod num-
quam diuiti contingit, finem. An has ideò non putas esse diuitias, quia propter illas ne-
mo proscriptus est? quia propter illas nulli venenum filius, nulli vxor impexit? quia in
bello tutæ sunt? quia in pace otiosæ? Quia nec habere illas periculosum est, nec opero-
sum disponere? An parum habet, qui tantum non alget, non esurit, non sitit? plus Iupi-
ter non habet. Numquam parum est, quod satis est: numquam multum est, quod satis
non est. Post Darium & Indos pauper est Alexander Macedo: quærit quod suum fa-
ciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit nouas, & vt ita dicam, mundi
claustra perumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. Inuentus est qui concupisce-
ret aliquid post omnia. Tanta est cæcitas mentium, & tanta initorum suorum vniciui-
que, cum processit, obliuio. Ille modò ¹² ignobilis anguli non sine controuersia domi- B
nus, ¹³ de tanto sine terrarum per suum rediturus orbem tristis est. Neminem pecu-
nia diuitem fecit: imò contrà, nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Quæris, quæ
sit huius rei causa? plus incipit habere posse, qui plus habet. Ad summam, quem voles
mihi ex his quorum nomina ¹⁴ cum Crasso Licinoque numerantur, in medium licet
protrahas: afferat censum, & quidquid habet, & quidquid sperat, simul computet: iste,
si mihi credis, pauper est; si tibi, potest esse. At hic qui se ad id quod natura exigit, com-
posuit, non tantum extra sensum est paupertatis, sed extra metum. Sed vt scias, quàm
difficile sit res suas ad naturalem modum coarctare, hic ipse quem circa naturam dixi-
mus, quem tu vocas pauperem, habet aliquid & superuacui. At excæcant populum, &
in se conuertunt opes, si numerati multum ex aliquâ domo effertur, si multum auri te-
cto quoque eius illinitur, si familia aut corporibus electa, aut spectabilis cultu est. Om-
nium istorum felicitas in publicum spectat: ille quem nos & populo & fortunæ subdu-
ximus, beatus introitum est. Nam quod ad illos pertinet, apud quos falsò diuitiarum C
nomen inuasit occupata paupertas: sic diuitias habent, quomodo habere dicimur fe-
brein, cum illa nos habeat. Econtrariò dicere debemus: Febris illum tenet. eodem mo-
do dicendum est, Diuitiæ illum tenent. Nihil ergo monuisse te malim, quàm hoc,
quod nemo monetur satis: vt omnia naturalibus desideriis metiaris, quibus aut gra-
tis satis fiat, aut paruo. Tantum miscere vitia desideriis noli. Quæris quali mensâ,
quali argento, ¹⁵ quàm paribus ministeriis, ¹⁶ & leuibus, afferatur cibus? nihil præ-
ter cibum natura desiderat.

*Num tibi, cum fauces vrit sitis, aurea queris
Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter
Pauonem rhombumque?*

Ambitiosa non est fames: contenta desinere est: quo desinat, non nimis curat. Infeli-
cis luxuriæ ista tormenta sunt. quærit quemadmodum post saturitatem quoque esu-
riat; quemadmodum non impleat ventrem, sed farciat; quemadmodum sitim primâ D
potione sedatam reuocet. Egregiè itaque Horatius negat ad sitim pertinere, quo po-
culo aqua, aut quàm eleganti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas,
¹⁷ quàm

12. IGNOBILIS ANGVLI.] *Macedoniæ. cui
prima claritas à Philippo.*

13. DE TANTO SINE TERRARVM.] *Diuites
aliquis, detecto.*

14. CVM CRASSO LICINOQVE.] *De
Crasso notum, nec de Licino ignotum. Iungit virum-
que & Persius:*

*Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit
in ædes.*

*Fuit Augusti prædines libertus, de quo Dio lib. LIV.
et si Λικίνιος, siue Licinium vocat: Iuuenalis Sat. 1.*

*& Scholias, Sidonius epist. VII. libri V. Carmen
de eo epitaphium:*

*Marmoreo hoc tumulo Licinus iacet, at Ca-
to nullo,*

Pompeius paruo. credimus esse Deos?

Nominat iterum noster in epist. seq.

15. QVAM PARIËVS MINISTERIIS.] *Acta-
te, aut colore paribus. De Brevit. vit. cap. XII. &
alibi in his Epistolis.*

16. ET LEVIBVS.] *Glabri, vt alibi vocat, &
sine pilis.*

17. QVAM

A¹⁷ quàm crinitus puer, & quàm perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis. Inter reliqua, hoc nobis natura præstitit præcipuum, quod necessitati fastidium excussit. Recipiunt superuacua delectum. Hoc parum decens, illud¹⁸ parum lautum, oculos hoc meos lædit. Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati. Ad salutem omnia parata sunt, & in promptu: deliciis omnia miserè ac sollicitè comparantur. Vtatur ergo hoc naturæ beneficio inter magna numerando: & cogitemus, nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quàm quia quidquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur.

EPIST. CXX.

BONI notitia quomodo ad nos venerit? obseruatione, & collatione: Natura etiam ducente. Venit & ex contrario: id est, vitij detestatione. Describit Sapientem, & vulgo petenda aut timenda calcantem, etiam ipsam mortem. Denique vnum semper, & sibi constantem.

EPISTOLA tua per plures quæstiunculas vagata est, sed in vnâ constitit, & hanc expediri desiderat: Quomodo ad nos boni honestique prima notitia peruenerit. Hæc duo apud alios diuersa sunt, ¹ apud nos tantum diuisa. Quid sit hoc, dicam. Bonum putant esse aliqui, quod vtile est, itaque hoc & diuitiis, & equo, & vino, & calceo nomen imponunt: tanta est apud illos boni vilitas, & adeò vsque ad fordida descendit. Honestum putant, cui ratio recti officij constat: tamquam pie curatam patris senectutem, adiutam amici paupertatem, fortem expeditionem, prudentem moderatamque sententiam. ² Ista duo quidem facimus, sed ex vno. Nihil est bonum, nisi quod honestum est: quod honestum est, vtiq; bonum. Superuacuum iudico adicere, quid inter ista discriminis sit, cum sæpe dixerim. Hoc vnum dicam: Nihil nobis bonum videri, quo quis & malè vti potest. Vides autem, diuitiis, nobilitate, viribus quàm multi malè vtantur. Nunc ergo ad id reuertor, de quo desideras dici: Quomodo ad nos prima boni honestique notitia peruenerit. Hoc nos docere natura non potuit: semina nobis scientiæ dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in notitiam incidisse: quod est incredibile, virtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis videtur obseruatio collegisse, & rerum sæpe factarum inter se collatio, per analogiam nostro intellectu & honestum & bonum iudicante. Hoc verbum cum Latini grammatici ciuitate donauerint, ego damnamandum non puto, nec in ciuitatem suam redigendum. Vtatur ergo illo non tantum tamquam recepto, sed tamquam vfitato. Quæ sit hæc analogia, dicam. Noueramus corporis sanitatem: ex hac collegimus esse aliquam & animi. noueramus corporis vires: ex his collegimus esse & animi robur. Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia, nos obstupefecerant: hæc cepimus tamquam perfecta mirari. Suberant illis multa vitia, quæ species alicuius conspicui facti fulgorque celabat: hæc dissimulauimus. Natura iubet augere laudanda: nemo non gloriam vltra verum tulit. Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusque regno iudicauit, regias opes posse contemnere. Idem, medico Pyrrhi promittente venenum se regi daturum, monuit Pyrrhum, cauere insidias. Eiusdem animi fuit, auro non vinci, veneno non vincere. Admirati sumus ingentem virum, quem non regem, non contra regem promissa flexissent, boni exempli tenacem: quod difficillimum est, in bello innocentem: qui ali-

17. QVAM CRINITVS PVER.] *Qui à poculis, muliebri plerumque habitu erant, capillitio fluente & longo. Imò & aly pedagogiani serè pueri. Vnde Martialis: Crinite, Line, pedagoge turba: Horatius de sali mollicello:*

Discrimen obscurum solutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

18. PARVM LAVTVM.] *Olim corvexi: nam libri, laudatum.*

EPIST. CXX. I. APVD NOS TANTVM DIVISA.] *Quomodo, & quatenus, epist. CXVIII. circa medium, copiose.*

2. ISTA DVQ; QVIDEM FACIMVS.] *Nempe nos Stoici.*

quod esse crederet etiam in hoste nefas: qui in summâ paupertate, quâ sibi decus fecerat, non aliter refugit diuitias quàm venenum. Viue, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc dolebas, Fabricium non posse corrumpi. Horatius Cocles solus impleuit pontis angustias, adimique à tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferretur, iussit: & tam diu restitit prementibus, donec reuulsa ingenti ruinâ tigna sonuerunt. Postquam respexit, & extra periculû esse patriam periculo suo sensit: *Veniat si quis vult*, inquit, *sic euntem sequi*: deditque se in præcep: & non minus sollicitus in illo rapido alveo fluminis, ³ vt armatus, quàm vt saluus exiret, retento armorum victricium decore, tam tutus rediit, ⁴ quàm si ponte venisset. Hæc & huiusmodi facta imaginem nobis ostendere virtutis. Adiciam quod mirum fortasse videatur: mala interdum speciem honesti obtulerunt, & optimum ex contrario nituit. Sunt enim, vt scis, virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem: cum plurimum interfit, verum quis date sciat, an seruate nesciat. Multi, inquam, sunt, Lucili, qui non donant, sed proiciunt. non voco ego liberalem, pecunie suæ iratum. Imitatur negligentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Hæc nos similitudo coegit attendere, & distinguere specie quidem vicina, re autem plurimum inter se dissidentia. Dum obseruamus eos, quos insignes egregium opus fecerat, cœpimus annotare, quis rem aliquam generoso animo fecisset & magno impetu, sed semel. Hunc vidimus in bello fortem, in foro timidum; animosè paupertatem ferentem, humiliter infamiam: factum laudauimus, contempsimus virû. Alium vidimus aduersus amicos benignum, aduersus inimicos temperatum, & publica & priuata sanctè ac religiosè administrantem: non deesse ei, & in his quæ toleranda erant, patientiam, & in his quæ agenda, prudentiam. Vidimus vbi tribuendum esset, plenâ manu danter: vbi laborandum, ⁵ pertinacem & obnoxium, & lassitudinem corporis animo subleuantem. Præterea idem erat semper, & in omni actû par sibi, iam non consilio bonus, sed ⁶ more eò perductus, vt non tantum rectè facere posset, sed nisi rectè facere non posset. Intelleximus in illo perfectam esse virtutem: hanc in partes diuisimus. Oportebat cupiditates refrænari, metus ^C comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui: comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, & suum cuique dedimus officium. Ex quo ergo virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius, & decor, & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, ⁷ secundo defluens cursu, arbitrij sui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis apparuit? dicam. Numquam vir ille perfectus adeptusque virtutem, fortunæ maledixit: numquam accidentia tristis exceperit, ciuem esse se vniuersi & militem credens, labores velut imperatos subiit. Quidquid inciderat, non tamquam malum aspernatus est, & in se casu delatum, sed quasi delegatum sibi. Hoc qualecumque est, inquit, meum est. asperum est, durum est: in ipso nauemus operam. Necessariò itaque magnus apparuit, qui numquam malis ingemuit, numquam de fato suo questus est, fecit multis intellectum sui, & non aliter quàm in tenebris lumen effulsit: aduertitque in se omnium animos, cum esset placidus & lenis, & humanis diuinisque rebus pariter ^D æquus. Habebat perfectum animum, ad summam sui adductus, supra quam nihil est nisi mens Dei, ⁸ ex quâ pars & in hoc peccus mortale defluxit: quod numquam magis diuinum est, quàm vbi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, vt vitâ defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, & quidem breue hospitium: quod relinquendum est, vbi te grauem esse hospiti videas. Maximum, inquam,

3. VT ARMATVS.] Ex lege militari, nequis arma abiiceret aut amitteret.

4. QVAM SI PONTE.] Tam tutò per aquam, quàm si per pontem. Male, qui legunt, si è ponte.

5. PERTINACEM ET OBNOXIVM.] Volunt, obnoxium: ego non mutem. Nam & obnoxius est, qui laborem subit suscipitque: & se das.

6. MORE EÒ PERDVCTVS.] Cui in habitum scientia iuerat.

7. SECUNDO DEFLVENS CVRSV.] Est Stoicorum vègia.

8. EX QVA PARS ET IN HOC.] Stoicorum opinio, animos nostros ex illo diuino delibatos esse. Physiol. III. Dissert. VIII.

A mi Lucili, argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta, si exire non metuit. Scit enim quò exiturus sit, qui vnde venerit, meminit. Non videmus, quàm multa nos incommoda exagitant, quàm malè nobis conueniat hoc corpus? Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore ac faucibus querimus: aliàs nerui nos, aliàs pedes vexant: nunc deiectio, nunc destillatio: aliquando superest sanguis, aliquando deest: hinc atque illinc tentamur, & expellimur. Hoc euenire solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre fortiti, nihilominus æterna proponimus, & in quantum potest ætas humana protendi, tantum spe occupamus, nullâ contenti pecuniâ, nullâ potentiâ. Quid hæc re fieri impudentiùs, quid stultiùs potest? Nihil fatis est morituris, imò morientibus. quotidie enim propiùs ab ultimo stamus, & illò vnde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit. Vide in quantâ cæcitate mens nostra sit! Hoc quod futurum dico, cum maximè sit, & pars eius magna iam facta est. nam quod viximus tempus, eo loco est, quo erat antequam viximus. Erramus autem, qui vltimum timemus diem: cum tantumdem in mortem singuli conferant. Non ille gradus lassitudinem facit, in quo deficimus, sed ille proficitur. Ad mortem dies extremus peruenit, accedit omnis. ⁹ Carpit nos illa, non corripit. Ideò magnus animus, conscius sibi melioris naturæ, dat quidem operam, vt in hac statione, quâ positus est, honestè se atque industriè gerat: ceterum nihil horum quæ circa ipsum sunt, suum iudicat, sed vt commodatis vitur, peregrinus & properans. Cum aliquem huius videremus constantiæ, quidni subiret nos species non vstatae indolis? vtique si hanc, vt dixi, magnitudinem veram esse ostendebat. Qualitatis veræ tenor permanet, falsa non durant. Quidam alternis Vatinij, alternis Carones sunt: & modò parum illis seuerus est Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi & contentus vili Tubero: modò Licinum diuitiis, Apicium cænis, Mecænatem deliciis prouocant. Maximum indicium est malæ mentis, fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum, assidua iactatio.

— habebat sæpe ducentos,

C *Sæpe decem seruos: modò reges atque tetrarchas,
Omnia magna loquens: modò, sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri, & toga quæ defendere frigus,
Quamuis crassa, queat. decies centena dedisses
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in oculis.*

Omnes isti tales sunt, qualem hunc describit Horatius: numquam eundem, nec similem quidem sibi. adeò in diuersum aberrat. Multos dixi: propè est vt omnes sint. Nemo non quotidie & consilium mutat, & votum. modò vxorem vult habere, modò amicam: modò regnare vult, modò id agit, ne quis sit officiosior seruus: modò dilatat se vsque ad inuidiam, modò subsidit, & contrahitur infra humilitatem verè iacentium: nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maximè coarguitur animus imprudens: alius prodit atque alius, & (quo turpius nihil iudico) impar sibi est. Magnam rem puta, ^D vnum hominem agere. Præter sapientem autem nemo vnum agit: ceteri multiformes sumus. Modò frugi tibi videbimur & graues, modò prodigi & vani. Mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus, quam exuimus. Hoc ergo à te exige, vt qualem institueris præstare te, talem vsque ad exitum serues. Effice vt possis laudari: si minùs, vt agnosci. De aliquo, quem vidisti heri, meritò dici potest: Hic quis est? tanta mutatio est.

9. CARPIT NOS ILLA.] *Paullatim mors ad se ducit, non impetu rapit.*

10. VNUM HOMINEM AGERE.] *Qui finis est Zenonius, Vita conueniens. Vide Manud. II. Dissert. XV. At Mureti etiam nota hic opportuna. Nam quod*

in Sacris de Iobo scribitur, Fuit vnus vir: id ita Hieronymus interpretatur. Non per diuersa mobilis & instabilis ferebatur, sed firmus atque inconcussus persistens, erat vir vnus. Est planè Zenonium.

EPIST. CXXI.

ALIQUID pro argutius prætendit: tum proponit, An omnibus animalibus constitutionis suæ sensus? id est, sponte & naturâ eant, quò debent & sunt facta. Dicit esse, & exemplis rationibusque variè docet.

LITIGABIS, ego video: cum tibi hodiernam quæstiunculam, in quâ satis diu hæsimus, exposuero. Iterum enim clamabis, Hoc quid ad mores? Sed exclama, dum tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Posidonium & Archidemum. ² Hi iudicium accipient, deinde dicam. ³ Non quidquid morale est, bonos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad vestiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam si non omnia meliorem eum faciunt. Mores alia aliter attingunt. Quædam illos corrigunt & ordinant, quædam naturam eorum & originem scrutantur. Cum quæritur, quare hominem natura produxerit, quare prætulit animalibus ceteris, longè me iudicas mores reliquisse? falsum est. Quomodo enim scies, qui habendi sint, nisi quid homini sit optimum, inueneris? nisi naturam eius inspexeris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit, cum didiceris quid naturæ tuæ debeas. Ego, inquis, volo discere, quomodo minùs cupiam, minùs timeam. Superstitionem mihi excute, doce leue esse vanumque hoc, quod felicitas dicitur: ⁴ vnam illi sillabam facillimè accedere. Desiderio tuo satisfaciam, & ad virtutes exhortabor, & vitia conuerberabo, licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet, non desistam persequi nequitiam, & affectus efferatissimos inhibere, & voluptates ituras in dolorem compescere, & votis obstrepre. Quidni? cum maxima malorum optauerimus, & ⁵ ex gratulatione natum sit quidquid obloquimur. Interim permitte mihi ea quæ paulò remotiora videntur, excutere. Quærebamus, an esset omnibus animalibus ⁶ constitutionis suæ sensus? Sensum autem esse ex eo maximè apparet, quòd membra aptè & expedite mouent, non aliter quam in hoc crudita. Nulli non partium suarum agilitas est. Artifex instrumenta sua tractat ex facili: rector nauis scit gubernaculum flectere: pictor colores quos ad reddendam similitudinem in multos variosque ante se posuit, celerimè denotat, & ⁷ inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat. Sic animal in omnem vsum sui mobile. Mirari solemus ⁸ scænæ peritos, quòd in omnem significationem rerum & effe-

EPIST. CXXI. I. ARCHIDEMVM.] *Inter primores Stoicos fuit, etsi hodie minùs, olim maximè in famâ. Vide in Manuduct. 1. Dissert. XII.*

2. HI IUDICIUM ACCIPIENT.] *Non diffugient, litem tecum contestabuntur.*

3. NON QUIDQUID MORALE.] *Meliùs interrogazione hoc efferas, & claudas, ut sit affirmantis. Nam ex sequela hoc velle dicas: Moralia etiam esse, quæ si non aperitè & statim, flexu vel subsidio aliquo ducunt ad bonos mores. Tale istud.*

4. VNAM ILLI SILLABAM.] *Ut fiat Infelicitas.*

5. EX GRATULATIONE NATVM.] *Ex eo quòd votorum compotes facti, gratulationes exceperimus, quasi rebus bonis: at malæ illæ erant.*

6. CONSTITUTIONIS SVÆ SENSVS.] *Ipsam hoc Stoicum verbum, & scitum, Laërtius breuiter ex Chrysippo: ἀποτορ δίκαιον ἐστὶν ἀντὶ τοῦ τοῦ αὐτοῦ οὐσαν, ἢ τὴν ταύτης οὐραϊδὸν: Primum cognatum esse omni animali, suam ipsius constitutio-*

nem, & eius cognitionem ac sensum. Cicero, in Catonis personâ, 111. de Finibus: Placet iis (Stoicis) quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum, & ad suum statum (ita dicit οὐσαν, siue Constitutionem) & ad ea quæ conseruantia sunt eius status diligenda. Tractat eundem locum v. de Finibus: & erat creber in eorum scriptis, quia Finem ex eo ducebant. Quomodo, Laërtius tibi dicit in Zenone initio partis Ethicæ.

7. INTER CERAM OPVSQVE.] *Turnebus notat, ceram esse fucum siue picturam: quia veteres ceris pingere solebant. Ceris dico, variè coloratis. Varro: Pictores loculatas magnas habent arculas, vbi discolors sunt ceræ.*

8. SCÆNÆ PERITOS.] *Scripti, sciat peritos. ex quo idem ille doctissimus optimusq. Turnebus, saltationis. Et vcrò ad Pantemimos, quorum saltatio erat, hæc propriè pertinent: qui gestibus solis historias fabulæq. scitè exprimebant & agebant.*

9. MAGNÆ

A effectuum parata illorum est manus, & verborum velocitatem gestus assequitur. Quod illis ars præstat, his natura. Nemo ægrè molitur artus suos, nemo in usu sui hæsit: ad hoc edita, protinus faciunt. Cum hac scientiâ prodeunt, instituta nascuntur. Ideò, inquit, partes suas animalia aptè mouebunt: quia si aliter mouerint, dolorem sensura sunt. Ita, ut vos dicitis, coguntur, metusque illa in rectum, non voluntas mouet: quod est falsum. Tarda enim sunt, quæ necessitate impelluntur. Agilitas, spontaneus motus est. Adeò autem non adigit illa ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur. Sic infans qui stare meditatur, & ferre se assuescit, simul tentare vires suas cœpit, cadit: & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id quod natura poscit, exercuit. Animalia quædam tergi durioris inuersa tamdiu se torquent, ac pedes exferunt, & obliquant, donec ad locum reponantur. Nullum tormentum sentit supinata testudo. inquieta est tamen desiderio naturalis status: nec antè desinit niti, quaterere se, quàm in pedes constitit. Ergo omnibus cõstitutionis suæ sensus est, & inde membrorum tam expedita tractatio: nec vllum maius indicium habemus, cum hac illa ad viuendum venire notitiâ, quàm quòd nullum animal ad usum sui rude est. Constitutio est, inquit, ut vos dicitis, principale animi quodam modo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum & subtile, & vobis quoque vix enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia animalia dialectica nasci oporteret, ut istam finitionem ⁹ magnæ parti togatorum obscuram intelligant. Verum erat quod opponis, si ego ab animalibus constitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipsa constitutio facilius naturâ intelligitur, quàm enarratur. Itaque infans ille, quid sit constitutio, non nouit: constitutionem suam nouit: & quid sit animal nescit, animal esse se sentit. Præterea ipsam constitutionem suam crasse intelligit, & summatim, & obscure. Nos quoque animum habere nos scimus: quid sit animum, vbi sit, qualis sit, & vnde, nescimus. Qualis ad nos peruenit animi nostri sensus, quamuis naturam eius ignoremus, ac sedem, talis ad omnia animalia constitutionis suæ sensus. Necesse est enim id sentiant, per quod alia quoque sentiunt: necesse est sensum eius habeant, cui parent, à quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid, quod impetus suos moueat: quid sit illud, ignorat. & conatum sibi esse scit: quid sit, aut vnde sit, nescit. Sicut infantibus, sic quoque animalibus, principalis partis suæ sensus est, non satis dilucidus, non expressus. Dicitis, inquit, omne animal primùm constitutioni suæ conciliari: hominis autem constitutionem rationalem esse: & ideò conciliari hominem sibi, non tamquam animali, sed tamquam rationali. Eâ enim parte sibi carus est homo, quâ homo est. Quomodo ergo infans conciliari constitutioni rationali potest, cum rationalis nondum sit? Vnicuique ætati sua constitutio est: alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes enim constitutioni conciliantur, in quâ sunt. Infans sine dentibus est: huic constitutioni suæ conciliatur. enati sunt dentes: huic constitutioni conciliatur. Nam & illa herba, quæ in segetem frugemque ventura est, alienam constitutionem habet tenera, & vix eminentis sulco: aliam cum conualuit, & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, constitit: aliam cum flauescit, & ¹⁰ ad aream spectat, & spica eius induruit: in quamcumque constitutionem venit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est ætas infantis, pueri, adolescentis, senis: ego tamen idem sum, qui & infans fui, & puer, & adolescens. Sic quamuis alia atque alia cuique constitutio sit, conciliatio constitutionis suæ eadem est. Non enim puerum mihi aut iuuenem, aut senem, sed me natura commendat. Ergo infans ei constitutioni suæ conciliatur, quæ tunc infanti est, non quæ futura iuueni est. Neque enim si aliquid illi maius, in quo transeat, restat, non hoc quoque in quo nascitur, secundum naturam est. Primùm sibi ipsi conciliatur animal: debet enim aliquid esse, ad quod alia referantur. Voluptatem peto. cui? mihi. ergo mei curam ago. Dolorem refugio. pro quo? pro me. ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei

facio,

9. MAGNÆ PARTI TOGATORVM.] *Id est, primorum ciuium. nam hoc ipso, quod Togatos dicit, Tunicatæ plebi opponit. Illi autem primores, serè docti.*

10. AD AREAM SPECTAT.] *Quò triturata grauiâ solent deportari.*

facio, ante omnia est mei cura. Hæc animalibus inest cunctis: nec inferitur, sed innasci- A
tur. Producit fœtus suos natura, non abiicit: & quia tutela certissima ex proximo est,
sibi quisque commissus est. Itaque ut in prioribus dixi, tenera quoque animalia è mater-
no utero vel quoquo modo effusa, quid sit infestum ipsis, protinus norunt, & mortifera
deutant: umbram quoque transuolantium reformidant, obnoxia auibus raptò viuē-
tibus. Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum, inquit, edi-
tum animal intellectum habere, aut salutaris aut mortiferæ rei potest? Primum quæri-
tur, an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum, ex eo ap-
paret, quòd nihil amplius, si intellexerint, faciant. Quid est quare pavonem, quare anse-
rem gallina non refugiat, cum tanto minorem, & ne notum quidem sibi, accipitrem fu-
giat? quare pulli felem timent, canem non timent? Apparet illis inesse scientiam noci-
turi, non experimento collectam. nam antequam possint experiri, cauent. Deinde, ne
hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quàm debent, nec unquam obliuiscuntur hu-
ius tutelæ & diligentia. æqualis est illis à pernicioso fuga. Præterea, non fiunt timidiora B
viuendo. Ex quo quidem apparet, non vsu illa ad hoc peruenire, sed naturali amore sa-
lutaris suæ. Et tardum est & varium, quod vsus docet: quidquid natura tradit, & æquale
est omnibus, & statim. Si tamen exigis, dicam quomodo omne animal perniciofa in-
telligere conetur. Sentit se carne constare: itaque sentit, quid sit, quo secari caro, quo vri,
quo obteri possit. Quæ sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit ini-
micam & hostilem. Inter se ista coniuncta sunt. Simul enim conciliatur saluti suæ quid-
que: & quæ iuuant, illa petit; læsura formidat. Naturales à contrariis aspernationes sunt.
sine vllâ cogitatione, sine consilio fit, quidquid natura præcipit. Non vides, quanta sub-
tilitas sit apibus ad fingenda, domicilia? quanta ¹¹ diuidui laboris obeundi concordia?
Non vides quàm nulli mortalium imitabilis sit, illa araneæ textura? quanti operis sit, fila
disponere? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso ra-
ra, quæ minora animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata
teneant. Nascitur ars ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero doctius. vide- C
bis aranearum pares telas, par ¹² in fauis angulorum omnium foramen. Incertum est &
inæquale, quidquid ars tradit: ex æquo venit, quod natura distribuit. Hæc nihil magis,
quàm tutelam sui, & eius peritiam tradidit: ideoque etiam simul incipiunt, & discere
& viuere. Nec est mirum, cum eo nasci illa, sine quo frustra nascerentur. Primum hoc
instrumentum illis natura contulit, ad permanendum in conciliatione & caritate sui.
Non poterant salua esse, ni vellent. Nec hoc per se profuturum erat: sed sine hoc nulla
res profuisset. Sed in nullo deprehendes ¹³ vilitatem sui, ne negligentiam quidem. Ta-
citis quoque & brutis, quamuis in cetera torpeant, ad viuendum solertia est. Videbis
quæ aliis inutilia sunt, sibi ipsa non deesse.

EPIST. CXXII.

INGENIVM luxuriæ, aduersa moribus facere. Aliter canare, bibere, dormire, surgere: D
& tales aliquot Antipodas facere describit.

DET RIMENTVM iam dies sensit: resiliuit aliquantulum: ita tamen, ut libera-
le adhuc spatium sit, si quis cum ipso, ut ita dicam, die surgat, officiosior, melior-
que, quàm si quis illum exspectat, ¹ ut luce primâ exeat. Turpis, qui alto sole semi-
somnia

11. DIUIDVI LABORIS.] Nam partiuntur
inter se munera.

12. IN FAVIS ANGLORVM.] Alij libri, in fi-
lis, quod in Araneis probem.

13. VILITATEM SVI.] Ut se contemnat, vile
habeat.

EPIST. CXXII. I. VT LUCE PRIMA EX-
EAT.] Hec vera habeo, & pro Romano more scripta.
Satis notum, salutatores cum primâ luce, sepe ante,
exire solitos & discurrere: qui Officiosi dicebantur,
& res ipsa Officium. At nunc Seneca: Dies quidem
minuit, & tardior lux est: tamen vel sic satis longus,
siquis

A somnis iacet, cuius vigilia medio die incipit: & adhuc multis hoc antelucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruertunt: nec antè diducunt oculos hesternâ graues crapulâ, quàm appetere nox cœpit. Qualis illorum conditio dicitur, quos natura (vt ait Virgilius) pedibus nostris subditos econtrario posuit,

*Nosque ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illis sera rubens accendit lumina vesper:*

talibus horum contraria omnibus non regio, sed vita est. Sunt quidam in eadem vrbe antipodes, qui, ² vt M. Cato ait, *nec orientem vquam solem viderunt, nec occidentem*. Hos tu existimas scire, quemadmodum viuendum sit, qui nesciunt quando? & hi mortem timent, in quam se viui condiderunt: tam infaulti ominis, quàm nocturnæ aues sunt? Licet in vino vnguentoque tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem fercula distinctis, totum peruerfæ vigiliæ tempus diducant: non conuiuantur, sed ³ iusta sibi faciunt. Mortuis certè interdiu parentatur. At mehercules nullus agenti dies longus est. Extendamus vitam: huius & officium, & argumentum, actus est. circum scribatur nox, & aliquid ex illâ in diem transferatur. Aues, quæ conuiuus comparantur, vt immortæ facillè pinguescant, in obscuro continentur: ita sine vllâ exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus iuuadit, ⁴ & super membra iners sagina succrescit. Ita istorum corpora, qui se tenebris dicauerunt, foeda visuntur. Quippe non speciosior illis, quàm morbo pallentibus, color est: languidi, & euanidi albert, & in viuis caro morticina est. Hoc tamen minimum in illis malorum dixerim: quanto plus tenebrarum in animo est? ille in se stupet, ille caligat, inuidet cæcis. Quis vquam oculos tenebrarum causâ habuit? Interrogas, quomodo hæc animo prauitas fiat, auersandi diem, & totam vitam in noctem transferendi? Omnia vitia contra naturam pugnant: omnia debitum ordinem deserunt. hoc est luxuriæ propositum, gaudere peruersis: nec tantum discedere à recto, sed quàm longissimè abire, deinde etiam econtrario stare. Isti non videntur tibi contra naturam viuere, ⁵ qui ieiuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, & ad cibum ebrij transeunt? Atqui frequens hoc adolescentium vitium est, qui vires excolunt. ⁶ in ipso pæne balnei limine, inter nudos bibunt, imò potant: vt sudorem, quem mouerunt porcionibus crebris ac feruentibus, ⁷ subinde distringant. Post prandium aut cænam bibere, vulgare est: hoc patres-familia rustici faciunt, & veræ voluptatis ignari. Merum illud delectat, quod non innatât cibo, quod liberè penetrat ad neruos: illa ebrietas iuuat, quæ in vacuum venit. Non videntur tibi contra naturâ viuere, qui ⁸ commutant cum fami-

si quis cum luce surgat sed melioris officij causâ, quàm vt salutarum alios eat. Cuius? vt se curet, & saluum velit faciâque.

2. VT M. CATO AIT.] *Vbi Cato, scire non licet: Ciceronem dixisse, 11. de Finibus, & item Pisoni obieciisse legimus, Oratione in ipsum. Sicut & Grecos tale v'surpasse: sed in epulis aut poculis deditos, qui ante occasum Solem in mensâ sunt, post ortum stertunt. De iisdem Catonem dixisse opinandum est: neque tunc adhuc peruersi s'nt Seneca Antipodes.*

3. IVSTA SIBI FACIUNT.] *Vide in epist. XII.*

4. ET SUPER MEMBRA.] *Libri alij, & sub ipsâ umbrâ: bono item sensu.*

5. QUI IEIUNI BIBUNT.] *Antè de istis dictum. & dignus adscribi Nouatianus locus, qui & suo æuo durasse ostendit in Epistolâ de cibis Iudæicis: Nec defunt, qui cum sibi Christiani vocem induerint, exempla præbeant intemperantiæ & magisteria. quorum vique eò vitia venerunt, vt & ieiuni matutino tempore bibant: non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in vacuas & inanes adhuc venas infusa statim per (lego, post) somnum vina descenderint. Et addit elegantissimè*

mè. Videas ergo tales nouo genere adhuc ieiunos, & iam ebrios, non ad popinam currentes, sed popinam secum circumferentes: quorum si quis salutat, non osculum dat, sed propinat. Plutarchus hoc inter causas morborum habet, Quæstion. Conuiu. VIII. cap. IX. Nec minimum, inquit, momentum habent ea quæ Propomata vocantur (potus qui præbibuntur.) Veteres enim ante cili um ne aquam quidem fumebant: nunc ieiuni prius onerant se vino, tum cibum gustant, corpore maddido & perfuso.

6. IN IP SO PÆNE BALNEI.] *Arnobius ostendit factitasse, post insolationem & vnctionem, lib. 1. Numquid ideo dicenda sunt nubila inimicâ obductione pendere, quia libidini non permittitur, otiosè rutulare se flammis, & causas potionibus præparare?*

7. SVBINDE DISTRINGANT.] *Ad Strigiles aspectum, quibus sordes & sudorem defricabant, & linteis deinde vergebant. Græcis est δρωζυδαι.*

8. COMMVTANT CVM FÆMINIS.] *Magis placeat, cum aliis libris, communicant. Fæmina autem Sericis Cõisque utebantur: & quidam è viris.*

fæminis vestem? Non viuunt contra naturam, ⁹ qui expectant, vt pueritia splendeat A tempore alieno? Quid fieri vel crudelius, vel miserius potest? numquam vir erit, vt diu virum pati possit: & cum illum contumeliæ sexus eripuisse debuerat, ne atas quidem eripiet? Non viuunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rosam? fomentoq; aquarum calentium, & calorum ¹⁰ aptâ mutatione, brumâ lilium, florem vernum, exprimunt? Non viuunt contra naturam, qui ¹¹ pomaria in summis turribus ferunt? quorum filuæ in tectis domorum ac fastigijs nutant, inde ortis radicibus, quò improbe cacumina egissent? Non viuunt contra naturam, qui fundamenta ¹² thermarum in mare iaciunt: nec delicatè natæ ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Cùm instituerunt omnia contra naturæ consuetudinem velle, nouissimè in totum ab illâ desciscunt. ¹³ Lucet: somni tempus est. quies est: nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tempus est cænæ. Non oportet id facere, quod populus: res fordida est, trita ac vulgari viâ viuere. Dies publicus relinquatur: proprium nobis ac peculiare mane fiat. Isti verò mihi defunctorum loco sunt. B quantulum enim à funere absunt, & quidem acerbo, qui ¹⁴ ad faces & cereos viuunt? Hanc vitam agere eodem tempore multos meminimus: inter quos & Atilium Butam prætorium, cui post patrimonium ingens consumptum, Tiberius paupertatem confitenti: *Serò, inquit, experrectus es.* Recitabat Montanus Iulius carmen, ¹⁵ tolerabilis poëta, & ¹⁶ amicitia Tiberij notus, & frigore. Ortus & occasus libentissimè inferebat. itaque cùm indignaretur quidam illum totâ die recitasse, & negaret accedendum ad recitationes eius, ¹⁷ Natta Pinarius ait: *Numquid liberaliùs possum agere? Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum.* Cùm hos versus recitasset:

*Incipit ardentes Phœbus producere flammæ,
Spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore ministrat.*

Varus eques Romanus L. Vinicij comes, cænarum bonarum affectator, quas improbi- C tate linguæ merebatur, exclamauit: *Incipit Buta dormire.* Deinde cùm subinde recitasset:

Jam sua pastores stabulis armenta locarunt,

Iam

9. QVI EXPECTANT.] *Aliàs, spectant: sed cur non, expectant? Nam que expectatio hęc sit nescio, sed meditatio & cura. Intelligit porrò diuites, qui glabros suos vltra et atem retinebant: & ita epistola xlvii. scripsit, vini ministrum, cum ætate luctari. Velle videri iuuenem ac puerum, cùm iam non esset.*

10. APTA MUTATIONE.] *Imò verò, imitatione, vt quidam libri. Imitantur calores æstiuos aut vernos, qui à naturâ.*

11. POMARIA IN SYMMIS.] *Horti & siluæ in tectis aut summis adibus, vt nos quoque vidimus in vrbe regia Bruxella. Sed in tectis scilicet planis, & sine fastigio: vbi terra super trabes, siue & fornices latericios, agerebatur. Seneca i. De Ira cap. vlt. appellat, Nemora suspendere. Alter Seneca tangit, in Thyeste:*

— nulla culminibus meis
Imposita nutat silua.
Et siluæ in tecta scandunt, apud Plinium lib. xv. cap. xiiii.

12. THERMARVM IN MARE.] *Quod Baijs, aut illo tractu, fiebat crebrò.*

13. LUCET, SOMNI TEMPVS.] *De his peruersis hominibus, etiam Horatius:*

— noctes vigilabat ad ipsum

Mane, diem totum stertebat. *Lampridius de Heligabalo: Traiecit & dieru actus noctibus, & nocturnos diebus, æstimans hoc inter instrumenta luxurię: ita vt serò de somno surgeret, & salutari inciperet, manè autem dormire inceptaret. Tacitus de C. Petronio: Namque illi dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur.*

14. AD FACES ET CEREOS.] *Ad quos pueri solent efferi. Vide De Bren. vit. in fine.*

15. TOLERABILIS POËTA.] *Seneca pater de illo, in Contro. i. libri vii. Montanus Iulius, qui comis fuit, quique egregius poëta: paullo honestius sentit. Scripsit heroos & elegos. Ideoq; Ouidius lib. iv. de Ponto:*

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

16. AMICITIA TIB. NOTVS ET FRIGORE.] *Quem & amavit valde Tiberius, & postea fastidit. Calor enim, amor est: frigus, remissio & neglectus. Exemplis affirmat Animaduers. in Patriculum, lib. i i.*

17. NATTA PINARIVS.] *Nominatur ille Tacito, inter Seiani clientes, libro v. si tamen ille.*

18. PEDO-

A *Iam dare sopitis nox nigra silentia terris*
Incipit :

Idem Varus inquit: *Quid dicit? iam nox est: ibo, & Butam salutabo.* Nihil erat notius hac eius vitâ in contrarium circumactâ: quam, ut dixi, multi eodem tempore egerunt. Causa autem est ita viuendi quibusdam, non quia aliquid existiment noctem ipsam habere iucundius, sed quia nihil inuat obuium, & grauis malæ conscientia lux est: & omnia concupiscenti aut contemnti, prout magno aut paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitum. Præterea, luxuriosi vitam suam esse in sermonibus, dum viuunt, volunt. nam si taceatur, perdere se putant operam. Itaque malè habent, quoties non faciunt, quod excitet famam. Multi bona comedunt, multi amicos habent: ut inter istos nomen inuenias, opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupatâ ciuitate, fabulas vulgaris nequitia non inuenit. ¹⁸ Pedonem Albinouanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitasse se supra domum Sp. Papi-
 B nij. is erat ex hac turbâ lucifugarum. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis, ¹⁹ flagellorum sonos: quæro, quid faciat? Dicitur rationes accipere. Audio, circa horam sextam noctis, clamorem concitatum: quæro, quid sit? Dicitur vocem exercere. Quæro circa octauam horam noctis, quis sit ille ²⁰ sonus rotarum? velle gestari dicitur. Circa lucem discurretur, pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur. Quæro quid sit? Dicitur ²¹ mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. Excedebar, inquit, cæna eius diem? minimè. valde enim frugaliter viuerebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaque crebrò dicentibus illum quibusdam auarum, & fordidum: *Vos, inquit, illum & ²² lychnobium dicetis.* Non debes admirari, si tantas inuenis vitiorum proprietates: varia sunt, & innumerabiles habent facies: comprehendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, multiplex prauis, & quantumuis nouas declinationes capit. Idem moribus euenit. naturam sequentium, faciles sunt, soluti sunt, exiguas differentias habent: ab his distorti plurimum, & omnibus & inter se dissident. Causa tamen præcipua mihi videtur huius morbi, vitæ communis fastidium. Quomodo cultu se à ceteris distinguunt, quomodo elegantia cænarum, mundicijs vehiculorum, sic volunt separare etiam temporum dispositione. nolunt solita peccare, quibus ²³ peccandi præmium infamia est. Hanc petunt omnes isti, qui, ut ira dicam, retrò viuunt. Ideò, Lucili, tenenda nobis via est, quam natura præscripsit, nec ab illâ declinandum. illam sequentibus, omnia facilia & expedita sunt: contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus.

18. PEDONEM ALBINOVANVM.] *Qui item poeta.*

19. FLAGELLORVM SONOS.] *Nam diurna ante balneum videntur accepisse: & tum serui saepe vapulabant. Docet Iuuenalis, de feminis Sat. VI.*

— longi relegit transuersa diurni,
 Et cædit, donec lassus cadentibus, Exi,
 Intonat horrendum.

D 20. SONVS ROTARVM.] *Palàm de effedo, in quo gestandus erat.*

21. MVLSVM ET ALICAM.] *Hæc Promulsis, siue Gussus erat: & sumebant sub ipsam cænam. Iungit & Martialis hæc duo:*

Nos alicâ, mulsum poterit tibi mittere diues.
 Alica autem (ait Plinius) res Romana est, nec pri-

dem excogitata. alioqui non prius potius laudes scripsissent Græci. Esse autem eximie vtilem nemo dubitat, siue eluta detur ex aquâ mulsa, siue in forbitiones decocta, siue in pulsem. *Triplitem modum sumendi notes. Fuit autem optimi triticæ pollen, & stis ipsæ.*

22. LYCHNOBIVM DICETIS.] *Qui ad lucernam viuit. & assentior Pinctano, allusum esse simul ad lychnobium, quasi cupediartum & catillonem.*

23. PECCANDI PRÆMIVM, INFAMIA EST.] *Non muto, & ita habet: qui ad vltima vitiorum venerunt, gaudent ipsâ infamiâ. & illa iactant. Tacitus egregie, de Messallinâ: Nomen tamen matrimonij concupiuit, ob magnitudinem infamiae: cuius, apud prodigos, nouissima voluptas est.*

EPIST. CXXIII.

TENVEM aut vilem victum decreto animi, & fame, bonum optandumque fieri. Hoc usurpandum etiam divitibus: quis scit an non opus habituris? Consuetudo, & alieni mores, ne abducant. Sperne & indicia aut voces alienas.

ITINERE confectus incommodo magis, quàm longo, in Albanum meum nocte multâ perueni. Nihil habeo paratum, nisi me. Itaque in lecto lassitudinem pono: hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quàm nihil sit graue, quod leniter excipias: quàm indignandum nihil, nisi ipse indignando adstruas. Non habet panem meus pistor: sed habet villicus, sed habet atrienfis, sed habet colonus. Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet: etiam illum tenerum tibi & filiginem fames reddet. Ideò non est antè edendum, quàm illa imperet. Expectabo ergo: nec antè edam, quàm aut bonum panem habere cœperero, aut malum fastidire defiero. Necessarium est, paruo assuescere. Multæ difficultates locorum, multæ temporum etiam locupletibus & instructis ¹ à diis optantem prohibent & occurrunt. Quidquid vult, habere nemo potest: illud potest, nolle quod non habet: rebus oblati hilaris uti. Magna pars libertatis est, benèmoratus venter, & contumeliæ patiens. Æstimari non potest, quantam voluptatem capiam ex eo, quod lassitudo mea sibi ipsi acquiescit. Non vnctiones, non balneum, non vllum aliud remedium quàm temporis quæro. Nam quod labor contraxit, quies tollit: hæc qualiscumque cæna ² adiiciali iucundior erit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subitum: hoc est, simplicius & verius. nam vbi se præparauit, & indixit sibi patientiam, non æquè apparet, quantum habeat veræ firmitatis. Illa sunt certissima argumenta, quæ ex tempore dedit, si non tantum æquus molestus, sed placidus adspexit: si non excanduit, non litigauit, si quod dari deberet, ipse sibi non desiderando suppleuit, & cogitauit, aliquid consuetudini suæ, sibi nihil deesse. Multa quàm superuacua essent, non intelleximus, nisi cum deesse cœperunt. Vtebamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quàm multa autem paramus, quia alij parauerunt? quia apud plerosque sunt? Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exempla: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod, si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures facere cœperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur, ut illos ³ Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedit. turpe est, nullos esse, qui occurrentes vitâ deiciant, qui honestum hominem venire magno puluere ostendant. ⁴ Omnes iam mulos habent, qui crystallina & murthina, & cæcata magnorum artificum manu, portent. turpe est, videri, eas te habere sarcinas, quæ tutò concuti possint. Omnium pædagia ⁵ oblitâ facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana ⁶ facies medicamentum desideret. Horum omnium sermo vitandus est. hi sunt, qui vitia

EPIST. CXXIII. I. A DIIS OPTANTEM.] *Corrupta sunt. libri variant: meus, locupletibus cum instructis duobus optantem: alij, à diebus optantem. Occurrebat mihi, à diu optatis: si quis sagacior, promat. Nam Muretus hic obtenebrat: instructis ac regibus octauam prohibent: videreturque ad horam cana referre, de quâ non est sermo.*

2. ADIICIALI.] *Sive Aditiali, de quâ supra epist. xcv. E libro tamen magis est ut legas, Diali: & capias Iouis epulum, in Capitolio.*

3. NUMIDARVM PRÆCURRAT.] *Suprà, epist. lxxxvii. Cursores & Numidas, & multum ante*

se pulueris agentem. Nam prærà ambitione scilicet, ob famam veterem Numidici equitatus, tales in itinere adesse sibi diuites isti volebant, & agmen ducebant. Notauit, & firmaui exemplis ad 11. Hist. Taciti.

4. OMNES IAM MVLOS HABENT.] *Alj, multos. nec malè Pincianus, famulos.*

5. OBLITA FACIE.] *Succo, aut offâ, siue alio contra solem medicamento: ne tenera cutis scilicet laederetur, aut nigresceret.*

6. MEDICAMENTVM.] *Sic appellat & Iuuenalis, de faminis:*

Sed quæ mutatis inducitur atque fouetur

Tot

A vitia tradunt, & aliò aliunde transferunt. Pessimum genus hominum videbatur, ⁷ qui verba gestarent: sunt quidam qui ⁸ vitia gestant. Horum sermo multum nocet. nam etiam si non statim officit: semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturum postea malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum, & prava laudantium sermo, diutius hæret quam auditur: nec facile est, animo dulcem sonum excutere. prosequitur & durat, & ex intervallo recurrit. Ideò claudendæ sunt aures malis vocibus, & quidem primis. Nam cum initium fecerunt, admixtæque sunt, plus audent. Inde ad hæc peruenitur verba: Virtus & philosophia, & iustitia, verborum inanium crepitus est. Vna felicitas est, bona vita: ⁹ facere omnia liberè, frui patrimonio. hoc est viuere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Dubitamus ¹⁰ quod iuuat facere, & ætati non semper voluptates decerpituræ, interim dum potest, **B** dum poscit, ingerere? Quid iuuat frugalitate vltro mortem præcurrere, & quidquid illa ablatura est, iam sibi interdiceret? Non amicam habes, non puerum, qui amicæ moueat inuidiam. quotidie sobrius prodis: sic cænas, ¹¹ tamquam ephemeridem patri approbaturus. Non est istud viuere, sed alienæ vitæ interesse. Quanta dementia est, heredi suo procurare, & sibi negare omnia, vt tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas? Plus enim gaudebit tuâ morte, quò plus acceperit. Istos tristes & superciliosos alienæ vitæ censores, suæ hostes, publicos pædagogos, assis ne feceris: nec dubitaueris, bonam vitam, quàm opinionem bonam malle. Hæ voces non aliter fugiendæ sunt, quàm illæ, quas Vlyxes nisi alligatus, præteruchi noluit. Idem possunt: abducunt à patriâ, à parentibus, ab amicis, à virtutibus, & in turpem vitam miseros turpius illidunt. Quanto fatius est, rectum sequi limitem, & eò se perducere, vt ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta: Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuitent; vt diuitiæ, voluptates, forma, ambitio, cetera **C** blanda & ardentia. Fugent; labor, mors, dolor, ignominia, victus astrictior. Debemus iraque exerceri, ne hæc timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, ¹² aduersus potentia concitemur. Non vides, quàm diuersus sit ascendentium habitus, & descendentium? qui per pronum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare: si ascendas, retrò abducere, cum vitio, Lucili, consentire est. In voluptates descenditur: in res asperas & duras, subeundum est. hîc impellamus corpora, illîc refrænemus. Hoc nunc me existimas dicere, eos tantum perniciosos esse auribus nostris, qui voluptatem laudant, qui doloris metum, per se formidabilis rei, incutiunt? Illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicæ sectæ hortantur ad vitia. Hoc enim iactant: solum ¹³ sapientem & doctum, esse amatorem. ¹⁴ solus aptè ad hanc artem, æquè combi-

combi-

D Tot medicaminibus, coctæq; siliginis offas Accipit, & madidæ facies dicitur. an vlcus? *Tertullianus de virgin. uelendis.* Et faciem morosiorum lauacro macerant, forsitan & aliquo eam medicamento interpolant.

7. QVI VERBA GESTARENT.] *Accipio de calumniatoribus, susurrionibus, lingualis, qui ab aliis accepta seruant, & velut ad alios ferunt, & deponunt. Non enim patiuntur perire verba, sed ea tollunt & gestant.*

8. VITIA GESTANT.] *Transferenda in alios.*

9. FACERE OMNIA LIBERÈ.] *Pincianus vellet à suis, facere, esse, bibere. vt Facere res Venereas notaret, esseq; illud Sardanapali, Lude, ede, bibe: & sanè nostri etiam libri illuc eunt. Sed tum ego malim, Vna felicitas est, bonam vitam facere: esse, bibere, frui. Felicitas est, inquit, agere bonam vitam: quam illam? edere, bibere, & quæ sequuntur.*

Ita post aliquot lineas Bonam vitam appellat, hodierno etiam idiotismo nostro.

10. QVOD IUVAT FACERE.] *Fortè, Quoad.*

11. TAMQVAM EPHEMERIDEM.] *Diarium tuum, & rationes.*

12. ADVERSVS POTENTIA.] *Scripti libri, potentia: fortassis, impotentia: superba, dura, minantia. Sententiam tale poscere, clarum est. Gruterus, impotentia, nec male.*

13. SAPIENTEM ET DOCTVM.] *Sic distinxit, & iungi illa duo velim: nam Doctus, Stoicâ lingua est Sapiens, vt monui Manuduct. 11. Dissert. 1. Neque enim audio, qui Doctam ad Amatorem referunt, & coniungunt.*

14. SOLVS APTE.] *Corrupta sunt, fortassis, Solus æquè ad hanc artem combibendi: vt sequens illud, æquè, tollatur.*

LL

15. QVOS

combibendi & conuiuandi, sapiens est peritissimus. Quæramus, ad quam usque ætatem iuuenes amandi sint. Hæc Græcæ consuetudini data sint: nos ad illa potius aures dirigamus: Nemo est casu bonus: discenda virtus est. Voluptas humilis res & pusilla est, & in medio habenda pretio, communis cum mutis animalibus, ad quam minima & contemptissima aduolant. Gloria vanum & volatile quiddam est, auræque mobilius. Paupertas nulli malum est, nisi repugnant. Mors malum non est: quid quereris? sola ius æquum est generis humani. Superstitio error insanus est: amandos timet; quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neget, an infames? Hæc discenda, imò ediscenda sunt. non debet excusationes vitio philosophia suggerere. Nullam habet spem salutis æger, quem ad intemperantiam medicus hortatur.

EPIST. CXXIV.

B

CONTRA Epicuræos, in Ratione, non Sensu, Bonum esse. Itaque infantes nondum eius capaces: neque plenum est, nisi tibi plena Ratio. Quomodo intelligam in me esse? si extra me nihil queram.

POSSVM multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.

Non refugis autem, nec vlla te subtilitas abigit. Non est elegantiae tuæ, tantum magna sectari. Sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis, & tunc tantum offenderis, vbi summam subtilitate nihil agitur: quod ne nunc quidem fieri laborabo. Quæritur, utrum sensu an intellectu comprehendatur bonum. Huic adiunctum est, in mutis animalibus & infantibus non esse. Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicarent, nullam voluptatem reiiceremus: nulla enim non inuitat, C nulla non delectat. Et e contrario nullum dolorem volentes subiremus: nullus enim non offendit sensum. Præterea, non essent digni reprehensione, quibus nimium voluptas placet, quibusque summus est doloris timor. Atqui improbamus gulæ ac libidini addictos; & contemnimus illos qui nihil viriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autem peccant, si sensibus, id est, iudicibus boni ac mali, parent? his enim tradidisti appetitionis & fugæ arbitrium. Sed videlicet ratio isti rei præposita est, quemadmodum debeat de vitâ, quemadmodum de virtute, de honesto, sic & de bono maloque constitui. Nam apud istos vilissimæ parti datur de meliore sententia, ut de bono pronunciet sensus, obtusa res & hebes, & in homine quàm in aliis animalibus tardior. Quid si quis velit non oculis, sed tactu minuta discernere? subtilior ad hoc nulla acies, quàm oculorum, & intentior daretur, bonum malumque dignoscere. Vides in quantâ ignorantia veritatis versetur, & quàm humi sublimia ac diuina proiecerit, apud quem de summo bono maloque iudicat tactus. Quemadmodum, inquit, omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum, sensu comprehensum, ex quo oriatur & crescat: sic beata vita fundamentum & initium à manifestis ducit, & eo quod sub sensum cadit. Nempe vos à manifestis beatam vitam sui initium capere dicitis. Dicimus beata esse, quæ secundum naturam sunt: quid autem secundum naturam sit, palam & protinus apparet, sicut quid sit integrum. Quid est secundum naturam? quod contingit & protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu summum bonum voluptatem infantiae donas, ut inde incipiat nascens, quò consummatus homo peruenit. Cacumen radice loco ponis. Si quis diceret illum in materno utero iacentem vixque inceptum, tenerum, & imperfectum, & informe, iam in aliquo bono esse, aperte videretur errare. Atqui quantum inter-

15. QVOS COLIT, VIOLAT.] De Clem. 11. cap. v. Religio Deos colit, Superstitio violat.

EPIST.

A interest inter eum qui cum maximè vitam accipit, & illum qui maternorum viscerum latens onus est? Vterque, quantum ad intellectum boni ac mali, æquè maturus est: & non magis infans adhuc boni capax est, quàm arbor, aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in arbore animalique mutò non est? quia nec ratio. ob hoc in infante quoque non est: nam & huic deest. Tunc ad bonum perueniet, cum ad rationem peruenierit. Est aliquod irrationale animal: est aliquod nondum rationale: est rationale, sed imperfectum. In nullo horum bonum: ratio illud secum affert. Quid ergo inter nondum rationale est, tunc esse bonum non potest: in imperfecto iam potest esse bonum, sed non est. Ita dico, Lucili, bonum non in quolibet corpore, non in qualibet ætate inuenitur: & tantum abest ab infantia, quantum à primo vitium, quantum ab initio perfectum. ergo nec in tenero modò coalescente corpusculo est. Quid ni non sit? non magis quàm in semine. Vt si dicas, aliquod arboris, aut sati bonum: hoc non est

B in primà fronde, quæ emissa cum maximè solum rumpit. Est aliquod bonum tritici: hoc nondum est in herbâ lactente: nec cum folliculo se exferit spica mollis, sed cum frumentum ætas & debita maturitas coxit. Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi consummata non profert: ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Quod autem hoc sit bonum, dicam. Liber animus est ac reclusus, alia subiiciens sibi, se nulli. Hoc bonum adeò non recipit infantia, vt pueritia non speret, adolescentia improbè speret. Benè agitur cum senectute, si illuc longo studio intentoque peruenit: vbi hoc & bonum, & intelligibile est. Dixisti, inquit, aliquod bonum esse arboris, aliquod herbæ: potest ergo esse aliquod & infantis. Verum bonum nec in arboribus, nec in mutis animalibus est: hoc quod in illis bonum est, precariò bonum dicitur. Quod est? inquis. hoc quod secundum naturam cuiusque est. Bonum quidem cadere in mutum animal, nullo modo potest: felicioris meliorisque naturæ est. Nisi vbi rationi locus est, bonum non est. Quattuor hæc naturæ sunt, arboris, animalis,

C hominis, & Dei. Hæc duo quæ irrationalia sunt, eandem naturam habent: illa diuersa sunt, quòd alterum immortale, alterum mortale est. Ex his ergo vnius bonum natura perficit, Dei scilicet: alterius cura, hominis. Cetera in suâ naturâ perfecta sunt, non verè perfecta, à quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum est, quod secundum vniuersam naturam perfectum est: vniuersa autem natura rationalis est: cetera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata vita esse, nec id potest quo beata vita efficitur: beata autem vita bonis efficitur: in mutò animali non est quo beata vita efficitur: ergo in mutò animali bonum non est. Mutum animal sensu comprehendit præsentia: præteritorum reminiscitur, cum id incidit, quo sensus admonetur: tamquam equus reminiscitur viæ, cum ad initium eius admotus est. In stabulo quidem nulla viæ, quamvis sæpe calcata, memoria est. Tertium verò tempus, id est, futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum videri perfecta natura, quibus vsus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat: præterito, præsentem, & futuro.

D Animalibus tantum quod breuissimum est in transcurso datum, præsens: præteriti rara memoria est, nec vniquam reuocatur, nisi præsentium occursum. Non potest ergo perfecta naturæ bonum in imperfectâ esse naturâ. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent & fata. Nec illud nego, ad ea quæ videntur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus & concitatos, sed inordinatos ac turbidos. Numquam autem aut inordinatum est bonum, aut turbidum. Quid ergo, inquis, muta animalia perturbatè & indispositè mouentur? Dicerem illa perturbatè & indispositè moueri, si natura illorum ordinem caperet: nunc mouentur secundum naturam suam. Perturbatum enim id est, quod esse aliquando & non perturbatum potest. Sollicitum est, quod potest esse securum. Nulli vitium est, nisi cui virtus potest esse. Mutis animalibus talis ex suâ

EPIST. CXXXIV. I. SECYNDVM VNIVERSAM NATVRAM.] *Id est, Communem: de quâ primo Physiologia.*

suâ naturâ motus est. Sed ne te diu teneam, aliquod erit bonum in muto animali, erit aliqua virtus, erit aliquid perfectum: sed quale? nec bonum absolute, nec virtus, nec perfectum. Hæc enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est scire, quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quò nunc pertineat ista disputatio, quaris, & quid animo tuo profutura sit? dico. & exercet illum, & acuit, & vtiq; aliquid acturum occupatione honestâ tenet. Prodest autem, & quod moratur ad prava properantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse tibi possum magis, quàm si tibi bonum tuum ostendo. si te à mutis animalibus separo, si cum Deo pono. Quid, inquam, vires corporis alis & exerces? pecudibus istas maiores ferisque natura concessit. Quid excolis formam? cùm omnia feceris, à multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? cùm illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel vt Scythæ solent, sparseris: in quolibet equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum ceruice formosior. Cùm te ad velocitatem paraueris, par lepusculo non eris. Vis tu, relictis in quibus vinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reuerti tuum? Quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, amulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens. Rationale animal es. quod ergo in te bonum est? perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, cùm tibi ex te gaudium omne nascetur. cùm in his quæ homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inueneris, non dico quod malis, sed quod velis. Breuem tibi formulam dabo, quâ te metiaris, quâ perfectum esse iam sentias: Bonum tunc habebis tuum, cùm intelliges infelicissimos esse felices.

2. GERMANORVM NODO.] *De Irâ* III. cap. XXVI. & nos ad Germaniam Taciti.

3. HOMINES ERIPIUNT.] *Ego iam olim,* cupiunt.

